



www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

13841. f. 78

25 90

200's - .11

www.libtool.com.cn

W.I.B.
W.L.B.

www.libtool.com.cn

BREVIARIUM www.libtool.com.cn MIMATENSE,

Illustrissimi & Reverendissimi in Christo Patris ;
DD. GABRIELIS-FLORENTII DE
CHOISEUL-BEAUPRÉ, Episcopi & Domini
Mimatensis, Gabalitanorum Comititis, &c. au-
toritate; ac venerabilis ejusdem Ecclesiæ Capi-
tuli consensu editum.

PARS HYEMALIS.

Vænit X. Libr. non compactum.



P A R I S I I S,

Apud Bibliopolas Usuum Parisiensem & Mimatensem.

M. DCC. LXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

www.libtool.com.cn





MANDATUM

ILLUSTRISSIMI AC RÈVERENDISSIMI DD.
EPISCOPI MIMATENSIS,

De novo Breviario instituendo.



ABRIEL-FLORENTIUS DE CHOISEUL-BEAUPRÉ, Miseratione Divinâ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ, Episcopus Mimatensis; ejusdem Civitatis Dominus, Gabalitanorum & Brivatensium Comes, Regique ab omnibus Confiliiis; UNIVERSO NOSTRÆ DIOECESEOS CLERO, Salutem in Christo Jesu.

I. Inter tot ac tanta Pastoralis sollicitudinis onera, Fratres dilectissimi, unum specialiter Episcopis incumbit; ut publicis Ecclesiæ precibus, quibus Cultûs Divini pars præcipua continetur, decorem suum, suam concilient dignitatem.

Hinc, multo jam ex tempore, inquiebant in Coloniensi Concilio (ante annos suprâ ducentos) Germaniæ Episcopi, pio animo desideravimus re-purgari Breviariu. Nam, cùm olim à sanctissimis Patribus institutum sit, ut sola Scriptura Sacra in Ecclesiâ recitarentur, nescimus quâ incuriâ acciderit, ut in earum locum successerint alia, cum illis neuti-quàm comparanda; atque interim historiæ Sanctorum tam incultè ac tam negligenti studio conscriptæ, us nec auctoritatem habere videantur,

I. Quæ causæ fuerint re-formandi Breviarii. Quale sit illud novum quod traditur, & de hujus præstantiâ atque utilitate.

... *Videbimur ergo opera pretium facturi, si (e) pervideri curemus, ut amputatis superfluis, & q̄ superstitiosius invec̄ta videri possint, ea tantum q̄ dignitati Eccles̄a & pr̄scis institutis consentan fuerint, relinquatur (a).* Idem paulò antè sanx rat in Galliâ Senonenſe Concilium (b).

Finem hunc feliciter assecuti sunt, inprim ætate nostrâ, Galliarum Præsules non pauci, pietate non minus quàm doctrinæ laude præstante Revocato nempe ad examen Breviario, mend sustulerunt quæ pravi cujusdam judicii contagio ne irrepserant; tum in deligendis, ordinandis distribuendisque, variis partibus aut formulis quæ ad Preces Horarias pertinent; tum præcipuè in *Legendarum* (ut vocant) compositione, in quibus incerta sæpè pro certis ingesta fuerant, imò fabulosa pro veris. Quæ univèrsa ut corrigantur; etsi Prælatis singulis ubicumque curandum, Nobis tamen potissimum hæc in nostrâ Diocesi adlaborandum est, inter fratrum nostrorum errantium calumnias; ut obstruatur *os loquentium iniqua* (c), dum Romanæ Ecclesie crimini dant quidquid vitii intulit misera temporum conditio, & in artis criticæ neglectum solummodò rejici oporteat.

Et quidem Benedictus XIV, prudens ille doctusque Pontifex; & perenni Fidelium memoriâ prædicandus, utpotè qui fovendæ Fidei, morum & disciplinæ integritati summos labores, dum viveret, impenderit; sæpè testatus est quanto arderet studio novi Breviarii conficiendi, & ad omnes communiter Ecclesias dirigendi, sublati nævis omnibus quos in Veteri (quod ROMANUM dici invaluit) passim occurrere conquerimur. Atque utinam consilium illud, dignum tanto Ecclesie Præsidi, ad effectum sic perduci contigisset; ut

(a) *Concil. Colon. an. 1536. 1528. Decret. mor. Cap. 21, Part. 2. Cap. 6 & 11.*

(c) *Pf. lxxij, 11.*

(b) *Concil. Senon. an.*

inter orandum *labii unius* (a) essent Fideles universi, quibus *in una spe vocatis unus est Dominus, una fides, unum baptisma* (b)!

Necdum memoriâ excidit, Ecclesiâ hanc nostram Mimatensem antiquitus Breviario sibi proprio usam fuisse, Romanumque in illam invecum anno demum M. DC. XVIII. ex necessitate improvisâ; quum exhaustis Breviarii sui editionibus, facultates ad novam prælo excudendam non sufficerent. At, etiam in veteri illo Mimatenfi, quanta repurgatio necessaria fuisset; sicut & in plerisque temporis ejusdem libris precum-ve compilationibus, insulse quoad multa compositis!

Nos itaque quod animo conceperamus, statim ex quo Nos Deus, quantumvis indignos, vobis præesse voluit, ut Breviarium aliquod meliore formâ ad usum Ecclesiæ nostræ concinnaretur, hoc tandem, Deo volente, præstari posse gratulamur. Idipsum & sibi in votis esse, pro Ecclesiâ quisque suâ, nobiscum declaraverant anno M. DCC. XXVI, Albiz congregati ex totâ Provinciâ Collegæ nostri Illustrissimi. Verum Perillustrem qui hodie Provinciæ præsidet Metropolitanum is honos manebat, ut præconceptum propositum resumeret; & quasi pendens aut interruptum diu, ipse perficeret. Vidit eâ quâ pollet ingenii facilitate, in promptu esse ut votis omnium Comprovincialium fieret satis; si inter Breviaria quæ sibi peculiariter jam fecerunt Ecclesiæ complures, unum seligeretur; quod nos singuli, non adoptione solum, sed & inserto distributoque per anni tempora Sanctorum cujusque Diocesanos Officio proprio, nostrum faceremus: Ex omnibus autem novis illis Breviariis, Parisiense multo esse absolutissimum; varias hujus partes à celeberrimis Galliarum Scholis districto examine perpenas, opusque universis suffragiis ita comprobatum, ut nec levissimo sal-

(a) Genes. xj. 1.

(b) Ephes. iv. 4. 5.
à iij.

sem rumore sinistra suspitionis possit aspergi (a).

Ea est enimverò illius præcipua laus, quòd ex Scripturâ Sacrà non solum longiores quàm in Breviario Romano textus ad Nocturnas preces quotidie perlegantur; sed insuper in omnibus Officiorum omnium Antiphonis, Capitulis, Responsoriiis, Benedictionibusque aut Absolutionibus, imò & Versiculis, nihil nisi ex eadem Scripturâ depromptum contineat. Psalterium quoque per Feriam quamlibet apto ordine æqualiter ita distribuitur, ut totum semper unaquaque Hebdomadâ debeat recitari. Exquisito iudicio delecti sunt SS. Patrum Sermones aut Homiliæ, quibus ferè tota elucescat Christianæ Religionis doctrina: *Orationes* etiam penè omnes, eorundem SS. Patrum manu confcriptæ: singulis diebus assignati Canones proprii, Synodaliūque decisionum Regulæ, ad quas ex disciplinæ Ecclesiasticæ notitiâ totius Cleri mores componi oporteat: Sanctorum Lectiones deterfobarbaræ ætatis situ veritati ita restitutæ, ut non aliud jam miraculum, factum-ve, aut virtutis exemplum exhibeant, quàm quod sinceris rerum gestarum consonet monumentis. Adest, succinitque, pia Hymnorum elegantia; ex ipsis Scripturæ Patrumque verbis aut sententiis ad vivum expressa, nec ingeniosè minus ac poëticè quàm religiosè & sanctè concinnata. In totâ serîe Officiorum, sic *adstipulantur sibi invicem utriusque fœderis pagina (b)*; ut primo intuitu deprehendatur, mirus ubique vaticiniorum cum eventu, aut imaginum cum ipsâ re, concentus. Sic denique in singulis operis partibus spirant sensus intinai veræ pietatis; ut qui eas legendo attentè perpenderit, is profectò sentiat fidem illustrari, spem roborari, foveri atque inflammari caritatem.

Quid porrò Nobis in tam præclaro opere desi-

(a) Cælestin. *Epist. ad* (b) S. Leo, *Serm. de Transfig. Gall.*

derandum, Fratres dilectissimi, quominus illud vobis statim offerremus totum quale est? nisi quòd meritissimi Archiepiscopus nostri vestigiis votisque inhaerentes, illud idem ad usum nostrae Dioceseos aliquatenus accommodari necesse duximus. Et certè, ut optime ait S. Maximus Taurinensis, *Licet universi Sancti ubique sint & omnibus profint; tamen praecipue eorum solemnitas nobis curanda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt; qui Provinciam, Civitatemve nostram Evangelii luce & praedicatione Verbi collustrarunt; qui domesticum eximiae sanctitatis in quocumque vivendi genere exemplum nobis reliquerunt, presenti quodam oculorum testimonio: Sancti illi denique specialiter venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus; cum his siquidem, quamvis alibi nati mortuive sint, aliqua nobis familiaritas est; semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur.* Quorum omnium Officia sic ordinari curavimus, ut ne quid in illis à Breviarii Parisiensis normâ aberraret: simulque, sublatis aut immutatis quae Diocesi Parisiensi prorsus peculiaria sunt, totum Officium Sanctorum ita distribui, ut non tam alienum Breviarium adsciscere videamur, quam novum quoddam Ecclesiae nostrae proprium instituire.

Hoc ipsum ergo vobis deinceps utendum tradimus, Fratres dilectissimi, speramusque fore gratissimum. Brevi nimirum intervallo temporis, notum erit vestrum unicuique, & propriae experientiam compertum, quanta ex ejus lectione ac meditatione redundet utilitas, quam multiplex tum privatim tum publice fructus exurgat. Pastori praesertim, caeterique quibus animarum pabulo doctrinae enutriendarum cura incumbit, semper sibi praesens ex ipso suo Breviario subsidium mutuari poterunt; si in orando recitandoque, sedulam mentem attendant singulorum Offi-

Serm.
de S. S.
Ottavio,
Adventor.
& Solus;

riorum materiam, finem, distributionem; si divinarum rerum intelligentiam, ex puris quibus totum constat fontibus, hauriant imbibantque penitus; undè ipsi suavissimè pascantur, & tanquam *fideles servi quos constituit Dominus super familiam suam*, semper parati sint ut dent illis cibum in tempore (a).

II. Qua
& quoru-
plex sit
materia
Oratio-
nis, præ-
sertim pu-
blica; &
quæ mens
Orantis
asse de-
beat.

II. Sed cum eo demùm fine institutio Breviarii facta sit, Clericisque injuncta illius recitandi necessitas, ut orationi incumbant diligentius; pauca hîc de Oratione ipsâ, publicâ præsertim, & pro quibus aut quâ mente fieri debeat, subjungenda duximus.

Et ad omnes quidem Christianos pertinet divinum illud Evangelii præceptum: *Oportet semper orare, & non deficere* (b). At quantò magis ad Ecclesiæ ministros, qui pro hominibus constituti in his qua sunt ad Deum (c), in id toti esse debent ut populi orationes oblationesque ad thronum gratiæ (d) perferant, indè pacem populo & justitiam (e) susceperunt!

Oran-
dum 1.
pro Ec-
clesiâ u-
niversâ.

Porrò ex ipsâ Psalmorum recitatione, qui potiorum semper in quolibet Officio Breviarii partem constituunt, vobis innotescit quid primum in illo persolvendo intendere debeatis; hoc nempe, ut ab Ecclesiâ sanctâ, quæ mater nostra est & Sponsa Christi, nec voces vestræ nec corda dissonent. *Psalmus* enim, Basilio teste, *totius Ecclesiæ vox una* (f); cujus proindè si filii estis per fidem (g), in singulis ferè Psalmorum versiculis, menti occurrere debet quæ sint variæ illius necessitates, tentationes, pericula; qui status diversi, quæ spes, quæ certa in futurum gloria. Hanc amemus Ecclesiam, Fratres dilectissimi; ipsam totis vis-

(a) *Matth.* xxiv. 45.

(b) *Luc.* xvij. 1.

(c) *Hebr.* v. 1.

(d) *Ibid.* iv. 16.

(e) *Pf.* lxxj. 3.

(f) Præfat. *Commentar.*
in *Psalm.*

(g) *Gal.* iij. 26.

eribus complectamur. Huic quum Propheta benedicat, **benedicamus & nos**; quum sanctitatis ejus miratur pulcritudinem, & ipsi miremur; quum futuram amplitudinem gloriamque prænuntiat, & ipsi apprecemur urgeamusque votis. Suspiremus, quum deplorat incurrentium in ipsam scandalorum multitudinem: contremisamus, quum illam exhibet inter varias sæculi hujus tempestates laborantem ac propè deficientem. Atque inter hæc, cum ipsa & pro ipsa orantes, *fortissimum solatium habeamus* (a); Christum utique, qui *sponsavit sibi illam in sempiternum in misericordiâ & in fide* (b), *usque ad consummationem sæculi ipsi adfuturum* (c); ut fluctibus licet undique quassata, immota semper maneat & secura; imò & si quando reputabitur illa senescere, *renovaturum ut aquila ipsius juventutem* (d).

Has tamen habens *promissiones* (e) Ecclesia Christi, quamdiu hinc in viâ & in exilio est, numquam à persecutionibus libera, sive illas domesticas patiatur aut externas, sive occultæ sint aut manifestæ (*Omnes enim qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur*), semper gemitibus indiget & lacrymis. Ideoque, in hoc potissimum dignoscuntur legitimi quotquot sunt ejus filii; quod piissimæ Matri compatientes, ipsi quoque à gemitibus & lacrymis non quiescunt. Et verò, cum *membra sumus corporis ejus* (f); nonne, *si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* (g)? Et cum ipsa *domus Dei* sit, *que domus sumus nos* (h); alienus sanè est à magnâ illâ domo superni Patrisfamiliæ, quisquis vel in ipsâ corporaliter constitutus, *dominicis tamen nec gaudens lucris nec damnis mærens* (i), servum se

II. Tim.
iii. 12.

(a) Hebr. vi. 18.

(b) Osee, ij. 19. 20.

(c) Matth. xxviii. 20.

(d) Psal. cij. 5.

(e) 2. Cor. vij. 1.

(f) Ephes. v. 30.

(g) 1. Cor. xii. 26.

(h) I. Tim. i. 11. 15. Hebr.

113. 6.

(i) Possid. in Vita Augusti

Et è contrà , *dante illo & aperiente manum suam* ;
omnia implebuntur bonitate (a) :

Quantà ergo cordis instantiâ , quàm promptâ
 merite supplices exorare debent , totique Reipub-
 licæ benedictionem impetrare à Domino , illi
 inprimis Religiosorum Ecclesiasticorumque Or-
 dinum viri , quos ipsa Respublica tantis opibus ,
 donisque & privilegiis cumulavit ! Non idèò sanè
 ditati , ut otiosi vitam degant ; sed ut à quovis ne-
 gotio absoluti liberius Orationi vacent , *Inter vesti-
 bulum & altare (b)* à divinâ vix umquam laude
 cessantes , iram offensi Numinis perpetuò plâ-
 eantes , vota persolventes populorum ; sicque
 pro sæcularibus viris omnibus , cæteris-ve quos-
 aliaz curæ sollicitudinesque necessariò distinent ,
 succedaneum deprecationis continuæ munus im-
 plere teneantur. O multos in Clero si Deus sus-
 ceitet *viros desideriorum* , Danieli similes ; qui
*peccata sua & peccata populi confitentes , proster-
 nerent preces suas in conspectu Dei !* Quàm citò
avertetur furor ejus à Civitate Jerusalem (c) !
 O si multos , de quibus ut de Jeremiâ , dici posset :
*Hic est fratrum amator & populi Israel ; hic est
 qui multum orat pro populo & universâ Civitate !*
 Quàm benè sperarent reliqui cives *adjutorium sibi
 de cælo in omnibus , misericordiamque ab Om-
 nipotentè affuturam (d) !*

4^o. Pro
 nobis ip-
 sis.

Ad Vos singulos quod attinet , Fratres carissi-
 mi , propriasque orantium necessitates ; nusquàm
 ullo præceptore opus est ut indigens edoceatur
 quid petat , aut quando , vel quomodo petat. Et
 qui *pro aliis rogare cogimur (e)* , nosmetipfos
 numquid in orando continget pro nobis ipsis pa-
 rùm esse sollicitos ?

(a) *Psal.* ciiij. 29.

(b) *Joel* , ij. 17.

(c) *Dan.* ix. 16. 20. 23.

(d) *II. Mach.* xv. 8. 14.

(e) *Orat. in commendat.*

Defunctor.

At enim ea est humanæ naturæ depravatio, ut
 miseri, deperditi, sauciati, nec gemere, nec vul-
 nera sentire, nec remedium querere aut petere
 valeamus. *Miserabilis prorsus infirmitas (a)!*
*Quid enim miserius misero non miserante seip-
 sum (b) ?*

Quæ igitur mens orantis esse debeat, ac ve-
 lut Orationis conditio præcipua, indè saltem in-
 struamur; ex ipsâ miseriâ nostrâ, cum Prophetis
 Deo ita supplicantes: *Ego autem mendicus sum
 & pauper. . . Ego vir videns paupertatem meam (c).*
 Proh! quanta paupertas, Fratres carissimi! Quæ
 & qualis indigentia bonorum omnium, quando
 nostrum nihil sit (d); & deficientibus omnibus,
 ipsa oratio gemitusque deficiat! Hæc vera nem-
 pe, hæc Catholica, hæc Apostolica fides est;
*Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spi-
 ritu sancto (e): Ab ipso est invocatio Patris, ab
 ipso lacryma pœnitentium, ab ipso gemitus sup-
 plicantium (f).* Nos, quid oremus sicut oportet,
 nescimus, nisi idem Spiritus adjuvet infirmitatem
 nostram, postulans ipse pro nobis (g); sed neque
 sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex
 nobis (h): ita ut sancta cogitatio, pium consilium,
 omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia
 per illum boni aliquid possumus, sine quo nihil
 possumus (i).

Verum, ô Dei nostri bonitatem in nos miseri-
 cordissimam! Prout quisque sibi infirmitatis ege-
 stisque propriæ, Deo donante, conscius est; et
 eo ipso ditior fit, divinisque muneribus recipiendis
 aptior. *Ad quem enim respiciam, dicit Domi-*

- | | |
|---|---|
| (a) Eccles. v. 15. | (f) Leo, Sermon. L. de
Penec. c. 4. |
| (b) S. August. Confess. Lib.
1. c. 13. | (g) Rom. viij. 26. |
| (c) Psal. xxxix. 23. | (h) II. Cor. iij. 5. |
| (d) Thren. iij. 1. | (i) Cælestin. Epistol. ad
Episc. Gall. |
| (e) Aug. ex Cyprian. | |
| (f) I. Cor. xij. 3. | |

Quæ
 mente
 orandum.
 1.º. Mi-
 seria pro-
 pria sibi
 conscius
 esse.

mus, nisi ad pauperculum & contritum spiritu (a) ? Anima qua tristes est super magnitudine mali, & incedit curva & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & justitiam Domino (b) : Pauper & inops laudabunt nomen tuum (c). Et qui superbis resistit Deus; ipse esurientes implet bonis (d); ipse sanat contritos corde, ipse populum humilem salvum faciet (e). Atque ita, commercii cujusdam optatissimo fœnore, dum procedit humilis & submissa confessio, & datur totum Deo; quidquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate prastatur (f).

2^o. *Beatitudinem qua Deus est, desiderare.* Bdoceant nos adhuc mendici & pauperes, desiderare quod petimus. Porrò in Oratione quid petamus, & quò illa tendat quidquid petatur, si rectè petitur, undenam melius quàm ex his Augustini verbis potest intelligi? Omnes quando oramus, mendici Dei sumus; ante januam magni Patris familiaris prosperemur, aliquid volentes accipere; & ipsum aliquid, ipse Deus est (g). Petit itaque à nobis mendicus panem, nos à Deo petimus Deum ipsum. Scilicet, Deus solus propter se querendus est; reliquis omnibus utendum tantummodò: Ipse enim fons nostra beatitudinis totius, sive in hac vitâ sive in futurâ; ipse omnis appetitionis est finis; & bonum nostrum nullum est aliud quàm illi coherere (h). Qui ergo aliquid à Domino extra illum in oratione quærent; qui aliud præter ipsum desiderant non propter ipsum, hi nec orare censendi sunt; & apertè de talibus Scriptura dicit: Dominum non invocaverunt (i). Verè ille Dominum invocabit, cui saltem ali-

(a) Isai. lxxvj. 2.

(b) Baruch. ij. 18.

(c) Psalm. lxxij. 22.

(d) I. Petr. v. 5.

Luc. j. 53.

(e) Psalm. cxlvj. 3. xvij.

30.

(f) Cyprian. de Oratione Dominica.

(g) Scrm. 83. de Verb. Evangelii.

(h) Libr. x. de Civitate Dei. c. 3.

(i) In Psalm. 33. 55. 76.

quarens dicere posse cum Psalmistâ contingeret:
Deus cordis mei, & pars mea Deus, hic & in æternum (a).

Hinc rectè idem Augustinus, totam Orationis substantiam ponit in illis virtutum actibus quæ ad Deum immediatè feruntur (& ideo dicuntur *Theologica*); ut sola fides oret, sola spes, sola caritas: undè & facilè demonstretur quomodo Oratio continua esse possit & debeat. *In ipsâ fide, inquit, & spe & caritate, continuato desiderio semper oramus. Ac per hoc, SINE INTERMISSIONE ORATE, quid est aliud quàm BEATAM VITAM, qua nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderate* (b)? Ipsum enim desiderium tuum, Oratio tua est; continuum desiderium tuum, continua vox tua est. Tacebis, si amare destiteris: frigus caritatis, silentium cordis est; si semper manet caritas, semper clamas (c). Homini ergo Christiano, quando unquam intermissio esse poterit ab Oratione? *Tota vita Christiani boni, sanctum desiderium est* (d).

His ad Deum desideriis piè anhelans Rëgius Vates, nihil aliud spirat in Psalmis; sive satagentis, solliciti, in tribulatione positi (e) verba proferat; sive laudantis, exultantis, gratias agentis. Cujus vaci variisque sensuum motibus debere nos in recitando voces sensusque nostros conjungere, sæpiùs monet Augustinus; ut sic ad Deum oratio nostra perveniat, deum Deum ipsum sequitur duce & inspiratorem: *Si orat Psalmus, erate; & si gemit, gemite; & si gratulatur, gaudete; & si sperat, sperate; & si timet, timete: omnia enim quæ hic scripta sunt, speculum nostrum sunt* (f). Ita certè influerent paulatim in pectus,

3°. *Attendere ad divinos Psalmorum affectus, eosque in se quasi transfundere.*

(a) *Psalm.* lxxij. 26.

(b) *Epist. ad Probam.*

(c) *In Psalm.* xxxvij. n. 14.

(d) *In Epist. I. Joannis.* iv. n. 1.

Fract. iv. n. 6.

(e) *In Psalm.* liv.

(f) *In Psalm.* xxx. *Emerrat.*

caelestes quibus Psalmi toti incalescunt flammæ ;
 ædique ac satietatis, imò potius inertix & stu-
 poris frigore depulso, *flagrantiam caritatis*, quæ
clamor cordis est (a), excitarent. Ita, peractis
 Officiis, exclamare unusquisque nostrum cum
 eodem Augustino posset: *Quas tibi, Deus meus,*
voces dedisti, quum legerem Psalmos David, Can-
onica fidelia, & sonos pietatis excludentes turgidum
spiritum ! Quomodo in te inflammabar ex eis ! . . .
Inhorruì timendo ; ibidemque inferbui sperando &
exultando in tuâ misericordiâ, Pater ! Et hac om-
nia exhibant per oculos & vocem meam (b).

Sed, proh dolor ! Quod in semetipso tam feli-
 citer expertus fuerat Augustinus, quam longè est
 ab illis qui *terrena sola sapientes* (c), qua sur-
 sum sunt fastidientes, hoc unum in Officij Divini
 vel necessitate vel consuetudine adimplere sata-
 gunt, ut debitum veluti pensum persolvant cur-
 sum extremisque labiis ! *Noluerunt attendere, &*
aures suas aggravaverunt, & cor suum posuerunt
ut adamantem, ne audirent verba qua misit Deus.
 Psal. cxviii. *in Spiritu suo* (d). Inter ignita eloquia quotidie
 versantur, & frigidi sunt ; *septies in die* Cantica
 illa recitant quorum calore mundus exarsit, &
 torpent. Heu, miserandam illorum sortem ! de
 quibus ipse Dominus : *Populus hic labiis me ho-*
norat, cor autem eorum longè est à me ; in va-
num autem colunt me (e). Atque utinam inutili-
 ter duntaxat, non cum detrimento (f) !

Considimus autem de vobis, *Dilectissimi*, me-
 liora & viciniora saluti (g) ; futurumque ut ex
 renovato publici Officii ritu, renovetur etiam ar-
 dor pietasque vestra, cui novum in orando sub-
 sidium suppeditamus. Effundat super vos Deus,

(a) In Psal. xxvii. sup.	(d) Zachar. vij. 11. 12.
(b) Lib. ix. Confess. c. 4.	(e) Marc. vij. 6. 7.
(c) Philip. ii. 19. Coloss.	(f) Basil. in Psal. xxviii.
ii. 2.	(g) Hebr. vj. 9.

ad expletionem spei nostræ (a), spiritum illum quem promisit domui David, spiritum gratiæ & precum (b); sine quo nemo est quidpiam salubriter oraturus (c); cum quo nemo est a petitione quâlibet submovendus, quia secundum Deum postulat pro sanctis (d).

Quocircâ de Venerabilium Fratrum nostrorum, Ecclesiæ nostræ Dignitatum & Canonicorum consilio, omnibus nostræ Diœceseos Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Communitatibus, tum Sæcularibus, tum Regularibus, necnon omnibus Clericis qui ad recitandum Officiam Canonicâ lege tenentur, mandamus in Domino ac præcipimus ut hocce Breviario nostro utantur in posterum; districtè inhibentes ne deinceps aliud, siue privatim, siue publicè, recitare præsumant.

Datum Mimatî, in Palatio nostro Episcopali, die Dominicâ primâ Adventûs, Anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo tertio.

✠ G. FLORENTIUS, Episc. Mimatensis.

De Mandato Illustrissimi & Reverendissimi D. Domini mei Episcopi.

SAINT - JUST.

(a) Ibid. 11.
(b) Zachar. xij. 10.

(c) S. Aug. Epist. 109.
(d) Rom. viij. 27.

TABULA TEMPORARIA

www.libtool.com.cn

Anni Do- mini.	An- nus Num.	Epacta	In- dicio.	Litr. Dom.	Dom. post Epph.	Septua- gesima.	Dies Cinerum- Simplex.
1764	17	xxvj	12	A g	6	19 Febr.	7 Martii
1765	18	vij	13	f	3 †	3 Febr.	20 Febr.
1766	19	xviii	14	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1767	1	*	15	d	5 †	15 Febr.	4 Martii
1768	2	xj	1	c b	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1769	3	xxij	2	A	2	22 Jan.	8 Febr.
1770	4	iiij	3	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1771	5	xiv	4	f	2 †	27 Jan.	13 Febr.
1772	6	xxv	5	e d	5 †	16 Febr.	4 Martii
1773	7	vj	6	c	4 †	7 Febr.	24 Febr.
1774	8	xvii	7	b	3	30 Jan.	16 Febr.
1775	9	xxviii	8	A	5	12 Febr.	1 Martii
1776	10	ix	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx	10	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	i	11	d	5 †	15 Febr.	4 Martii
1779	13	xij	12	c	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1780	14	xxiiij	13	b A	2	23 Jan.	9 Febr.
1781	15	iv	14	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1782	16	xv	15	f	2 †	27 Jan.	13 Febr.
1783	17	xxvj	1	e	5 †	16 Febr.	5 Martii
1784	18	vij	2	d c	4 †	8 Febr.	25 Febr.
1785	19	xviii	3	b	2 †	31 Jan.	9 Febr.
1786	1	*	4	A	5	22 Febr.	1 Martii
1787	2	xj	5	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1788	3	xxij	6	f e	1 †	20 Jan.	6 Febr.
1789	4	iiij	7	d	4 †	8 Febr.	25 Febr.
1790	5	xiv	8	c	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1791	6	xxv	9	b	6	20 Febr.	9 Martii
1792	7	vj	10	A g	4	5 Febr.	22 Febr.
1793	8	xvii	11	f	2 †	27 Jan.	13 Febr.
1794	9	xxviii	12	e	5 †	16 Febr.	5 Martii
1795	10	ix	13	d	3 †	1 Febr.	18 Febr.
1796	11	xx	14	c b	2 †	24 Jan.	10 Febr.
1797	12	i	15	A	5	12 Febr.	1 Martii
1798	13	xij	1	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1799	14	xxiiij	2	f	1 †	20 Jan.	6 Febr.
1800	15	iv	3	e d	4 †	9 Febr.	26 Febr.
1801	16	xv	4	c	3 †	1 Febr.	18 Febr.
1802	17	xxvj	5	b	5 †	14 Febr.	3 Martii
1803	18	vij	6	A	4 †	6 Febr.	23 Febr.

FESTORUM MOBILIU.

<i>Anni Domini.</i>	PASCHA. Annuale.	<i>Ascensio Domini.</i> Sol. maj.	<i>Pentecostes.</i> Annuale.	<i>Fest. Corp. Christi.</i> Sol. maj.	<i>Dom. post Pent.</i>	<i>Dom. I. Adu. Domini.</i>
1764	22 April.	31 Maii	10 Junii	21 Junii	24	2 Dec.
1765	7 April.	16 Maii	26 Maii	6 Junii	26	1 Dec.
1766	30 Martii	8 Maii	18 Maii	29 Maii	27	30 Nov.
1767	19 April.	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29 Nov.
1768	3 April.	12 Maii	22 Maii	2 Junii	26	27 Nov.
1769	26 Martii	4 Maii	14 Maii	25 Maii	28	3 Dec.
1770	15 April.	24 Maii	3 Junii	14 Junii	25	2 Dec.
1771	31 Martii	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1 Dec.
1772	19 April.	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29 Nov.
1773	11 April.	20 Maii	30 Maii	10 Junii	25	18 Nov.
1774	3 April.	12 Maii	22 Maii	2 Junii	26	27 Nov.
1775	16 April.	25 Maii	4 Junii	15 Junii	25	3 Dec.
1776	7 April.	16 Maii	26 Maii	6 Junii	26	1 Dec.
1777	30 Martii	8 Maii	18 Maii	29 Maii	27	30 Nov.
1778	19 April.	28 Maii	7 Junii	18 Junii	24	29 Nov.
1779	4 April.	13 Maii	23 Maii	3 Junii	26	18 Nov.
1780	26 Martii	4 Maii	4 Maii	15 Maii	28	3 Dec.
1781	15 April.	24 Maii	3 Junii	4 Junii	25	2 Dec.
1782	31 Martii	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1 Dec.
1783	20 April.	29 Maii	8 Junii	19 Junii	24	30 Nov.
1784	11 April.	20 Maii	30 Maii	10 Junii	25	18 Nov.
1785	27 Martii	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Nov.
1786	16 April.	25 Maii	4 Junii	15 Junii	25	3 Dec.
1787	8 April.	17 Maii	27 Maii	7 Junii	26	2 Dec.
1788	23 Martii	1 Maii	11 Maii	22 Maii	28	30 Nov.
1789	12 April.	21 Maii	31 Maii	11 Junii	25	29 Nov.
1790	4 April.	13 Maii	23 Maii	3 Junii	26	18 Nov.
1791	24 April.	2 Junii	12 Junii	23 Junii	23	27 Nov.
1792	8 April.	17 Maii	27 Maii	7 Junii	26	2 Dec.
1793	31 Martii	9 Maii	19 Maii	30 Maii	27	1 Dec.
1794	20 April.	29 Maii	8 Junii	19 Junii	24	30 Nov.
1795	5 April.	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29 Nov.
1796	27 Martii	5 Maii	15 Maii	26 Maii	27	27 Nov.
1797	16 April.	25 Maii	4 Junii	15 Junii	25	3 Dec.
1798	8 April.	17 Maii	27 Maii	7 Junii	26	2 Dec.
1799	24 Martii	2 Maii	12 Maii	23 Maii	28	1 Dec.
1800	13 April.	22 Maii	1 Junii	12 Junii	25	30 Nov.
1801	5 April.	14 Maii	24 Maii	4 Junii	26	29 Nov.
1802	18 April.	27 Maii	6 Junii	17 Junii	24	28 Nov.
1803	10 April.	19 Maii	29 Maii	9 Junii	25	27 Nov.

Ubi cumque reperitur nota hæc † juxta numerum Dominicarum quæ Epiphaniam inter & Septuagesimam occurrunt in præcedenti Tabella temporaria, designat Officium Dominicæ cujusdam anticipandum in Sabbatum, aut aliquam Feriam præcedentem, prout habetur fufius, Part. I. Cap. VI. n. 16. Rubricarum generalium.

In fequenti Calendario appofitum eft tempus quo quisque Sanctus obiit: an. fignificat anno: c. an. circa annum: f. feculo: c. med. f. circa medium feculi: c. fin. f. circa finem feculi. Quibus nihil apponitur, tempus eorum mortis planè incertum.

Fefla quæ majoribus notantur caratteribus, feriuntur apud populum.

Cycl.	Litt.	Dies	JANUARIUS.	
Epact.	Dom.	mensis.		
	A	Cal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, Solemnissimus.
xxix	b	iv	2	Basilii magni, Cæfariensis in Cappadocia Epifcopi, & Ecclefie Doctoris, Semidupl. obiit 1. Januarii, an. 379.
xxviii	c	iii	3	Genovefæ, Virginis, Semidupl. an. 512.
xxvii	d	Prid.	4	
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ, sine jejuniis, Simplex: cum commem. S. Simeonis Stylitæ, Anachor. prope Antiochiam: c. an. 450.
25. xxv	f	viii	6	EPIPHANIA DOMINI, Solemnissimæ majus.
xxiv	g	vii	7	De Octava Epiphaniæ, Semiduplex.
xxiii	A	vi	8	De Octava Epiph. Semid. cum commem. S. Odilonis, Abb. obiit an. 1048.
xxii	b	v	9	De Octava Epiphaniæ, Semiduplex.
xxj	c	iv	10	De Octava Epiphaniæ, Semiduplex: cum commem. S. Pauli, primi Eremitæ Thebaidis: c. an. 347.
xx	d	iii	11	} De Octava Epiphaniæ, Semiduplex.
xi	e	Prid.	12	

Excl. Litt. Dies JANUARIUS.
Epact. Dom. mensis.

xviii	f	Idib.	13	Octava Epiphaniæ, & Baptismus Domini, <i>Duplex-majus.</i>
xvii	g	xix	14	Hilarii, Pictaviensis Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, (è 13.) <i>Duplex-minus</i> : c. an. 368.
xvi	A	xviii	15	Juliani & Basilissæ, Martyrum, init. iy. sec. <i>Semiduplex</i> : cum <i>commem.</i> S. Mauri Glannofliensis Abbatis, c. fin. vi. f. & S. Boniti Episc. Arverni. c. an. 710.
xv	b	xvii	16	Firmini, Cahalorum Episcopi, (è 14.) <i>Semidupl.</i> cum <i>commem.</i> S. Tarficiæ, Vieg. Ruthenenfis : c. an. 609.
xiiii	c	xvi	17	Antonii, Abbatis Ægyptii, <i>Semidupl.</i> an. 356. cum <i>commem.</i> S. Sulpitii, Bituricensis Episcopi : an. 644.
xiii	d	xv	18	Pontificatus, seu Cathedralis S. Petri Apostoli, quâ primùm Antiochiæ, tum Romæ sedir, <i>Semiduplex.</i>
<i>Prima Septuagesima.</i>				
xii	e	xiv	19	S. Genulsi, primi Cadurcensis Episcopi, <i>Semiduplex</i> : c. an. 260. cum <i>commem.</i> S. Guillelmi, Bituricensis Episcopi, (è 19.) an. 1209.
xi	f	xiii	20	Sebastiani, Mart. <i>Duplex-minus</i> : circa an. 288. cum <i>commem.</i> S. Fabiani, Papæ & Martyris : an. 250.
x	g	xii	21	Agnetis, Virg. & Mart. <i>Semiduplex</i> ; an. 303. vel 304.
ix	A	xi	22	Vincentii, Diaconi & Mart. <i>Duplex-minus</i> : an. 303. vel 304.
viii	b	x	23	
vii	c	ix	24	
vi	d	viii	25	Conversio S. Pauli, Apostoli, <i>Duplex-majus</i> : an. 34. vel 35.
v	e	vii	26	Paulæ, Viduæ, <i>Simplex</i> : an. 404.
iiii	f	vi	27	
iii	g	v	28	
ii	A	iiii	29	Francisci Salesii, Genev. Episcopi, (è 28 Dec.) <i>Semiduplex</i> : an. 1622.
i	b	iii	30	
	c	Idib.	31	

Cycl. Lix. Dies
Epact. Dom. mensis.

FEBRUARIUS.

Cycl. Epact.	Lix. Dom.	Dies mensis.	
xxix	d	Cal.	1
xxviiij	e	iv	2
xxvij	f	iiij	3
25. xvj	g	Prid.	4
xxv. xxiv	A	Non.	5
xxiiij	b	viiij	6
xxij	c	vij	7
xxj	d	vj	8
xx	e	v	9
xix	f	iv	10
xviiij	g	iiij	11
xvij	A	Prid.	12
xvj	b	Idib.	13
xv	c	xvj	14
xiv	d	xv	15
xiiij	e	xiv	16
xij	f	xiiij	17
xj	g	xij	18
x	A	xj	19
ix	b	x	20
viiij	c	ix	21
vij	d	viiij	22
vj	e	vij	23
*	*	*	*
v	f	vj	24
iv	g	v	25
iiij	A	iv	26
ij	b	iiij	27
i	c	Prid.	28

FEBRUARIUS.

Ignatii, Antiochiæ Episc. & Mart. (è 20 Dec.) *Semiduplex* : an. 107.
 PRÆSENTATIO DOMINI, & PURIFICATIO BEATÆ MARIE VIRGINIS, *Solemne-majus*.
 Blasii, Sebast. Episc. & Mart. *Duplex-majus* : c. an. 316.

Prima dies Cinerum.

Agathæ, Catanensis Virginis & Mart. *Semiduplex* : an. 251.

Joannis de Matha, Presb. Parif. Ord. SS. Trinit. Fund. (è 21 Decemb.) *Semiduplex* : an. 1213.

Simeonis, Hierosolym. Episcopi, & Martyris, *Semiduplex* : an. 107.

Ultima Septuagesima.

Dies intercalaris addendus in an. bissextili.

Matthiæ, Apost. *Duplex-majus* : 1.6
 In anno bissextili.

Cycl. Litt. Dies FEBRUARIUS,
Eph. Dom. mensis.

www.libtool.com.cn

In anno bissextili Februarius est die-
rum 29, & Festum sancti Marthæ ce-
lebratur 25 Februarii, & bis dicitur
sexto Calendas, id est, 24 & 25. Lit-
tera verò Dominicalis quæ assumpta
fuit in mense Januario, mutatur in
præcedentem; ut, si in Januario Lit-
tera Dominicalis fuit A, mutatur in
præcedentem, quæ est g; & sic de aliis.
Feriâ vj. post Cineres fit Officium de
Quinque Plagis Christi, *Duplex-majus*.

M A R T I U S.

*	d	Cal.	1
xxix	e	vj	2
xxviij	f	v	3
xxvij	g	iv	4
xxvj	A	iiij	5
xxv	b	Prid.	6
xxiv	c	Non.	7
xxiii	d	viiij	8
xxij	e	vij	9
xxj	f	vj	10
xx	g	v	11
xix	A	iv	12
xviii	b	iiij	13
xvij	c	Prid.	14
xvj	d	Idib.	15
xv	e	xvij	16
xiv	f	xvj	17
xiii	g	xv	18
xii	A	xiv	19
xi	b	xiiij	20
x	c	xij	21
ix	d	xj	22
viii	e	x	23
vij	f	ix	24

Perpetuus & Felicitatis, Mart. *commem.*
c. an. 104.

Primum Novilunium Paschale.

Ultima dies Cinerum.

Alexandri, Hierosolymitani Episc. &
Mart. *commem.* an. 150.

Primum Pascha.

Cycl. Lit. Dies
 Epact. Dom. mensis.

M A R T I U S.

vj	g	viiij	25
v	A	vij	26
iv	b	vj	27
iiij	c	v	28
ij	d	iiii	29
i	e	iiij	30
*	f	Prid.	31

ANNUNTIATIO DOMINICA, Solemne-maj.

[De Octava Annuntiationis, Semiduplex quando Pascha occurrit 22 Martii.]

Feria sexta post Dominicam Passionis fit Officium de Compassione B. Mariæ, Duplex-minus.

A P R I L I S.

xxix	g	Cal.	1
xxviiij	A	iiii	2
xxvij	b	iiij	3
25. xxvj	c	Prid.	4
xxiv. xxij	d	Non.	5
xxij	e	viiij	6
xxij	f	vij	7
xxj	g	vj	8
xx	A	v	9
xix	b	iiii	10
xviiij	c	iiij	11
xvij	d	Prid.	12
xvj	e	Idib.	13
xv	f	xviiij	14
xiv	g	xvij	15
xiiij	A	xvj	16
xij	b	xv	17
xj	c	xiiii	18
x	d	xiiij	19
ix	e	xij	20
viiij	f	xj	21

Octava Annuntiationis, [modo Pascha occurrat 22 vel 23 Martii] Duplex majus.

Francisci de Paula, Institutoris Ordinis Minimorum, Semiduplex: an. 1507.

Ambrosii, Mediolanensis Episc. & Eccl. Doctoris, Duplex-minus: an. 397.

Ultimum Neuilunium Paschale.

Joseph, Sponsi B. M. V. (21 Mart.) Duplex-majus: 1. f.

Georgii,

d. Litt. Dies
Epist. Dom. mensis.

A P R I L I S.

vij	g	vij	23	Georgii, Martyr. <i>commem.</i> c. an. 303.
v	A		23	
iv	b	vij	24	
iii	c	vij	25	Marci, Evangelistæ, <i>Duplex-majus</i> : c. an. 68.
ii	d	vj		<i>Ultimum Pascha.</i>
i	e	v	26	Cleti seu Anacleti, Papæ & Martyris, <i>commemoratio</i> : c. an. 91.
*	f	iv	27	Polycarpi, Smyrn. Episcopi & Martyris, <i>Semiduplex</i> : (è 26 Martii.) an. 169.
xxix	g	iiij	28	
	A	Prid.	29	Mariz Egyptiæ, <i>Semid.</i> (è 1.) v. vel vi. f.
			30	Eutropii, Santonenfis Episcopi & Mar- tyris, <i>commemoratio</i> : III. sec.

[Dominicâ tertiâ post Pascha Inven-
tio & Translatio Reliquiarum S. Privati
Martyris, Gabalorum Ptimi Episc. &
Patroni, *Duplex-majus.* an. 1170.

M A I U S.

xxviii.	b	Cal.	1	P hilippi * & Jacobi ** (Alphaei) Apostolorum, <i>Duplex-majus</i> : * post 81. ** 62.
xxvij	c	vj	2	Athanasii, Alexandriæ Episc. & Eccl. Doct. <i>Semiduplex</i> : an. 373.
xxvj	d	v	3	Inventio sanctæ Crucis, <i>Duplex-majus</i> : an. 326.
25. xxv	e	iv	4	Monicæ, Viduæ, <i>commem.</i> an. 387.
xxiv	f	iiij	5	Sacerdotis, Diaconi Ecclesiæ Cadurcen- sis, postea Lemovic. Episc. <i>commem.</i> c. an. 720.
xxiii	g	Prid.	6	Joannæ, Apost. & Evang. ante Portam Latinam, <i>Semiduplex</i> : an. 95.
xxij	A	Non.	7	Theodardi, è Territorio Cadurcensi, Narb. Episc. (è 1.) <i>comm.</i> an. 893.
xxj	b	viiij	8	Gabrielis, Archangeli, <i>Duplex-majus.</i>
xx	c	vij	9	Gregorii Nazianzeni, Constantinop. Episcopi, & Eccl. Doct. <i>Semiduplex</i> : an. 391.

Minat.

8

Cycl. *Liab.* *Dies*
Epact. *Dom.* *mensis.*

M A P U S.

Prima Pentecostæ.

Cycl. Epact.	Liab. Dom.	Dies mensis.	Notes
xix	d.	vj.	10 Mamerti, Viennensis Episc. <i>Simplex</i> & post an. 475.
xviij	e.	v.	11
xvij	f.	iv.	12
xvj	g.	iii.	13
xv	A.	Prid.	14
xlv	b.	Idib.	15
xiiij	c.	xviij	16
xij	d.	xvj	17
xj	e.	xv	18
x	f.	xiv	19 Petri Coelestina V. Papæ, Institut. Congr. Coelest. Semid. an. 1296. & <i>commem.</i> S. Yvonis, Presbyteri, an. 1303.
ix	g.	xiiij	20
viiij	A.	xij	21
vij	b.	xj	22
vj	c.	x	23
v	d.	ix	24
iiii	e.	viiij	25 Urbani, Papæ I. & Mart. <i>Simpl.</i> an. 1300.
iiij	f.	vij	26
ij	g.	vj	27
i	A.	v	28
	b.	iiii	29
xxix	c.	iii	30
xviii	d.	Prid.	31 Mundane, Vidue & Martini Territorio Cadurc. <i>Simplex</i> : c. an. 725.
			¶ Dominica prima post Pentecosten, fit Officium de SS. TRINITATE, <i>Solemnitatis</i> .
			Quando Pascha incidit in diem 23. Martij, Festum S. Gabrielis agitur die y Maii, cum <i>commem.</i> S. Sacerdotis.
J U N I U S.			
xviij	e.	Cal.	1 Clari, primi Episc. Albiensis & Mart. Semid. an. 259. cum <i>commem.</i>
15. xviij.	f.	iv	2 S. Flori, Lodovensis Episc. v. f. Pothini, Lugdun. Episcopi, Blandinæ Virginis, & Quadraginta quinque Mart. <i>Semiduplex</i> : an. 177. cum

Cycl. Ides. Dies
Epud. Dom. mensis.

J U N I U S.

Cycl.	Ides.	Dies	Epud.	Dom.	mensis.	
						<i>commem. SS. Marcellini Presbyt. & Petri Exorcistæ, Mart. an. 304.</i>
xxv	xxiv	g	iii	3		<i>Clotildis, Regina Francorum, Semiduplex: post 537.</i>
	xxiii					
	xxij	A	Prid.	4		
	xxj	b	Non.	5		
		c	vij	6		<i>Norberri, Magdeburgensis Episc. Instit. Ordinis Præmonstratensis, Semid. an. 1134. cum commem. S. Claudii Bisuntinensis Episcopi: an. 581.</i>
	xx	d	vij	7		
	xix	e	vj	8		
	xviii	f	v	9		
	xvij	g	iv	10		
	xvj	A	iii	11		<i>Barnabæ, Gentium Apostoll, Duplex-minus: c. fin. 1. f.</i>
		b	Prid.	12		
	xv	c	Idib.	13		
						<i>Ultima Pentecostæ.</i>
	xiij	d	xviij	14		
	xij	e	xvij	15		
	xj	f	xvj	16		<i>Ilpidii, Gabali, Mart. Semiduplex</i>
	x	g	xv	17		
	ix	A	xiv	18		
	viii	b	xiiij	19		<i>GERVASII ET PROTASII, Martyrum: [festivatur in civitate & Paroch. tantum], Solemne-minus. [extra civitatem Duplex-minus.] 1. vel 11. f.</i>
						<i>Romualdi, Abbatis, Instit. Ord. Camaldulensis, Simplex: c. an. 1027.</i>
	vij	c	xij	20		<i>Radulphi, è Territorio Cadurc. Episc. Bituric. Simplex: an. 868.</i>
	vj	d	xj	21		<i>Paulini, Nolan Episc. Semid. an. 431.</i>
	v	e	x	22		<i>Vigilia, cum jejunio.</i>
	iv	f	ix	23		<i>NATIVITAS S. JOANNIS-BAPTISTÆ, Solemne-minus.</i>
	iiij	g	viiij	24		
		A	vij	25		<i>Joannis & Pauli, Mart. Simpl. c. an. 363.</i>
		b	vj	26		
		c	v	27		
	iii	d	iv	28		<i>Irenæi, Lugdun. Episc. & Eccl. Doct. ac loc. Mart. Duplex-minus: c. an. 201. cum commem. Vigiliæ SS. Petri & Pauli, Apost. cum jejunio.</i>
						<i>PETRI & PAULI, Apost. Solemne-minus: c. an. 66.</i>
	xxvij	e	iii	29		

Cycl. List. Dies J U N I U S:
 Epact. Dom. mensis.

xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli, Apost. <i>Duplex-minus.</i>
JULIUS.				
xxvj	g	Cal.	1	M Artialis, Lemovicensis Episcopi, (è 30 Junii) <i>Semiduplex</i> : 111. f.
25. xxv	A	vj	2	Visitatio B. M. V. <i>Duplex-majus.</i>
xxiv	b	v	3	
xxiii	c	iv	4	
xxij	d	iiij	5	
xxj	e	Prid.	6	
xx	f	Non.	7	Thomæ, Cantuariensis Episc. & Martyris, (è 29 Dec.) <i>Semiduplex</i> : an. 1120. <i>Translat. hęc die</i> : 1222.
xix	g	viiij	8	Alithii, Cadurc. Episc. <i>Simplex</i> . post an. 400.
xviii	A	vij	9	
xvii	b	vj	10	Septem Fratrum Filiorum sanctę Felicitatis, Mart. <i>Simplex</i> : c. an. 150.
xvj	c	v	11	Benedicti, Cassinensis Abb. (è 21 Mart.) <i>Semiduplex</i> : an. 543. <i>Translatio hęc die</i> : c. an. 653.
xv	d	iiii	12	
xiv	e	iiij	13	
xiii	f	Prid.	14	Bonaventurę, Albanensis Episcopi & Doctoris, <i>Semiduplex</i> : an. 1274.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	
ix	c	xv	18	Thomę Aquinatis, Eccl. Doct. (è 7 Mart.) <i>Duplex-minus</i> : c. an. 1274. <i>Canonisatio hęc die</i> : an. 1333.
viii	d	xiiii	19	Vincentii à Paulo, Presbyteri, Mission. Institut. <i>Semiduplex</i> : an. 1660.
vij	e	xiii	20	
vj	f	xij	21	Victoris, Mart. <i>Semiduplex</i> : an. 290.
v	g	xj	22	Marię-Magdalenes, <i>Duplex-maj.</i> 1. f.
iv	A	x	23	Apollinaris, Ravennensis Episc. <i>Simplex</i> . 1. vel 11. f.
iiij	b	ix	24	Sigolena, Albiensis Vidua, <i>Simplex</i> : ante med. v 111. f.
ij	c	viiij	25	Jacobi (Zebedęi) Apost. <i>Duplex-majus</i> :

¶ycl. Litt. Dies J U L I U S.
Ep̄d. Dom. mensis.

	d	vij	26	an. 44. cum <i>commem.</i> S. Christophori, Mart. in Lycia : LI. f.
	e	vj	27	Ursi, Abbatis, <i>Simplex</i> : c. an. 510.
xxix	f	v	28	Joachim & Annæ parentum beatæ Mariæ Virginis, <i>Duplex-minus</i> .
xviii	g	iiii	29	Lupi, Trecentis Episc. <i>Semiduplex</i> : c. an. 479.
xvii	A	iiij	30	
15. xxvj	b	Prid.	31	Germani, Autissod. Ep. <i>Semid.</i> an. 448. cum <i>commem.</i> Sancti Ignatii Loyolæ, Presb. Instituz. Societatis Jesu ; an. 1556.
<hr/> Dominicâ secundâ Julii fit de SUSCEPTIONE SANCTÆ SPINÆ, <i>Duplex maj.</i> Feria 2. post Dominicam 2. Julii, Translatio Capitis S. Blasii, Episcopi & Martyris, <i>Simplex</i> . <hr/>				
AUGUSTUS.				
xv. xiiii	c	Cal.	1	P etri ad Vincula, (è 20 Apr.) <i>Duplex-minus</i> : an. 44 & 65. <i>Dedic. Basilicæ ejusdem hæc die</i> : an. 439. vel 451. cum <i>comm.</i> SS. Septem Fratrum Machabæorum, & eorum Matris, Martyrum, circa an. 167. ante <i>Christum natum</i> .
	d	iiii	2	Stephani, Papæ & Mart. <i>Simpl.</i> an. 257.
xxiii	e	iiij	3	Inventio Corporis S. Stephani, Proto-Martyris, <i>Duplex-minus</i> : an. 415.
xxj	f	Prid.	4	Dominici, Presb. Instit. Ord. Fratrum Prædic. (è 6.) <i>Semidupl.</i> an. 1221.
xx	g	Non.	5	
xix	A	viiij	6	Transfiguratio Domini, <i>Duplex-majus</i> : an. 28 vel 32. cum <i>commem.</i> S. Xysti, Papæ & Mart. an. 258.
xviii	b	vij	7	
xvii	c	vj	8	
xvj	d	v	9	
xv	e	iiii	10	Laurentii, Diaconi & Mart. <i>Duplex-majus</i> : an. 258.
xiiii	f	iiij	11	Clare, Clarissarum Abbatissæ, <i>Simplex</i> : an. 1253.

Cycl. Lit. Dies
Epat. Dom. mensis.

AUGUSTUS.

Cycl.	Lit.	Dies	Dies
Epat.	Dom.	mensis.	
xiiij	g	Prid.	12
xiij	A	Idib.	13
xij	b	xix	14
x	c	xviii	15
ix	d	xvii	16
			Vigilia, cura jejunio.
			ASSUMPTIO B. M. V. <i>Annuale</i> : 1. f.
			Rochi, Latæi apud Montem Pessulanum, <i>Duplex-minus</i> : an. 1327. cum <i>commem.</i> Octavæ.
viiij	e	xvi	17
vij	f	xv	18
vj	g	xiv	19
v	A	xiii	20
			Bernardi, Claravall. Abbatis, & Eccl. Doct. <i>Duplex-minus</i> : an. 1153. cum <i>commem.</i> Octavæ. ac Vigiliæ S. Privati, <i>scilicet</i> jejunio.
iiii	b	xii	21
			PRIVATI MARTYRIS GABALORUM PRIMI EPISCOPI ET PATRONI: <i>Annuale</i> : an. 265.
iiij	c	xi	22
iiij	d	x	23
iiij	e	ix	24
iiij	f	viii	25
iiij	g	vii	26
iiij	A	vi	27
iiij	b	v	28
iiij	c	iiii	29
iiij	d	iii	30
iiij	e	Prid.	31
			Octava Assumptionis B. M. <i>Duplex-majus</i> cum <i>commem.</i> Octavæ S. Privati.
			De Octava S. Privati, <i>Semiduplex</i> .
			Bartholomæi, Apost. <i>Duplex-majus</i> : 1. f. cum <i>commem.</i> Oct. S. Privati.
			Ludovici IX. Regis Franciæ, <i>Duplex-majus</i> : an. 1270. cum <i>commem.</i> Oct. S. Privati.
			Cæsarii Arelatensis Episc. & Eccl. Doct. (è 27.) <i>Duplex-minus</i> . cum <i>commem.</i> Oct. S. Privati
			Augustini, Hippon. Episc. & Eccl. Doct. (è 28.) <i>Duplex-minus</i> : an. 430. cum <i>commem.</i> Octav. S. Privati.
			Octava S. Privati, <i>Duplex-majus</i> . cum <i>com.</i> S. Juliani, Brivatensis, Martyris, an. 304.
			Decollatio S. Joannis-Baptiste, <i>Duplex-majus</i> : an. 28 vel 32.

SEPTEMBER.

xliij	f	Cal.	1
xliij	g	iy	2
			Ægidii, Abbatis in Occitania: <i>Semiduplex</i> : an. 547. vel 558.
			Lazari à Christo suscitati, & S. Mæ

Cycl. *List.* Dies
Epas. Dom. mens.

SEPTEMBER.

Cycl.	Epas.	Dom.	Dies	Dies mens.	Notes
					1. & Mart. sororum, Christi ho-
					pitum, <i>Duplex - majus</i> : 1 f. cum
					<i>commem.</i> S. Antonii, Mart. 111. f.
xj	A	iiij		3	Gregorii magi, Pape & Eccl. Doct. (<i>12 Mart.</i>) <i>Duplex-minus</i> : an. 604. <i>Ordinatio hęc die</i> : an. 590. cum <i>commem.</i> S. Proculę, Rethemę Virginis & Martyris.
ix	b	Prid.		4	Fredaldi, Galatun Episc. <i>Semiduplex</i> c. an. 820. vel 830.
xix	c	Non.		5	
xviii	d	viii		6	Eugenii, Cathaginenfis Episc. & Con- fessoris, <i>Simplex</i> : an. 504.
xvij	e	vij		7	Charissimę, Albiensis Virginis, <i>Sim- plex</i> : c. an. 504.
xvj	f	vj		8	NATIVITAS B. M. V. <i>Solemnis-majus</i>
xv	g	v		9	De Octava, <i>Semiduplex</i> .
xiv	A	iv		10	De Octav, <i>Semiduplex</i> : cum <i>comm.</i> S. Salvii, Albiensis Episc. c. an. 684. & S. Nicolai Tolentınatis, Eremitę sancti August. an. 1309.
xiii	b	iiij		11	
xij		Prid.		12	} De Octava, <i>Semiduplex</i> .
xj	c	Idib.		13	
x	e	xviii		14	
					Exaltatio sanctę Crucis, (impetrante Constantino, an. 326 vel 327, im- petrante Heraclio, an. 629.) <i>Duplex- majus</i> : cum <i>commem.</i> Octavę ac S. Cornelii, Pape & Mart. an. 252.
ix	f	xvij		15	Octava Nativ. B. M. <i>Duplex-minus</i> .
viii	g	xvj		16	Cypriani, Carthag. Episc. & Eccl. Doct. & Mart. <i>Semiduplex</i> : an. 258.
vij	A	xv		17	
vj	b	xiv		18	Joannis Chrysostomi, Constant. Ep. & Eccl. Doct. (<i>14.</i>) <i>Semid.</i> an. 407.
v	c	xiii		19	
iv	d	xij		20	
iii	e	xi		21	Marthę, Apost. & Evang. <i>Duplex- majus</i> : 1. f.
ij	f	x		22	Mauricii & Soc. Mart. <i>Semid.</i> an. 286.
j	g	ix		23	Theclę, Virginis & Martyris, <i>Simplex</i> : c. an. 8 f.
*	A	viii		24	
xxix	b	vij		25	
xxviii	c	vi		26	

Cycl. Litt. Dies
Epact. Dom. mensis.

SEPTEMBER.

xxvij	d	v	27	Cosmæ & Damiani, fratrum, Mart. <i>Semiduplex</i> : c. init. iv. f.
xxv	e	iv	28	
xxv	f	iii	29	Michaelis, & omnium Angelorum, <i>Duplex-majus</i> . Hoc festum in Apu- lia sumpsit initium, an. 493. vel 536.
xxiiij	g	Frid.	30	Hieronymi, Presbyteri & Eccl. Doct. <i>Duplex-minus</i> : an. 420.

OCTOBER.

xxij	A	Cal.	1	R emigii, Remensis Episc. (è 13 Jan.) <i>Semiduplex</i> : c. an. 533. <i>Translatio</i> <i>prima hâc die</i> , ante an. 585.
xxj	b	vj	2	Festum Angelorum Custodum, <i>Du-</i> <i>plex-minus</i> : cum commem. S. Leq- degarii Augustod. Episc. & Mart. an. 678.
xx	c	v	3	Dionysii Arcopagitz, primi Athenar- um Episc. & Mart. <i>Simpl.</i> c. an. 95.
xix	d	iv	4	Francisci, Assisnatis in Umbria, Instit. Ord. Fratrum Min. <i>Semid.</i> an. 1226.
xxiiij	e	iii	5	
xxvij	f	Frid.	6	Enimie, Virginis, <i>Semiduplex</i> : post an. 628. cum comm. S. Fidis, Virg. & Mart. c. an. 287. vel. 290.
xvj	g	Non.	7	Brunonis, Monachi, Institut. Ordinis Carthusianorum, [è 6.) <i>Semidu-</i> <i>plex</i> : an. 1101.
xv	A	viiij	8	
xiv	b	vij	9	Dionysii, primi Parisiorum Episcopi, Rustici Presb. & Eleutherii Diaconi, Mart. <i>Semid.</i> an. 275.
xxiiij	c	vj	10	
xxij	d	v	11	
xxj	e	iv	12	Speriz, Virg. & Mart. <i>Simp.</i> c. an. 760.
x	f	iii	13	Geraldi, Comitis Aureliacensis, <i>Simp.</i> an. 909.
ix	g	Frid.	14	
viiij	A	Idib.	15	Theresie, Virg. Instauratricis Ordinis Carmelit. <i>Semiduplex</i> : an. 1582.
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	

Cycl. Lit. Dies
Epas. Dom. mensis.

OCTOBER.

v	d	xv	18	Lucæ, Evang. <i>Duplex-majus</i> : 1. f.
iv	e	xiv	19	
iii	f	xiii	20	
ij	g	xij	21	Ursulæ & Soc. Virg. & Mart. <i>Semiduplex</i> : an. 450. cum <i>commem. S. Hilarionis, Abbatis</i> : an. 571.
j	A	xj	22	Lupentii, Abbatis, & Mart. <i>Duplex-minus</i> : c. an. 589.
s	b	x	23	
xxix	c	ix	24	Capuani, Cadurcensis Episc. <i>Simplex</i> : c. an. 680.
xxviii	d	viii	25	Hilarii, Gabalorum Episc. <i>Semid.</i> an. 541.
xxvij	e	vij	26	
xxvj	f	vj	27	
25. xxv	g	v	28	Simonis & Judæ, Apost. <i>Duplex-majus</i> : 1. f.
xxiv	A	iv	29	
xxiii	b	iiij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia, cum <i>jejuniis</i> : cum <i>commem. sancti Quintini, Mart.</i> c. an. 287.

Dominicâ post festum S. Francisci, sit ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS ECCLESIE CATHEDRALIS MIMATENSIS, an. 1620. eadem die ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS Ecclesiarum Diocesis, *Solemne-majus* : cum Octava.

Dominicâ post festum S. Lucæ, DE COMMEMORATIONE MIRACULORUM S. PRIVATI, Gabalorum primi Episcopi & Patroni, *Duplex-majus*.

NOVEMBER.

xi	d	Cal.	1	OMNIUM SANCTORUM, <i>Solemne-majus</i> : institut. c. an. 835.
x	e	iv	2	Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum; <i>Duplex-majus</i> : Instituta an. 998. (<i>Commem. Oct. omnium Sanctorum, si sit Dominica.</i>)
ix	f	iiij	3	De Octava omnium SS. <i>Semid.</i> cum <i>comm. S. Eustachii, & Soc. Mart.</i>

Cyel. *Litt.* *Dñs*
Epact. *Dom.* *mensis.*

NOVEMBER

<i>Cyel.</i>	<i>Litt.</i>	<i>Dñs</i>	<i>Epact.</i>	<i>Dom.</i>	<i>mensis.</i>	
						c. an. 1115. tum S. Naamati, Dñs. v. f.
xviii	g	Prid.	4			Caroli Borromæi, Mediol. Episcopi, Cardin. (è 3) <i>Semiduplex</i> : an. 1584. cum <i>commem.</i> omnium SS.
xvii	A	Non.	5			Amantii, Episc. Ruthen. (è 4.) <i>Semid.</i> v. f. cum <i>commem.</i> Oct. ac S. Marti- næ, Albiensis Virg. vi. f.
xvi	b	viii	6			De Octava omnium SS. <i>Semiduplex</i> :
xv	c	vii	7			De Octava omnium SS. <i>Semiduplex</i> : cum <i>commem.</i> S. Amarandi, Mart. Albiensis, III. f.
xiv	d	vi	8			Octava omnium SS. & Veneratio SS. Reliquiarum, imprimis Ecclesiæ Ca- thedralis & totius diocesis Mimatens- is, <i>Duplex-majus</i> : [an. 15. Nov.]
xiii	e	v	9			
xii	f	iiii	10			Leonis magni, Papæ & Ecclesiæ Doct. <i>Semiduplex</i> : c. an. 461 vel 462. cum <i>commem.</i> S. Martini, Papæ & Mart. (è 16 Sept.) an. 655.
xi	g	iii	11			Martini Turonensis Episcopi, <i>Duplex-</i> <i>majus</i> : an. 396.
x	A	Prid.	12			
ix	b	Idib.	13			Verani, Cabellicensis Episcopi, (è 11.) <i>Semidup.</i> c. an. 590. cum <i>commem.</i> S. Dahmatii, Ruthenensis, Episc. an. 580.
viii	c	xviii	14			
vii	d	xvii	15			Desiderii, Cadurc. Ep. <i>Simpl.</i> an. 654.
vi	e	xvi	16			
v	f	xv	17			
iv	g	xiiii	18			
iii	A	xiii	19			Elizabeth, Viduz, <i>Simpl.</i> an. 1232. cum <i>commem.</i> S. Quintiani, Ru- thenensis, deinde Claromontensis Episcopi, an. 527.
ii	b	xii	20			
i	c	xi	21			Præsentatio B. M. V. <i>Duplex-minus.</i>
	d	x	22			Cæcilie, Virginis & Mart. <i>Duplex-</i> <i>minus</i> : 11 vel 111. f.
xxix	e	ix	23			Clemæntis, Papæ & Mart. <i>Semidupl.</i> an. 100.
xxviii	f	viii	24			Chrysozoni, Mart. <i>Simpl.</i> an. 304.

Cycl. Lit. Dies NOVEMBER:
Epact. Dom. mensis.

xxvij	B	vij	25	Catharinae, Virg. & Mart. <i>Semiduplex</i> iv. f.
xv. xivj	A	vj	26	Linae, Papae & Mart. <i>Semid.</i> c. an. 784
xxv. xxiv.	b	v	27	

Prima sedes Adventus.

xxij	c	iv	28	
xxj	d	iii	29	Saturnini, Episc. & Mart. <i>Simplex</i> & c. an. 258 vel 275.
xxj	e	Prid.	30	Andree, Apost. <i>Duplex-majus</i> : 1, c.

DECEMBER.

xx	f	Cal.	1	Leodegundae, Episc. <i>Semiduplex</i> vii. cum <i>commem.</i> S. Eligii Nov. Episc. an. 659.
xix	g	iv	2	Francisci Xaverii, Presbyteri, <i>comm.</i> an. f. 1552.
				<i>Ultima sedes Adventus.</i>
xvii	A	iii	3	
xvij	b	Prid.	4	Barbarae, Virg. & Mart. <i>commem.</i> c. an. 236.
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viii	6	Nicolai, Myrensis Episc. <i>Semiduplex</i> & c. an. 320.
xiv	e	vij	7	
xiii	f	vj	8	CONCEPTIO B. M. V. <i>Solemne-minus.</i>
xij	g	v	9	
xj	A	iv	10	Gausberti, Cadurc. Episc. <i>commem.</i> c. an. 900.
x	b	iii	11	Damasii, Papae, <i>commem.</i> an. 384.
ix	c	Prid.	12	Diogeniani, Albiensis Episc. <i>commem.</i> post an. 409.
viii	d	Idib.	13	Luciae, Virg. & Mart. <i>Semiduplex</i> & an. 304. cum <i>commem.</i> S. Ursicini, Cadurc. Episc. <i>post.</i> an. 585.
vj	e	xix	14	
vj	f	xviii	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iii	b	xv	18	

Cycl. Lit. Dies **D E C E M B E R**
 Epact. Dom. mensis.

Cycl.	Lit.	Dies	Epact.	Dom.	mensis.	
ij	c	xiv	19			
j	d	xiiij	20			
*	e	xij	21			Thomæ, Apost. <i>Duplex-majus</i> : 1. f.
xxix	f	xiij	22			<i>www.librool.com.cn</i>
xxviiij	g	x	23			<i>Vigilia, cum jejuniis.</i>
xxvij	A	ix	24			NATALE DOMINI, Annuale.
xxvj	b	viiij	25			STEPHANI, PROTO-MART. Solemnissime minus : an. 33. cum <i>commem.</i> Oct. Natalis Domini.
As. xxv	c	vij	26			JOANNIS, APOSTOLI & EVANGELISTÆ, Duplex-majus : an. 100 vel 104 cum <i>commem.</i> Natalis Domini.
xxiv	d	vj	27			Innocentium, Mart. Duplex-minus : 1. f. cum <i>commem.</i> Natalis Domini.
xxiiij	e	v	28			De Octava Natalis Domini.
xxij	f	iiii	29			Officium Dominicæ intrâ Octavâ Natalis Domini, Semiduplex :
xxj	g	iiij	30			De Oct. Natalis Domini, cum comm. S. Sylvestri, Papæ : an. 335. ac sanctæ Columbæ, V. & M. an. 258 vel 273.
* 19. xx	A	Prid.	31			

* Hæc Epacta 19. nunquam est in usu, nisi quando eodem anno concurret cum autem Numero xix.

PRIVILEGE DU ROI.

L OUIS, PAR LA GRACE DE DIEU,
ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE :
A nos amés & féaux Conseillers , les Gens tenans nos Cours de Parlement , Maître des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillifs , Sénéchaux , leurs Lieutenans Civils , & autres nos Justiciers qu'il appartiendra : SALUT. Notre bien amé & féal Conseiller en nos Conseils , le sieur GABRIEL-FLORENT DE CHOISEUL-BEAUPRÉ , Evêque de Mende, Nous a fait exposer qu'il auroit besoin de nos Lettres de Privilége pour l'impression des Usages de son Diocèse. A CES CAUSES, voulant favorablement traiter ledit sieur Evêque , Nous lui avons permis & permettons par ces Présentes, de faire imprimer par tel Imprimeur qu'il voudra choisir , tous les *Bréviaires , Diurnaux , Missels , Rituels , Antiphoniers , Manuels , Graduels , Processionnaires , Epistoliers , Pseautiers , demi-Pseautiers , Directoires , Heures , Catéchismes , Ordonnances , Mandemens , Statuts Synodaux , Lettres Pastorales & Instructions à l'usage de son dit Diocèse* , en tels volumes, forme , marge, caractères, conjointement ou séparément, & autant de fois que bon lui semblera , & de les faire vendre & débiter par tout notre Royaume pendant le tems de *douze années* consécutives , à compter du jour de la date des Présentes ; sans toutefois qu'à l'occasion des Livres ci dessus spécifiés , il

puisse en être imprimés d'autres qui ne soient pas dudit sieur Evêque. Faisons défenses à tous Imprimeurs, Libraires & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance ; comme aussi d'imprimer, ou faire imprimer, vendre, faire vendre, & débiter lesdits Livres en tout ou en partie, ni d'en faire aucunes Traductions ou Extraits, sous quelque prétexte que ce puisse être, sans la permission expresse & par écrit dudit sieur Evêque, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit sieur Evêque, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts : A la charge que ces Présentés seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles ; que l'impression desdits Livres sera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément aux Réglemens de la Librairie ; qu'avant de les exposer en vente, les Manuscrits ou Imprimés qui auront servi de copie à l'impression desdits Livres, seront remis ès mains de notre très-cher & féal Chevalier, le Sieur D'E LAMOIGNON, Chancelier de France ; & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires de chacun dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du

Louvre ; un dans celle dudit Sieur DE LA MOIGNON, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier Vice-Chancelier & Garde des Sceaux de France, ~~le~~ **le** Sieur DE MEAUFEOU : le tout à peine de nullité des Présentes. DU CONTENU desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit sieur Evêque, & ses ayans cause, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin desdits Livres, soit tenue pour dûment signifiée, & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos amés & féaux Conseillers-Secrétaires, soit ajoutée comme à l'original. **COMMANDONS** au premier notre Huissier ou Sergent, sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant Clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires : **CAR** tel est notre plaisir. **DONNÉ** à Paris, le trentième jour du mois de Novembre, l'an de grace mil sept cent soixante trois, & de notre Règne le quarante-neuvième. Par le Roi en son Conseil.

Signé, LE BEGUE, avec paraphe.

Registré sur le Registre XVI. de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N^o. 1153, fol. 17. conformément au Règlement de 1723, qui fait défenses, Art. XLI. à toutes personnes, de quel-

quelles qualités & conditions qu'elles soient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter, faire afficher, aucuns Livres pour les vendre en leurs noms, soit qu'ils s'en disent les Auteurs ou autrement, & à la charge de fournir à la susdite Chambre neuf exemplaires, prescrits par l'Article CVIII. du même Règlement. A Paris, ce 12 Décembre 1763.

Signé, R. ESTIENNE, Adjoint.

NOUS, GABRIEL-FLORENT DE CHOISEUL-BEAUPRE', Evêque & Seigneur de Mende, Conseiller du Roi, &c. avons cédé & transporté, cédon & transportons par ces Présentes, aux Sieurs Pierre-Gilles Le Mercier, Jean Defaint & Charles Saillant, Jean-Thomas Hérisant, Antoine Boudet, Claude-Jean-Baptiste Hérisant, & Augustin-Martin Lottin, Libraires & Imprimeurs à Paris, le droit de Privilège qui Nous appartient en conséquence des Lettres Patentés de S^A MAJESTÉ à Nous accordées le trentième Novembre de la présente année 1763, pour en jouir par lesdits susnommés & leurs ayans cause, comme de chose à eux appartenante, & pour, en vertu dudit Privilège, imprimer, vendre & distribuer les *Bréviaires, Diurnaux, Missels, Antiphoniers, Manuels, Graduels, Processionnaires, Epistoliers, Pseaumiers, Heures & tous les Livres servans à l'Office Divin à l'usage de notre Diocèse, tant pour les Ecclésiastiques, que pour les Laïcs*, tout ainsi & en la manière qu'il est porté audit Privilège, dont nous leur avons fait remettre une copie collationnée. Donné à Mende le septième Décembre mil sept cent soixante-trois.

† GAB. FLOR. DE CHOISEUL-BEAUPRÉ, Ev. de Mende.

PAR MONSIEUR,

Signé, SAINT-JUST.

Registré la présente Cession sur le Registre XVI. de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N^o. 56. fol. 30. conformément aux anciens Réglamens, confirmés par celui du 28 Février 1723. A Paris ce 20 Décembre 1763.

Signé, LE BRETON, Syndic.

PSALTERIUM

PSALTERIUM

DISPOSITUM

PER HEBDOMADAM.

PARS HYEMALIS.

DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Anse Officium Nocturnum dicitur secretò :

Pater noster, qui es in cœlis; sanctificetur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hódie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo. Amen.

Ave, María, grátia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ: Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex María Virgine: passus sub Pónto Piláto, crucifixus, mórtuus, & sepultus: descendit ad inferos: tértia die resurrexit à mórtuis: ascendit

Pars Hyemalis.

ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mórtuos. Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

Deinde altâ voce dicitur:

Domine, labia mea aperies; & os meum annuntiabit laudem tuam. *Psf. 50.*
¶ Deus, in adjutorium meum intende: & Domine, ad adjuvandum me festina. *Psf. 69.*

Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula seculorum. Amen. Allelúia.

[A Septuagesima ad Pascha loco Allelúia dicitur. Laus tibi, Domine, Rex æternæ glóriæ.]

In Dominicis per Adventum, & à Natali Domini ad Præsentationem, nisi Septuagesima prius evenerit, Invitatorium habetur in Proprio.

A Præsentatione verò ad Septuagesimam aliter sequens.

A

2 *Dominica ad Officium Nocturnum.*

Inviatorium. Dóminum qui principio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. fecit nos, * Veníte, adorémus. Amen.

Psalmus 94.
Veníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo salutarí nostro: præoccupémus faciém ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus super omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem suam; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster; nos autem pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

* Veníte, adorémus.

Hódie si vocem ejus audíritis, nolíte obduráre corda vestra, sicut in exacerbatióne, secundum diem tentatiónis in deserto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipsi verò non cognovérunt vias meas: quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem meam.

* Veníte, adorémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto: Sicut erat in

Repetitur, Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus.

Sequens Hym. dicitur à Præsentatione usque ad Septuag. Hymnus.

Die diérum príncipe Lux è ténébris éruta: Christus sepulcri cárcere, Lux vera mundi, pródiit.

Et mors, & horrendú chaos Vocem jubentis áudiunt: Nos surdióres, ó pudor! Deo pigébit óbsequi?

Umbris sepulta dum stupescit Natúra, lucis filii, Surgámus, & noctem piis Exerceámus cánticis.

Legem, prophétas, & sacra Psalms calentes lumine, Profána dum silent loca, Divína templa pérsonent. Celestis hæc vincat tuba Cordis sopórem lánguidi, Novique mores éxprimant Vitam resurgentis novam.

Hoc consequémur, te duce; Fons caritátis, ó Deus, Qui legis addis lítteræ Vitæ datórem spíritum.

Sit laus Patri, laus Fílio; Par sit tibi laus, Spíritus, Afflante quo mentes sacris Lucent & ardent ignibus.

Amen.

Aliis Temporibus à supra dicto Tempore, Hymnus habetur in Proprio, pro Officii varietate.

IN I. NOCTURNO.

Singulis Dominicis in Adventu suæ sunt Antiphonæ propriæ.

Tempore Natalis Domini.

Dominicá in I. Nocturno.

*id est, d Natali Domini, ad
Præsentationem ante Septua-
gesimam.*

Ant. 1. ro. a. Deus.

*Post. Præsent. usque ad Qua-
drag. Ant. 3. a. Beátus vir.*

*Asteriscus hic * notat me-
diationem & pausam.*

Psalmus 1.

BEátus vir qui non sibi
in consilio impiórum,
& in via peccatórum
non stetit, * & in cáthedra pos-
sidentis non sedit;

Sed in lege Dómini volun-
tas ejus, * & in lege ejus me-
ditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum
quod plantatum est secus de-
cursum aquarum, * quod fructu
suum dabit in tempore suo.

Et fólitum ejus non defluet; *
& ómnia quæcunque faciet,
prosperabuntur.

Non sic impij, non sic; *
sed tanquam pulvis quem pró-
icit ventus à fácie terræ.

Idèd non resurgent impij in
judicio, * neque peccatóres in
concilio justórum;

Quóniam novit Dóminus
viam justórum, * & iter im-
piórum peribit.

Glória Patri, & Filio, * &
Spíritui sancto:

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, * & in sé-
cula seculórum. Amen.

*Hivertus Glória & Sicut erat.
dicuntur in fine Psalmorum,
Divisionum & Canticorum,
nisi aliter notetur.*

*Temp. Nar. Ant. Deus ex
semine David, secundum prom-
issionem, eduxit Israel Salva-
torem Jesum. Añ. 13.*

Ant. 2. D. In útero habens.

*Post. Præsent. Ant. Beátus
vir qui non sibi in consilio
impiórum, sed in lege Dómini
meditábitur die ac nocte.*

Ant. 4. f. Servite Dómino.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt gen-
tes, * & pópuli meditáti
sunt inánia?

Astiterunt reges terræ, &
príncipes convenérunt in
unum * adversus Dóminum,
& adversus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eor-
um, * & projiciámus à no-
bis jugum ipsórum.

Qui hábitat in caelis iride-
bit eos, * & Dóminus subsan-
nábít eos.

Tunc loquetur ad eos in ira
sua, * & in furóre suo contur-
bábit eos.

Ego autem constitutus sum
rex ab eo super Sion montem
sanctum ejus, * prædicans præ-
ceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: *
Fílius meus es tu, ego hódie
génui te.

Póstula à me, & dabo tibi
gentes hæreditatem tuam, * &
possessionem tuam terminos
terræ.

Reges eos in virga férrea, *
& tanquam vas figuli confrin-
ges eos.

Et nunc, reges, intelligite: *
erudímini, qui judicátis terræ.

Servite Dómino in timó-
re, * & exultáte ei cum tre-
móre:

Apprehéndite disciplinam,
nequando irascatur Dóminus,
* & percéatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira

ejus, * beáti omnes qui confidunt in eo. *www.libtool.com*

Temp. Nat. Ant. In útero habens de Spíritu sancto, péperit María Fílium suum primogénitum. *Matth. 1.*

Ant. 8. G. Ipse.

Post Præsent. Ant. Servíte Dómino, & exultáte ei : apprehéndite disciplinam.

Ant. 8. G. Dicunt.

Psalms 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, susceptor meus es, * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meá ad Dóminum clamávi, * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum; * & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia pópuli circumdantis me : * exurge, Dómine; saluum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa, * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus; * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Temp. Nat. Ant. Ipse est pax nostra, solvens inimicitias in carne sua, ut reconciliet Deo. *Ephes. 2.*

* In splendoribus Sanctorum. *R.* Ante luciferum genui te. *Pf. 109.*

Post Præsent. Ant. Dicunt

animæ meæ : Non est salus ipsi in Deo ejus; tu autem, Dómine, susceptor meus es.

* Memor fui nocte nómínis tui, Dómine; *R.* Et custodívi legem tuam. *Pf. 118.*

Post versiculum cujuslibet Nocturni dicitur secretò : Pa-ter noster.

*Altd voce : *.* Et ne nos indúcas in tentatióne; *R.* Sed libera nos à malo.

Absol. & Benedíct. habentur post Psalterium.

Lectiones cum Responsorii ut in Proprio.

IN II. NOCTURNO.

Temp. Nat. Ant. 7. d. Grátias Deo,

Post Præsent. Ant. 6. F. Dí- ligam te,

Psalms 17.

Diligam te, Dómine; fortitúdo mea; * Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus adjutor meus, * & sperábo in eum.

Protector meus, & cornu salutis meæ, * & susceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum; * & ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & torrentes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inferni circumdedérunt me : * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi;

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam; * &

Dominicá in II. Nocturno:

3

clamat meus in conspectu ejus, introiit in aures ejus.

Commota est & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt; * quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit: * carbones succensi sunt ab eo.

Inclinavit celos, & descendit: * & caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Cherubim, & volavit: * volavit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum: in circuitu ejus tabernaculum ejus; * tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, * grando, & carbones ignis.

Et intonuit de celo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: * grando & carbones ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipavit eos: * fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, * & revelata sunt fundamenta orbis terrarum,

Ab increpatione tua, Domine, * ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Temp. Nat. Ant. Grátias Deo qui nos transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum. *Colof. 1.*

Ant. 4. f. In ipso.

*Post Præsent. Ant. Dili-*gam te, Domine, fortitudo mea, firmamentum meum, & refugium meum.

Ant. 4. D. Ero immaculatus.

Diviso Psalmi 17.

Miste de summo [Domini- nus,] & accepit me, * & assumpsit me de aquis multis.

Erripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me; * quoniam confortati sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictionis meæ; * & factus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: * salvum me fecit, quoniam voluit me.

Et retribuit mihi Dominus secundum justitiam meam, * & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi;

Quia custodivi vias Domini, * nec impiè gessi à Deo meo;

Quoniam omnia iudicia ejus in conspectu meo, * & justitias ejus non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo, * & observabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, * & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * & cum viro innocente innocens eris:

Et cum electo electus eris, * & cum perverso pervertéris.

Quoniam tu populum humilem salvum facies, * & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine: * Deus meus, illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione, * & in Deo meo transgrediar murum.

Temp. Nar. Ant. In ipso
 econdita sunt univēria; & ipse
 est ante omnes, & omnia in
 ipso constant. Complacuit per
 eum reconciliāre omnia in
 ipsum. *Coloff. 1.*

Ant. 3. à. Sicut accepistis.

Post Præsens. Ant. Ero immaculatus cum Deo meo, & observabo me ab iniquitate mea.

Ant. 7. a. Dextera tua.

Altera divisio Psalmi 17.

DEus meus, impolluta via
 ejus; eloquia Domini
 igne examinata: * protector
 est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter
 Dominum? * aut quis Deus
 præter Deum nostrum?

Deus qui præcinxit me vir-
 tute, * & posuit immaculatam
 viam meam;

Qui perfecit pedes meos
 tamquam cervorum, * & su-
 per excella staturus me;

Qui docet manus meas ad
 prælium: * & posuisti ut ar-
 cum æreum brachia mea,

Et dedisti mihi protectio-
 nem salutis tuæ; * & dextera
 tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me
 in finem, * & disciplina tua
 ipsa me docēbit.

Dilatasti gressus meos sub-
 tus me, * & non sunt infirmata
 vestigia mea.

Persequar inimicos meos,
 & comprehendam illos, * &
 non convertar donec des-
 ciant.

Confringam illos, nec pô-
 terunt stare: * cadent sub-
 tus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute
 ad bellum; * & supplantasti

insurgentes in me sub-
 tus me.

Et inimicos meos dedisti
 mihi dorsum, * & odientes
 me disperdidisti.

Clamaverunt, nec erat qui
 salvos faceret: * ad Dômi-
 num, nec exaudivit eos.

Et comminam eos ut pû-
 verem ante faciē venti: *
 ut lutum platearum delēbo
 eos.

Eripies me de contradictio-
 nibus pópuli: * constitues me
 in caput gentium.

Pópulus quem non cognô-
 vi, servivit mihi: * in auditu
 auris obedivit mihi.

Filii aliēni mentiti sunt mi-
 hi: * filii aliēni inveterati sunt,
 & claudicaverunt à sēmitis
 suis.

Vivit Dôminus, & benedic-
 tus Deus meus; * & exaltetur
 Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictas mi-
 hi, & subdis pópulos sub me, *
 liberator meus de inimicis
 meis iracundis.

Et ab insurgētibz in me
 exaltabis me: * à viro in-
 squo eripies me.

Propterea confitebor tibi in
 nationibus, Dômine; * & nô-
 mini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis
 ejus, * & faciēns misericor-
 diam christo suo David, & sē-
 mini ejus usque in sēculum.

Temp. Nar. Ant. Sicut acce-
 pistis Jesum Christum, in ipso
 ambulāte; quia in ipso inhā-
 bitat omnis plenitudo divini-
 tatis corporaliter. *Colass. 2.*

¶ Unxit te Deus, Deus tuus
 oleo lætitiæ, &c. Præ consorti-
 bus tuis. *Ps. 44.*

Dominicá in III. Nocturno.

7

Post Præsent. Ant. Dextera tua suscepit me, Dómine; & disciplina tua ipsa me docebit.

* Legem tuam, Dómine, non sum oblitus: *R.* Média nocte surgebam ad confitendum tibi. *Pf.* 118.

Pater noster.

IN III. NOCTURNO.

Temp. Nat. Ant. 6. F. Deus. *Post Præsent. Ant.* 2. D. In Deo.

Psalms 27.

AD te, Dómine, clamábo: Deus meus, ne síleas à me; * nequando taceas à me, & assimilabor descendéntibus in lacum.

Exaudi, Dómine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus; * & cum operántibus iniquitatem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum próximo suo; * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secundum ópera eórum, * & secundum nequitiam adinventiónum ipsórum.

Secundum ópera mánuum eórum tribue illis: * redde retributióne eórum ipsis.

Quóniam non intellexerunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus; * destrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus, * quóniam exaudivit vocem deprecationis meæ.

Dóminus adjutor meus, & protector meus: * in ipso sperávit cor meum, & adjutus sum.

Et resóruit caro mea; * & ex voluntate mea confitebor ei.

Dóminus fortitudo plebis suæ, * & protector salvatiónum christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & benedic hærestitati tuæ; * & rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Temp. Nat. Ant. Deus Fílium suum misit benedícentem vobis, ut convertat se unusquisque à nequitia sua. *AA.* 3.

Ant. 5. a. Sic est.

Post Præsent. Ant. In Deo sperávit cor meum, & adjutus sum; & ex voluntate mea confitebor ei.

Ant. 1. D. Psállite.

Psalms 29.

EXaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, * nec delectasti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * & sanasti me.

Dómine, eduxisti ab inferno ánimam meam: * salvasti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus, * & confitémini memoriæ sanctitátis ejus;

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntate ejus.

Ad vespérum demorábitur fletus, * & ad matutinum lætítia.

Ego autem dixi in abundantia mea: * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntate tua * præstitisti decóri meo virtuté: Avertisti faciém tuam à me; * & factus sum conturbátus.

A iv

Ad te, Dómine, clamábo, * & ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sânguine meo, * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit vesitatem tuam?

Audivit Dóminus, & miseratus est mei. * Dóminus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gáudium mihi: * conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitiá;

Ut cæntet tibi glória mea, & non compungar: * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

Temp. Nat. Ant. Hic est lapis qui factus est in caput anguli; & non est in alio aliquo salus. *Act. 4.*

Ant. 3. c. Vobis.

Post Present. Ant. Psállite Dómino, sancti ejus, & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Ant. 5. a. Veníte.

Psalmus 65.

Jubiláte Deo, omnis terra; psalmum dícite nómini ejus: * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribilia sunt ópera tua, Dómine! * in multitudíne virtútis tuæ mentientur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi: * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consiliis super filios hóminum.

Qui convertit mare in áridam; in flúmine pertransibunt

pede: * ibi lætábitur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in æternum; óculi ejus super gentes respiciunt: * qui exáspèrant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicíte, gentes, Deum nostrum; * & audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotióne pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argentum:

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transivimus per ignem & aquam; * & eduxísti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea,

Quæ distinxerunt lábia mea, & locútum est os meum * in tribulatióne mea.

Holocausta medulláta offeram tibi cum incenso ardetum: * offeram tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timéris Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * & exaltávi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Propterea exáudívit Deus, * & attendit voci deprecationis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratióne meam, & misericórdiam suam à me.

Dominicá in III. Nocturno.

9

Temp. Nar. Ant. Vobis honor credentibus; non credentibus autem factus est lapis offensionis, & petra scándali.
1. *Petr. 2.*

†. A Dómino factum est istud: R. Et est mirábile in óculis nostris. *Pf. 117.*

Post Præsens. Ant. Veníte, audite, & narrábo quanta fecit animæ meæ.

†. Deum exquisivi mánibus meis nocte, R. Et non sum deceptus. *Pf. 76.*

Pater noster.

Post ultimum Responsorium dicitur Te Deum. si dicendum sit.

TE Deum laudámus, * te Dóminum confitémur. Te æternum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli; * tibi cœli, & univérse potestates; Tibi Chérubim & Séraphim * incessábili voce proclamant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus,

Dóminus Deus sábaoth.

Pleni sunt cœli & terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudábilibus númerus,

Te Mártirum candidátus * laudar exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitétur Ecclésia,

Patrem * immensæ majestátis:

Venerandum tuum verum * & únicum Fílium,

Sanctum quoque * paracletum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe:

Tu Patris * sempiternus es Fílius.

Tu, ad liberandum suscepturus hóminem, * non horruisti Virgínis úterum:

Tu, devicto mortis acúleo, * aperuisti credentibus regna cœlorum:

Tu ad dexteram Dei sedes * in glória Patris.

Judex créderis * esse venturus.

Te ergo quæsumus, famulis tuis súbveni, * quos pretioso sânguine redemisti.

Æternâ fac * cum sanctis tuis in glóriâ numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * & benedic hæreditati tuæ;

Et rege eos, * & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te;

Et laudámus nomen tuum in séculum, * & in sécula séculi.

Dignare, Dómine, die isto * sine peccáto nos custodire.

Miserere nostri, Dómine, * miserere nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemadmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi; * non confundar in æternum.

Per Adventum, & in Dominicis à Natali Domini ad Præsens. (ante Septuag.) †. *Sacerd. ut in Proprio.*

Post Præsens. †. *Sacerd.* Anima mea exultábit in Dómino; R. Et delectábitur super salutári suo. *Pf. 34.*

▲ ▼

Si non continuò sequantur Laudes, hic dicitur Dominus & in vobiscum, R. Et cum spiritu tuo. Orémus. deinde Oratio propria, cum integra conclusione. Ex tunc ante Laudes dicitur secretò, Pater & Ave.

A D L A U D E S.

DEus, in adiutorium meum intende : R. Domine, ad adiuvandum me festina. *Psf. 69.*

Gloria Patri, &c.

In Dominicis per Adventum, & à Natali Domini ad Presentationem (ante Sept.) Antiphona, Capit. Hymn. &c. dicuntur ut in Proprio, pro diversitate Temporis; quod etiam servatur ad alias Horas.

Post Presentat. verò, (ante Septuag.) prout hic habentur.

Ant. 8. G. Deus.

Psalms 62.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea * in terra deserta, & in via, & in aquosa.

Sic in sancto apparui tibi, * ut vidérem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas, * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea, * & in nomine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguedine repleatur anima mea, * & labia exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, * in matutinis meditabor in te,

Quia fuisti adiutor meus, * & in velamento alarum tuarum exultábo.

Adhæsit anima mea post te; * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt animam meam, * introfuerunt in inferiora terræ :

Tradentur in manus gládii, * partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: sitivit in te anima mea.

Ant. 1. a. Exultent.

Psalms 69.

DEus, in adiutorium meum intende: * Domine, ad adiuvandum me festina.

Confundantur, & reverentur, * qui quærent animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærent te; * & dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligit salutáre tuum.

Ego verò egenus & pauper sum: * Deus, adjuva me.

Adiutor meus & liberátor meus es tu: * Domine, ne moréris.

Ant. Exultent & lætentur in te, qui diligit salutáre tuum, Domine.

Ant. 5. C. Servite Domino.

Pſalmus 99.

Jubilare Deo, omnis terra : * ſervite Dómino in lætitia.

Introite in conſpectu ejus, * in exultatione.

Scitote quóniam Dóminus ipſe eſt Deus : * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves paſcuarum ejus, introite portas ejus in confeſſione, átria ejus in hymnis : * conſítémmini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam ſuávis eſt Dóminus.

In æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatió-nem & generatió-nem veritas ejus.

Ant. Servite Dómino in lætitia : ſcitote quóniam Dóminus ipſe eſt Deus.

Ant. 4. E. Benediſtus eſ.

Cantic. trium Pueror. Dan. 3.

Benedicite, ómnia ópera Dómini, Dómino ; * laudate & ſuperexaltate eum in ſécula.

Benedicite, Angeli Dómini, Dómino : * benedicite, cœli, Dómino.

Benedicite, aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino : * benedicite, omnes virtutes Dómini, Dómino.

Benedicite, ſol & luna, Dómino : * benedicite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedicite, omnis imber & ros, Dómino : * benedicite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedicite, ignis & æſtus, Dómino : * benedicite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedicite, roſes & pruina,

Dómino : * benedicite, gelu & frigus, Dómino.

Benedicite, glaciés & nives, Dómino : * benedicite, noctes & dies, Dómino.

Benedicite, lux & ténébræ, Dómino : * benedicite, ſil-gura & nubes, Dómino.

Benedicat terra Dóminum ; * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedicite, montes & colles, Dómino : * benedicite, univerſa germinántia in terra, Dómino.

Benedicite, fontes, Dómino : * benedicite, mária & flúmina, Dómino.

Benedicite, cere & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino : * benedicite, omnes volucres cœli, Dómino.

Benedicite, omnes beſtiæ & pecora, Dómino : * benedicite, filii hóminû, Dómino. Benedicat Iſrael Dóminû ; * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedicite, ſacerdótes Dómini, Dómino : * benedicite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedicite, ſpíritus & animæ juſtorum, Dómino : * benedicite, ſancti & húmiles corde, Dómino.

Benedicite, Anánia, Azaría, Miſael, Dómino ; * laudate & ſuperexaltate eum in ſécula.

Hic, loco Glória Patri, dicitur :

Benedicimus Patrem, & Filium, cum ſancto Spíritu ; * laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.

Benediſtus eſ, Dómine, ite firmamento cœli ; * & laudat

bilis, & glorióſus, & ſuper-
exaltátus in ſécula.

An. Benedíctus es, Dómi-
ne, in throno regni tui; & ſu-
perlaudábilis, & ſuperexaltá-
tus in ſécula.

An. 7. d. Hymnus.

Pſalmus 148.

Laudáte Dóminum, de cœ-
lis: * laudáte eum in ex-
celſis.

Laudáte eum, omnes Ange-
li ejus: * laudáte eum, omnes
virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna: *
laudáte eum, omnes ſtellæ &
lumen.

Laudáte eum, cœli cœló-
rum: * & aquæ omnes quæ ſu-
per cœlos ſunt, laudent nomen
Dómini;

Quia ipſe dixit, & facta
ſunt; * ipſe mandávit, &
creata ſunt.

Státuit ea in æternum, &
in ſéculum ſéculi: * præcep-
tum pòſuit, & non præteribit.

Laudáte Dóminum, de ter-
ra; * dracones, & omnes
abyſſi;

Ignis, grando, nix, glá-
cies, ſpíritus procellárum, *
quæ faciunt verbum ejus;

Montes, & omnes colles; *
ſigna fructifera, & omnes ce-
dri;

Béſtiæ, & univerſa péco-
ra; * ſerpentes, & volúcris
pennatæ;

Reges terræ, & omnes pó-
puli; * príncipes, & omnes
iudices terræ;

Juvenes & vírgines, ſe-
nes cum junióribus, laudent
nomen Dómini, * quia exal-
tatum eſt nomen ejus ſolius.

Conféſſio ejus ſuper cœlum
& terram; * & exaltávit cornu
pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis
ejus, * filiis Iſrael, pópuſo
appropinquanti ſibi.

An. Hymnus ómnibus ſan-
ctis ejus, filiis Iſrael, pópuſo
appropinquanti ſibi.

Capitulum. Deut. 6.

Audi, Iſrael: Dóminus
Deus noſter, Dóminus
unus eſt. Diliges Dóminum
Deum tuum ex toto corde tuo,
& ex tota ánima tua, & ex
tota fortitúdine tua; eruntque
verba hæc in corde tuo: & me-
ditaberis in eis ſedens in do-
mo tua, & ambulans in iti-
nere, dormiens atque conſur-
gens.

R. Deo grátias.

*Sic respondetur in fine om-
nium Capitulorum.*

Hymnus.

Ad templá nos rurſus vocat
Surgentis auróre nitor;
Novasque pró læto monet
Referre grates múnere.

At victor auróram ſuo
Fulgóre Chriſtus óbruit:
Huic, magna cuius pars ſumus;
Juvat triumpho pláudere.

Quód' evolúrus ſcáſcitis
Repenté mundus éxitit,
Puro renidens límine,
Virtútis hoc quantæ fuit!

Quód' tráditum neci Pater
Ut ſóntibus vitam daret,
Vitæ redónat Filium,
Amóris hoc quanti fuit!

Æternus ut rerum Sator
Aſpexit orbem, prócius,
Colóre depíctum ſuo;
Probávit excellens opus.

At lætius quantó óbruit!

Seſe Patri ſpectáculum,
Cœleſtis Agni cándido
Ablútu orbis ſanguine!

Cum luce nobis rédditur
Mundi reſſcendentis decor,
Occulta per quem Núminis
Mens ſurgit ad magnália.

At ſplendor æterni Patris,
Lumenque Chriſtus córdium,
Deum dat in ſe, quantus eſt,
Sub nube carnis cernere.

Præſta, beáta Trínitas,
Ut legis ad facem tuæ
Vitémus omne quod veras,
Secſtémus omne quod jubes.

Amen.

¶. Manè aſtábo tibi, Dó-
mine, & vidébo; R̄. Quó-
niam non Deus volens iniqui-
tátem tu es. *Ps. 5.*

Antiphona, ut in Proprio.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

Benedictus Dóminus Deus
Iſrael, * quia viſitávit, &
fecit redemptionem plebis ſuæ;

Et erexit cornu ſalútis nobis
* in domo David púeri ſui,

Sicut locútus eſt per os ſan-
ctórum, * qui à ſéclo ſunt,
Prophetárum ejus,

Salúrem ex inimícis no-
ſtris, * & de manu ómnium
qui odérunt nos;

Ad faciendam miſericór-
diam cum patríbus noſtris, *
& memorári testamenti ſui
ſancti:

Jusjurandum quod jurávit
ad Abraham patrem noſtrum,
* datúrum ſe nobis,

Ut ſine timóre, de manu
inimicórum noſtrórum liberá-
ri, * ſerviámus illi

In ſanctitáte & juſtítia co-
ram ipſo, * ómnibus diébus
noſtris,

Et tu, puer, Prophéta Al-
tiſſimi vocáberis; * præſbis
enim ante faciém Dómini pa-
ráre vias ejus,

Ad dandam ſciéntiam ſalú-
tis plebi ejus, * in remiſſió-
nem peccatórum eórum,

Per víſcera miſericórdiæ Dei
noſtri, * in quibus viſitávit
nos Oriens ex alto,

Illumináre his qui in téné-
bris & in umbra mortis ſe-
dent, * ad dirigendos pedes
noſtros in viam pacis.

Glória Patri.

*Antiphona & Oratio, ut in
Proprio. Poſtea dicitur:*

Dóminus vobiscum, R̄. Et
cum ſpíritu tuo.

Benedicámus Dómino.

R̄. Deo grátias.

*Poſt quamlibet Horam, ſi
aliud Officium non ſequatur,
dicitur ſecreto: Fidélium áni-
mæ per miſericórdiam Dei re-
quieſcant in pace. Amen.*

Deinde: Pater noſter.

A D P R I M A M.

¶. Deus, in adjutórium, &c.

Hymnus.

Jam lucis orto ſidere,
Deum precémur ſúpplices;
Noſtras ut ipſe dirígat,
Lux increáta, ſémitas.

Nil lingua, nil peccet manus;
Nil mens ináne cógiter:

In ore ſimplex véritas,

In corde regnet caritas.

Incepta dum ſuēt dies,

O Chriſte, cuſtos púrgif,

Quas ſævus hoſtis obſidet,

Portas tuere ſenſuum.

Præſta diurnus ut tuæ

Subſérviat laudi labor:

Auctóre quæ te cœpimús,

Da, te favente, prólequar,

Viam iniquitátis ámove à me: * & de lege tua miserere mei.

Viam veritátis elégi: * iudicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis, Dómine: * noli me confundere.

Viam mandatórum tuórum cucurri, * cùm dilatasti cor meum.

Quando fit Officium de Dominica, nisi aliter notetur, dicitur Symbolum sequens.

Quicumque vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut teneat catholicam fidem:

Quam nisi quisque íntegram inviolatamque serváverit, * absque dúbio in æternum peribit.

Fides autem cathólica hæc est, * ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate venerémur;

Neque confundentes personás, * neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, ália Filii, * ália Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, * æqualis glória, coætérna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, * talis Spiritus sanctus.

Incréatus Pater, incréatus Filius, * incréatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, * immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, * æternus Spiritus sanctus;

Et tamen non tres æterni, * sed unus æternus.

Sicut non tres increáti, nec tres immensi; * sed unus increátus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, * omnipotens Spiritus sanctus;

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, * Deus Spiritus sanctus;

Et tamen non tres dii, * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Filius, * Dóminus Spiritus sanctus;

Et tamen non tres Dómini, * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquamque personam, Deum ac Dóminum confiteri christianá veritate compéllimur; * ita tres deos aut dómínos dicere cathólica religióne prohibémur.

Pater à nullo est factus, * nec créatus, nec génitus.

Filius à Patre solo est, * non factus, nec créatus, sed génitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, * non factus, nec créatus, nec génitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Filius, non tres filii: * unus Spiritus sanctus, non tres spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut postérius, nihil maius aut minus; * sed totæ tres personæ coætérnæ sibi sunt & coæquales.

Ita ut per ómnia, sicut jam supra dictum est, * & Unitas in Trinitate, & Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, *
ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, * ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur * quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus; * & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; * ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem, * minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem, * sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino, non confusione substantiarum, * sed unitate personarum.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo; * ita Deus & homo unus est Christus,

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, * tertia die resurrexit à mortuis:

Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; * inde venturus est judicare vivos & mortuos:

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, * & reddentur sui de factis propriis ratione.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; * qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc est fides catholica; * quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

An. In toto corde meo exquisivi te, Domine: doce me justificationes tuas. *Pf.* 118.

Capitulum. Ephes. 5.

ERatis aliquando tenebrarum; nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulatis; fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate: probantes quid sit beneplacitum Deo.

R. breve. Christe, Fili Dei vivi, * Misere nobis. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Misere nobis. *V.* Qui sedes * ad dexteram Patris, [*Hic versus quandoque mutandus est, ut notatur in Proprio.*] * Misere nobis. Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. *Repet.* Christe, Fili Dei vivi, * Misere nobis. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *Hebr.* 1.

V. Exurge, Domine, adjuva nos; *R.* Et redime nos propter nomen tuum. *Pf.* 43.

V. Dominus vobiscum, *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti: tuam nos hodie salva virtute; ut ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera; Per Dominum nostram, &c.

¶ Dóminus vobiscum , ¶ Et ne nos inducás in tentationem ; R. Sed libera nos

¶. Benedicámus Dómino. à malo.

R. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cuius fine nihil respondetur ; sed statim Hebdomadarius dicit :

¶ Pretiósá in conspectu Dómini, R. Mors Sanctorum ejus. Ps. 115.

SANCTA María, & omnes Sancti ádjuvent nos in orationibus suis pro nobis ad Deum ; ut secundum eum qui vocávit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti simus. R. Amen. Rom. 15. 1. Petr. 1.

Deinde, ubi legitur Necrologium, post ejus lectionem dicitur Psalm. De profundis. & in fine, Réquiem. cum ¶. Requiescant in pace. Dómine, exaudi. Dóminus vobiscum. & Oratio, Absolve. ut habetur in fine III. Nocturni Officii Defunctorum.

Postea dicitur, ¶. Deus, in adiutorium meum intende : R. Dómine, ad adiuvandum me festína. Ps. 69.

¶. Deus, in adiutorium meum intende : R. Dómine, ad adiuvandum me festína.

¶. Deus, in adiutorium meum intende : R. Dómine, ad adiuvandum me festína. Glória Patri, & Filio, & Spirítui sancto : Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secro, Pater. *Alta voce,*

¶. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua ; & dirige filios eórum : R. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos ; & ópera mánuum nostrárum dirige super nos, & opus mánuum nostrárum dirige. Ps. 89. Glória Patri. Oremus.

DIRIGERE & sanctificáre, régere & gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex cœli & terræ, hódie corda & corpora nostra, sensus, sermónes & actus nostros, in lege tua, & in opéribus mandatorum tuórum ; ut híc, & in æternum, te auxiliante, salvi & líberi esse mereámur, Salvátor mundi ; Qui vivis & regnas in sécula seculórum. R. Amen.

Leñor : Jube, domne, benedicere. [Leñrix dicit, domina. solus vel sola recitans, Dómine.]

Bened. Det Dóminus leges suas in mentem nostram, & in corde nostro superscribat eas. Hebr. 8. R. Amen.

Tum fit lectio Canonis, qui pro singulis diebus habetur ad calcem : in cuius fine dicitur, Tu autem, Dómine, miserere nostri. R. Deo grátias.

Post lectionem, Hebdomad. dicit : Adiutorium nostrum in nómine Dómini : R. Qui fecit cœlum & terram. Ps. 123.

Submissiori voce dicit : Benedicite. Leñor versus ad eum, Deus. Hebd. Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, faciens

Dominicâ ad Tertiam.

19

In nobis quod placeat coram
te. *Hebr. 13. Lector. Amen.*

*Secretò, Et fideiùm animarum
per misericordiam Dei requies-
cant in pace. Amen. Deinde,
Pater, &c.*

A D T E R T I A M.

Deus, in adiutorium.

Hymnus.

O fons amoris, Spiritus,
O sancte donorū parens,
Tuas ressus intimis
Accende flammam cordibus.

Qui caritatis vinculo
Cum Patre nectis Filium,
Et nos amoris mutui
Arctis coapta nexibus.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc, & per omne seculum.
Amen.

Aus. 6. C. Da mihi.

Ex Psalmo 118.

L egem pone mihi, Dō-
mine, viam justifica-
tionum tuarum, * &
exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scru-
tabor legem tuam; * & cu-
stodiam illam in toto corde
meo.

Deduc me in semitam man-
datorum tuorum, * quia ipsam
volui.

Inclina cor meum in testi-
monia tua, * & non in avari-
tiam.

Averte oculos meos ne vi-
deant vanitatem: * in via tua
vivifica me.

Statue servo tuo eloquium
tuum * in timore tuo.

Amputa opprobrium meum
quod suspicatus sum, * quia
iudicia tua jucunda,

Ecce concupivi mandata
tua: * in æquitate tua vivifica
me.

Et veniat super me mise-
ricordia tua, Dōmine, * salu-
tare tuum secundum eloquium
tuum.

Et respondebo exprobranti-
bus mihi verbum, * quia spe-
ravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo
verbum veritatis usquequā-
que; * quia in iudiciis tuis
superperavi.

Et custodiam legem tuam
semper, * in seculum, & in
seculum seculi.

Et ambulabam in latitudi-
ne, * quia mandata tua exqui-
sivi.

Et loquebar de testimoniis
tuis in conspectu regum, * &
non confundabar.

Et meditabar in mandatis
tuis, * quæ dilexi.

Et levavi manus meas ad
mandata tua quæ dilexi, * &
exercebar in justificationibus
tuis.

Divisio Psalmi 118.

Memor esto verbi tui ser-
vo tuo, * in quo mihi
spem dedisti.

Hæc me consolata est in
humilitate mea, * quia elo-
quium tuum vivificavit me.

Superbi iniquè agébant us-
quequaque: * à lege autem tua
non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuo-
rum à seculo, Dōmine; * &
consolatus sum.

Defectio tenuit me * pro
peccatoribus derelinquentibus
legem tuam.

Cantabiles mihi erant justi.

ficaciones tuas * in loco peregrinationis meae.

Memor fui nocte nominis tui, Dómine; * & custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi, * quia justificationes tuas exquisivi. Pórtio mea, Dómine, * dixi, custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: * miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas, * & converti pedes meos in testimonía tua.

Paratus sum, & non sum turbatus, * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me; * & legem tuam non sum oblitus.

Médiâ nocte surgebam ad confitendum tibi * super judicia justificationis tuæ.

Párticeps ego sum omnium timentium te, * & custodiéntium mandata tua.

Misericordiâ tuâ, Dómine, plena est terra: * justificationes tuas doce me.

Divisio Psalmi 118.

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Dómine, * secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me; * quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer, ego deliqui; * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu; * & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superbórum; * ego

autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eórum: * ego verò legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me, * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super millia auri & argenti.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: * da mihi intellectum, & discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur; * quia in verba tua supersperavi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judicia tua, * & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, ut consolétur me, * secundum eloquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miserationes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me; * ego autem exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt testimónia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, * ut non confundar.

Anr. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, Dómine.

Capitulum. 1. Joan. 2.

IN hoc scimus quóniam cognóvimus Deum, si mandata ejus observémus. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus non custódit, mendax est, & in hoc veritas non est: qui

autem servat verbum ejus, verè in hoc caritas Dei perfecta est.

R. br. Inclina cor meum, Deus, * In testimonia tua. Inclina. *V.* Averte oculos meos, ne videant vanitatem: * in via tua vivifica me. * In testimonia tua. Glória. Inclina cor meum.

V. Deduc me in semitam mandatorum tuorum; *R.* Quia ipsam volui. *Pf.* 118.

Oratio conveniens.

A D S E X T A M.

V. Deus, in adjutorium.

Hymnus.

Jam solis excelsum jubar
Toto coruscat lumine;
Sinusque pandens aureos,
Ignita vibrat spicula.

Tu, Christe, qui mundum
novâ,
Sol verus, accendis face;
Fac nostra plenam caritas
Crescendo surgat ad diem.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc, & per omne seculum.
Amen.

Ant. 2. D. Inclina vi.

Ex Psalmo 118.

Defecit in salutare tuum
ánima mea, * & in
verbum tuum super-
speravi.

Defecerunt oculi mei in elo-
quium tuum, * dicentes:
Quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter
in pruna; * justificationes tuas
non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui? *
quando facies de persequenti-
bus me iudicium?

Narraverunt mihi iniqui fa-
bulationes; * sed non ut lex tua.
Omnia mandata tua, veritas:
* inique persecuti sunt
me, adjuva me.

Paulò minùs consummaverunt
me in terra; * ego autem
non dereliqui mandata tua.

Secundùm misericordiam
tuam vivifica me, * & custò-
diam testimonia oris tui.

In æternum, Dómine, * ver-
bum tuum permanet in cœlo.

In generationem & genera-
tionem veritas tua: * fundasti
terram, & permanet.

Ordinatione tuâ perseverat
dies: * quoniam omnia ser-
viunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditatio
mea est, * tunc fortè periissem
in humilitate mea.

In æternum non obliviscar
justificationes tuas; * quia in
ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me
fac; * quoniam justificationes
tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccató-
res ut perderent me: * testi-
monia tua intellexi.

Omnis consummationis vidè
finem: * latum mandatum
tuum nimis.

Divisio Psalmi 118.

Quomòdò dilexi legem tuâ,
Dómine! * totâ die me-
ditatio mea est.

Super inimicos meos pru-
dentem me fecisti mandato
tuo, * quia in æternû mihi est.

Super omnes docentes me
intellexi, * quia testimonia tua
meditatio mea est.

Super senes intellexi, * quia
mandata tua quaesivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos, * ut custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinavi, * quia tu legem posuisti mihi.

Quàm dulcia faucibus meis elóquia tua ! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intellexi; * propterea odivi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Juravi & stáui * custodire iudicia justitiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequaque, Dómine : * vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntária oris mei benedicta fac, Dómine, * & iudicia tua doce me.

Anima mea in máribus meis semper ; * & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatóres láqueum mihi ; * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditate acquisivi testimónia tua in æternum, * quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum, * propter retributiómem.

Divisio Psalmi 118.

Iniquos odio hábui, * & legem tuam dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu ; * & in verbum tuum superesperávi.

Declináte à me, maligni ; * & scrutabor mandáta Dei mei.

Súscipe me secundum elóquium tuum, & vivam ; * &

non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero ; * & meditabor in justificatiónebus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à iudiciis tuis, * quia injusta cogitatio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ ; * Ideò dilexi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas ; * à iudiciis enim tuis tímui.

Feci iudicium & justitiam ; * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum : * non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, * & in elóquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericórdiam tuam, * & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intellectum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine : * dissipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandáta tua * super aurum & topázion.

Propterea ad ómnia mandáta tua dirigébar : * omnem viam inquam odio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas justificatiónes tuas in æternum.

Capitulum. 1. Joan. 5.
Hæc est caritas Dei, ut mandáta ejus custodiámus ; & mandáta ejus grávia non sunt.

R. br. Testimónia tua intellexi, Dómine : * Latum man-

dātum tuum nimis. Testimonia. *¶* Omnis consummationis * vidi finem. * Latum. Glória Patri. Testimonia.

¶ Dilexi mandata tua super aurum : *R.* Propterea ad omnia mandata tua dirigebat. *Pf.* 118.

Oratio conveniens.

AD NONA M.

¶ Deus, in adiutorium.

Hymnus.

I Abente jam solis rotā,
Inclinat in noctem dies;
Sic vita supremam cito
Festinat ad metam gradu.

O Christe, dum fixus cruci
Expandis orbi brachia,
Amare da crucem; tuo
Da nos in amplexu mori,
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc & per omne seculum.

Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

Ex Psalmo 118.

M Irabilia testimonia
tua; * ideo scrutata
est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum
illuminat, * & intellectum
dat parvulis.

Os meum aperui, & attraxi
spiritum; * quia mandata tua
desiderabam.

Aspice in me, & miserere
mei, * secundum iudicium
diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum; * & non
dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me à calumniis hominum,
* ut custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super
servum tuum, * & doce me
justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt
oculi mei; * quia non custodi-
erunt legem tuam.

Iustus es, Domine, * & re-
ctum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia
tua, * & veritatem tuam
nimis.

Tabescere me fecit zelus
meus, * quia oblitus sum verba
tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum ve-
hementer; * & servus tuus di-
lexit illud.

Adolescentulus sum ego, &
contemptus: * justificationes
tuas non sum oblitus.

Iustitia tua, iustitia in aeter-
num; * & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia inve-
nerunt me: * mandata tua
meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in
aeternum: * intellectum da
mihi, & vivam.

Diviso Psalmi 118.

Clamavi in toto corde
meo, exaudi me, Domine:
* justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me
fac, * ut custodiā mandata tua.

Præveni in maturitate, &
clamavi; * quia in verba tua
super speravi.

Prævenérunt oculi mei ad
te diluculo, * ut meditarer
eloquia tua.

Vocem meam audi secundum
misericordiam tuam, Domine;
* & secundum iudicium
tuum vivifica me.

Appropinquaverunt perfe-

quentes me iniquitáti ; * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu , Dómine ; * & omnes viæ tuæ véritas.

Iníitio cognóvi de testimóniis tuis , * quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitátem meam , & éripe me ; * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica júdicium meum , & rédime me : * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus , * quia justificatiónes tuas non exquísierunt.

Misericórdiæ tuæ multæ , Dómine : * secundùm júdicium tuum vivífica me.

Multi qui persequuntur me , & tribulant me ; * à testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes , & tabescébam ; * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi , Dómine : * in misericórdia tua vivífica me.

Principium verbórum tuórum , véritas : * in æternum ómnia júdicia justítiæ tuæ.

Diviso Psalmi 118.

Príncipes persecúti sunt me gratis , * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua , * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui , & abominátus sum ; * legem autem tuam dilexi.

Sépties in die laudem dixi tibi * super júdicia justítiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam ; * & non est illis scándalum.

Expectábam salutare tuum , Dómine ; * & mandáta tua dilexi.

Custodívit ánima mea testimónia tua , * & dilexit ea vehementer.

Servávi mandáta tua & testimónia tua ; * quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conspectu tuo , Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulátio mea in conspectu tuo : * secundùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum , * cùm docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum ; * quia ómnia mandáta tua , æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me , * quóniam mandáta tuæ elégi.

Concupívi salutare tuum , Dómine ; * & lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea , & laudábit te ; * & júdicia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit : * quære servum tuum , quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Omnia mandáta tua æquitas : pax multa diligentibus legem tuam , Dómine.

Capitulum. 1. Tim. 1.

Finis præcepti est caritas de corde puro , & consciéntiâ bonâ , & fide non fictâ.

R. br. Omnes viæ meæ * In conspectu tuo , Dómine. Omnes. * Servávi mandáta tua * & testimónia tua , * In conspectu tuo. Glória Patrí. Omnes.

Dominicâ ad Vesperas.

25

¶ Custodivit anima mea suorum misericors & miseratissima testimonia tua, R. Et dilexit tor Dominus : * escam dedit ea vehementer. *Pf. 118.*

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

¶ Deus, in adiutorium, &c.

An. 7. c. Dixit Dominus.

Psalms 109.

Dixit Dominus Domino meo : * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pernitēbit eum : * Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, * confrēgit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus ; implebit ruinas ; * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet ; * propterea exaltabit caput.

An. Dixit Dominus Domino meo : Sede à dextris meis.

An. 4. d. Fidelia.

Psalms 110.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, * in concilio justorum & congregatione.

Magna opera Domini, * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus : * & justitia ejus manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilem

Pars Hyemalis.

Memor erit in seculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo ;

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus, veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in seculum seculi, * facta in veritate & æquitate.

Redemptionem misit populo suo, * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus : * initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatioque ejus manet in seculum seculi.

An. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in seculum seculi.

An. 1. f. Qui timet Dominum.

Psalms 111.

Beatus vir qui timet Dominum, * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit sement ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Glória & divitiarum in domo ejus ; * & justitia ejus manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis ; * misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio ; * quia in æternum non commovebitur.

B

In memoria eterna erit justus; * ab auditióne mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus; * non commovebitur, donec despiciat inimicos suos.

Disperdit, dedit pauperibus; * justitia ejus manet in seculum seculi: cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur; dentes suis fremet, & tabescet: * desiderium peccatorum peribit.

Ans. Qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.

Ans. 7. c. Sit nomen.

Psalms 112.

Laudate, pueri, Dominum; * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in cœlo & in terra?

Suscitans à terra inopem, * de stercore erigens pauperem;

Ut colloquet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo; * matrem filiorum letantem.

Ans. Sit nomen Domini benedictum in secula.

Ans. 1. A. Nos qui vivimus.

Psalms 113.

In exitu Israel de Aegypto, * domus Jacob de populo barbaro,

Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israel potestas ejus.

Mare vidit, & fugit; * Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes, * & colles sicut agni bivium.

Quid est tibi, mare, quod fugisti? * & tu, Jordanis, quia conversus es retrorsum?

Montes, exultastis sicut arietes? * & colles, sicut agni bivium?

A facie Domini mota est terra, * à facie Dei Jacob,

Qui convertit petram in stagna aquarum, * & rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis, * sed nomini tuo da gloriam super misericordia tua & veritate tua;

Nequando dicant gentes: * Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cœlo; * omnia quaecumque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum & aurum, * opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur; * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient; * nares habent & non odorabunt.

Manus habent, & non passabunt; pedes habent, & non ambulabunt: * non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt
ea, * & omnes qui confidunt
in eis.

Dómus Israel sperávit in
Dómino; * adjútor eórum &
protector eórum est.

Dómus Aaron sperávit in
Dómino; * adjútor eórum &
protector eórum est.

Qui timent Dóminum, spe-
raverunt in Dómino; * adjú-
tor eórum & protector eórum
est.

Dóminus memor fuit no-
stri, * & benedixit nobis.

Benedixit Dómuí Israel, *
benedixit domui Aaron.

Benedixit Dóminibus qui ti-
ment Dóminum, * pusillis
cum majoribus.

Adjiciat Dóminus super
vos, * super vos, & super
filios vestros.

Benedicti vos à Dómino, *
qui fecit cælum & terram.

Cælum cœli Dómino; *
terram autem dedit filiis hó-
minum.

Non mórtui laudábant te,
Dómine, * neque omnes qui
descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedi-
cimus Dómino, * ex hoc
nunc, & usque in sœculum.

Ans. Nos qui vivimus, be-
nedicimus Dómino.

Capitulum. Ephes. 1.

Benedictus Deus, & Pater
Dómini nostri Jesu Chri-
sti, qui benedixit nos in omni
benedictione spiritali in cœ-
lestibus in Christo, sicut elé-
git nos in ipso ante mundi
constitutionem, ut essemus
sancti & immaculati in con-
spectu ejus in caritate.

Hymnus.

O Luce qui mortalibus
Lates inaccessa, Deus!

Præsentè quo sancti tremunt
Nubuntque vultus Angeli:

Hic, cœtu profunda conditi
Demergimur caligine:

Æternus at noctem tuo
Fulgore depelles dies.

Hunc nempe nobis præpa-
ras,

Nobis reservas hunc diem,
Quem vix adumbrat splén-
dida

Flammantis astri claritas.

Morâris heu! nimis diu
Morâris, optatus dies:

Ut te fruamur, nôxii
Linquenda moles corporis.

His cum soluta vinculis
Mens evolarit, ô Deus;

Vidère te, laudâre te,
Amâre te non desinet.

Ad omne nos apta bonum;
Fœcunda donis Trinitas:

Fac lucis usuræ brevi
Æterna succédât dies.

Amen.

V. In Deo laudâbimur totâ
die; *R.* Et in nómine tuo
confitebimur in sœculum. *Pf.*

43.

Antiph. ut in Proprio.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luc. 1.

Magnificat * ánima mea
Dóminum.

Et exultávit spirítus meus *
in Deo salutári meo;

Quia respexit humilitatem
ancillæ suæ: * ecce enim ex
hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui
potens est; * & sanctum no-
men ejus.

Dominica ad Completorium.

O quanto sancta se dabit
 Quas nescit nossem patria?
 Deo Patri sit gloria,
 Ejusque soli Fatio,
 Sancto simul cum Spiritu,
 Nunc, & per omne seculum.
 Amen.

*In Officiis de Beata, Hym-
 nis Virgo. ut in Officio parvo.
 Capitulum. r. Theff. 5.*

OMnes vos filii lucis estis,
 & filii dei: non sumus
 noctis, neque tenebrarum;
 igitur non dormiamus sicut &
 ceteri, sed vigilemus & sobrii
 simus.

*R. br. In manus tuas, Dó-
 mine, * Commendo spiritum
 meum. In manus. V. Redemisti
 me, Dómine, * Deus verti-
 telis: * Commenda. Gloria
 Patri. In manus. Pf. 10.*

*V. Custodi me, Dómine,
 ut pupillam oculi: R. Sub
 umbra alarum tuarum protege
 me. Pf. 16.*

*In Adventu, Ant. 5. a. Sa-
 lutare.*

*Temp. Nat. Ant. 4. D. In
 iudicium.*

*Post Præsent. Ant. 3. c. Dó-
 mine.*

Canticum Simeonis. Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum,
 Dómine, * secundum
 verbum tuum, in pace;

Quia viderunt oculi mei *
 salutare tuum,

Quod parasti * ante faciem
 omnium populorum,

Lumen ad revelationem gen-
 tium, * & gloriam plebis tue
 Israel.

*In Adventu, Ant. Salutare
 tuum expectabo, Dómine.
 Gen. 49.*

*Temp. Nat. Ant. In iudicium
 ego in hunc mundum veni;
 ut qui non vident videant, &
 qui vident cæci fiant. Joan. 9.*

*Post Præsent. Ant. Dómi-
 ne, dabis pacem nobis; om-
 nia enim opera nostra opera-
 tus es nobis. Is. 26.*

*V. Dóminus vobiscum; R. Et
 cum spiritu tuo.*

Orémus.

Visita, quaesumus, Dómi-
 ne, habitationem istam;
 & omnes insidias inimici ab
 ea longe repelle: Angeli tui
 sancti habitent in ea, qui nos
 in pace custodiant; & bene-
 dictio tua sit super nos semper;
 Per Dóminum nostrum Jesum
 Christum.

*V. Dóminus vobiscum. Be-
 nedicamus Dómino.*

*Finito Completorio, submis-
 siori voce dicitur: Grátia Dó-
 mini nostri Jesu Christi, &
 caritas Dei & comunicatio
 sancti Spiritus sit cum omni-
 bus vobis. R. Amen. 2. Cor. 13.*

*Postea dicitur una ex Anti-
 phonis de B. Maria Virgine,
 ut habentur infra, ad calcem
 Psalterii.*

*Post completum Officium dicitur
 secreta, Pater, Ave, Credo.*
FERIA SECUNDA

AD OFFICIUM NOCT.

Dómine, labia. suprad. 1.

*Invit. Venite, exultemus
 Dómino, * Jubilemus Deo
 salutari nostro.*

*Consinuatur Psalm. 94. Præ-
 occupemus. 2.*

Hymnus.

DEi canamus glóriam,
 Cælum secundo qui die
 Expandit, admirabile

Mortalibus spectaculum.

Poli stupemus alyeo

Stagnare pensiles lacus :

Hinc imbre terras fertili

Coelestis irrorat Pater.

Quam praeparas nobis ,
Deus ,

Est haec imago gratiae :

Hae ror stillans uberi

Cordis penetrat intima.

Hanc qui fideli combibunt

Aquam salubrem pectore ,

In his ad aeternas domos

Miro resultat impetu.

Beata gens , quam prodiga

Ditare non cessas manu ,

Amoris haec memos tui ,

Amoris & reddat vices !

Deo Patri sit gloria ,

Ejusque soli Filio ,

Sancto simul cum Spiritu ,

In sempiterna secula. Amen.

In Feriis, & aliis Officiis

rii Lektionum, dicuntur,

pro unica Nocturna, novem

Psalmi ad unamquamque Fe-

riam positi, & sub una duntaxat

Antiphona post singulos tres

Psalms. In Festis, vero novem

Lektionum, post quolibet

Psalmm, unaqueque Anti-

phona dicitur, vel de Propria,

vel de Communi.

Ant. 4. d. Omnia.

Psalms 103.

Benedic, anima mea ;

Domino : * Domine

Deus meus, magnificatus

es vehementer.

Confessionem & decorem

induisti, * amictus lumine

sicut vestimentum ;

Extendens coelum sicut pel-

lem, * qui tegis aquis super-

iora ejus ;

Qui ponis nubem ascensum

tuum, * qui ambulas super

pennas ventorum ;

Qui facis Angelos tuos spir-

itus, * & ministros tuos ignem

urentem ;

Qui fundasti terram super

stabilitatem suam : * non incli-

nabitur in seculum seculi.

Abyssus, sicut vestimentum,

amictus ejus : * super montes

stabunt aquae.

Ab increpatione tua fug-

ient ; * a voce tonitru tui

formidabunt.

Ascendant montes, & des-

cendent campi, * in locum

quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem

non transgredientur ; * neque

converterentur operite terram.

Qui emisisti fontes in com-

vallibus : * inter medium mot-

tium pertransibunt aquae.

Potabunt omnes bestiae a-

gri ; * expectabunt onagri in

liti sua.

Super ea volucres caeli habi-

tabunt ; * de medio petrarum

dabunt voces.

Rigans montes de superio-

ribus suis ; * de fructu operum

tubrum satiabitur terra :

Producens fenum jumentis, *

& herbam servituti hominum.

Us educas panem de terra, *

& vinum letificet cor homi-

nis ;

Ut exhilaret faciem in oleo,

* & panis cor hominis confir-

met.

Saturabuntur ligna campi, *

& cedri Libani quas plantavit.

Illic passeris nidificabunt : *

herodii domus dux est eorum.

Montes excelsum cervis, * pe-

tra refugium herinacis.

32 *Feriá secundá ad Officium Noct.*

Fecit lunam in témpora : *
sol cognóvit occásusum suum.

Posuisti ténébras , & facta
est nox ; * in ipsa pertransi-
bunt omnes béstie sylvæ :

Cátuli leónum rugientes , *
ut rápiani , & quærant à Deo
escam sibi.

Ortus est sol ; & congregáti
sunt ; * & in cubstibus suis col-
locabuntur.

Exibit homo ad opus suú , *
& ad operatióem suam usque
ad vésperum.

Diviso Psalmi 103.

Quam magnificáta sunt
ópera tua , Dómine ! *
ómnia in sapiéntia fecisti ;
impléta est terra possessiône
tuá.

Hoc mare magnum , & spa-
tiosum máribus : * illic reptí-
lia , quorum non est núme-
rus , animália pusilla cum
magnis.

Illic naves pertransibunt : *
draco iste quem formasti ad
illudendum ei.

Omnia à te expectant , *
ut des illis escam in tém-
pore.

Dante te illis , cólligent ; *
aperiente te manum tuam ,
ómnia implebuntur bonitáte.

Avertente autem te faciém ;
turbabuntur : * áuferes spíri-
tum eórum , & deficient , &
in pulverem suum reverten-
tur.

Emittes Spíritum tuum , &
creabuntur ; * & renovábis
faciém terræ.

Altera divisio Psalmi 103.

Sit glória Dómini in sécu-
lum : * lætábitur Dóminus
in opéribus suis ;

Qui respicit terram , & fa-
cit eam tremere ; * qui tangit
montes , & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita
mea : * psállam Deo meo
quámdiu sum.

Jucundum sit ei elóquium
meum ; ego verò delectábor in
Dómino.

Deficiant peccatóres à ter-
ra , & iníqui , ita ut non sint : *
benedic , ánima mea , Dó-
mino.

Anr. Omnia in sapiéntia fe-
cisti , Dómine : impléta est
terra possessiône tuá.

Anr. 7. d. Mementóte.

Psalmus 104.

Confiteámini Dómino ;
& invocáte nomen
ejus : * annuntiáte in-
ter gentes ópera ejus.

Cantáte ei , & psállite ei : *
narráte ómnia mirabilia ejus.
Laudámini in nómine sancto
ejus : * lætétur cor quæren-
tium Dóminum.

Quærite Dóminum , & con-
firmámini ; * quærite faciém
ejus semper.

Mementóte mirabilium ejus
quæ fecit , * prodigia ejus , &
judicia oris ejus.

Semen Abraham servi ejus ,
* filii Jacob electi ejus.

Ipsé Dóminus Deus no-
ster ; * in univérta terra judi-
cia ejus.

Memor fuit in séculum te-
stamenti sui ; * verbi quod
mandávit in mille generatió-
nes ,

Quod dispósuit ad Abra-
ham : * & juramenti sui ad
Isaac.

Et stáuit illud Jacob in præ-

ceptum, * & Israel in testa-
mentum æternum;

Dicens: Tibi dabo terram
Chanaan * funiculum hæredi-
tatis vestræ;

Cum essent números brevi,
paucissimi, * & incolæ ejus.

Et pertransierunt de gente
in gentem, * & de regno ad
pópulum alterum.

Non reliquit hóminem no-
cete eis, * & corripuit pro eis
reges.

Nolite tangere christos
meos, * & in prophétis meis
nolite malignári.

Divisio Psalmi. 104. Et

Vocávit [Dóminus] fa-
mem super terram, * &
omne firmamentum panis con-
trivit.

Misit ante eos viam; * in
servũ mandatus est Joseph.

Humiliáverunt in compédi-
bus pedes ejus; * ferrum per-
transiit animam ejus.

Donec veniret verbum ejus, *
elóquium Dómini inflarávit
eum.

Misit rex, & solvit eum; *
princeps populórum, & dimi-
sit eum.

Constituit eum dómínus
domus suæ; *, & principem
omnis possessióis suæ;

Ut erudiret principes ejus
sicut semetipsum, * & senes
ejus prudentiam doceret.

Et intrávit Israel in Egy-
ptum; * & Jacob accola fuit
in terra Cham.

Et auxit pópulum suum ve-
hementer, * & firmávit eum
super inimicos ejus.

Convertit eor eorum, ut
viderent pópulum ejus, * &

dolum fácerent in servos ejus.

Alterã divisio Psalmi. 104.

Misit [Dóminus] Móy-
sen servum suum, * Aa-
ron quem elégit ipsum.

Póiuít in eis verba signó-
rum suórum, * & prodigio-
rum in terra Cham.

Misit ténebras, & obscurá-
vit; * & non exacerbávit ser-
mónes suos.

Convertit aquas eórum in
sanguinem, * & occidit pis-
ces eórum.

Edidit terra eórum ranas *
in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit; & venit canomyia,
& cinifer * in omnibus finibus
eórum.

Pósuít plúvias eórum grán-
dinem, * ignem comburen-
tem in terra ipsórum;

Et percussit vineas eórum,
& ficulneas eórum; * & con-
trivit lignum finium eórum.

Dixit; & venit locusta &
bruchus, * cujus nómerat nú-
meras:

Et comédit omne fenum in
terra eórum, * & comédit om-
nem fructum terræ eórum.

Et percussit omne primogé-
nitum in terra eórum, * pri-
mitias omnis labóris eórum.

Et aduxit eor eum argento
& auro; * & non erat in tri-
butis eórum infimus.

Letáta est Egyptus in pro-
fectióne eórum, * quia incú-
buit timor eórum super eos.

Expandit nubem in prote-
ctiónem eórum, * & ignem
ut luceret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotur-
nax; * & pane coeli saturávit
eos.

Dirúpit petram, & fluxerunt aquæ: * abierunt in sicca flumina;

Quóniam menior fuis verbj sancti sui, * quod hábuisti ad Abraham puerum suum.

Et eduxit pópulum suum in exultatione, * & electos suos in læticia.

Et dedit illis regiones gentium: * & labores populorum possederunt;

Ut custódiant justificationes ejus, * & legem ejus requirant.

Ant. Memento mirabiliu ejus quæ facis, prodigia ejus, & judicia: omis ejus.

Ant. 1. a. Vísita nos.

Psalmus 105.

Considerámi Dóminæ, quóniam bonus, * quóniam misericórdiam in seculum misericórdia ejus.

Quis loqueretur potentia Dómini, * audias: faciem etiam labios ejus?

Beati qui custodiunt: iudicium, * & faciunt iustitiam in omni tempore.

Memento nostri, Dómine, in benedictione populi tui: & vísita nos in salutari tuo.

Ad videndam in hereditate electorum tuorum, ad lætandum in hereditate gentium, * ut laudés cum hereditate tua.

Dispositio Psalmi 105.

Procedimus cum patribus nostris: * injuste egimus: iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Egyptum non intellexerunt misericórdiam tuam: non fuerunt in misericórdia tua: & misericórdia tua cum eis.

Et in mare ascendentes in mare, * mare rubrum.

Et salvávit eos propter nomen suum, * ut notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrum, & exsiccátum est; * & deduxit eos in abyssis; sicut in deserto;

Et salvávit eos de manu audientium, * & redemit eos de manu inimici:

Et operiuit aqua tribulantes eos: * unius ex eis non remansit.

Et invididerunt verbis ejus, * & laudaverunt laudem ejus.

Cito fecerunt, & obsecraverunt: operum ejus, * & non fuerunt: & confessamur ei.

Et conspuerunt conceptioem in deserto, * & tentaverunt Deum in iniquitate.

Et dedit eis perditionem ipsorum, & in manu fortium inimicorum eorum.

Et in castris: Moyse & Aarone & Dómini.

Aperta est terra, & absorpsit Dathan, * & operiuit super congregationem Absaron.

Et exarsit ignis super synagoga eorum; * flamma combussit peccatores.

Et secutus est vitulos in desertis, * & adoraverunt vitulos: & adoraverunt vitulos.

Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli: & adoraverunt vitulos.

Obsecraverunt Deum qui salvávit eos, * qui fecit magnalia in Egypto & in terra rubra.

Et dixit ne disperderet eos, sicut Moyses & filii ejus: &

nisset in confractiōe, in conspectu ejus, * ut averteret iram ejus, ne disperderet eos.

Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem; * non crediderunt verbo ejus.

Et murmuraverunt in tabernaculis suis; * non exaudierunt vocem Dōmini.

Et elevavit manum suam super eos, * ut prosterneret eos in deserto,

Et ut dejiceret semen eorum in nationibus, * & dispergeret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor, * & comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritaverunt eum in adinventiōibus suis; * & multiplicata est in eis ruita.

Et stetit Phinees, & placavit; * & cessavit quassatio.

Et reputatum est ei in justitiam, * in generatiōem & generatiōem usque in sempiternum.

Et irritaverunt eum ad aquas contraditiōnis; * & vexatus est Mōyses propter eos,

Quia exacerbaverunt spiritum ejus; * & distinxit in labiis suis.

Altera divisio Psalmi 105.

Non disperdiderunt gentes, * quas dixit Dōminus illis.

Et commixti sunt inter gentes, * & didicerunt opera eorum.

Et servierunt sculptilibus eorum; * & factum est illis in scandalum.

Et immolaverunt filios suos & filias suas demōniis.

Et effuderunt sanguinem innocentem, * sanguinem filio-

rum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan.

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum; * & fornicati sunt in adinventiōibus suis.

Et iratus est furōre Dōminus in populum suum, * & abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium; * & dominati sunt eorum qui oderunt eos.

Et tribulaverunt eos in incipiti eorum, * & humiliati sunt sub manibus eorum.

Sedpe liberavit eos; * ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo, & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit, cum tribularetur; * & audivit orationes eorum.

Et memor fuit testamenti sui, * & poenituit eum secundum multitudinem misericordiarum suarum.

Et dedit eos in misericordias, * in conspectu omnium qui ceperant eos.

Salvos nos fac, Dōmine Deus noster, * & congrega nos de nationibus;

Ut confiteamur nōmini sancto tuo, * & glorietur in laude tua.

Benedictus Dōminus Deus Israel à seculo, & usque in seculum; * & dicet omnis populus: Fiat, fiat.

Ant. Visita nos in salutari tuo, Dōmine, ad videndum in bonitate electorum tuorum.

* Expandit nubem in protectionem eorum, &c. Et

ignem ut luceret eis per noctem. *Pf. 104.*

Pater noster.

Absolutio & Benedictiones, ut ordinantur post Psalterium. Lectiones eum Bx Bx Bx habentur in proprio de Tempore; & sic in sequentibus Feriis.

Non dicitur Te Deum. in Feriis.

*. *Sacerd.* Exultabit cor meum in salutari tuo: Bx. Cantabo Dómino qui bona tribuit mihi. *Pf. 12.*

A D L A U D E S.

*. Deus, in adiutorium, &c.

Ant. 5. a. Bonum est.

Psalms 91.

Bonum est confiteri Dómino, * & psállere nómini tuo, Altíssime,

Ad annuntiandum mané misericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem,

In decachordo psalterio, * cum cántico in cithara;

Quia delectasti me, Dómine, in fáctura tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quam magnificáta sunt opéra tua, Dómine! * nimis profundæ fáctæ sunt cogitationés tuæ.

Vir. insipiens non cognosceat, * & stultus non intélliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatóres sicut scœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitátem, * ut intéreant in séculum séculi:

Tu autem Altíssimus * in æternum, Dómine.

Quóniam ecce inimici tui, Dómine, quóniam ecce inimici tui peribunt, * & dis-

pergentur omnes qui operantur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicornis cornu meum, * & senectus mea in misericórdia úberi:

Et desepxit óculus meus inimicos meos, * & in insurgentibus in me malignántibus áudiat auris mea.

Iustus ut palma florébit, * sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébut.

Adhuc multiplicabuntur in senecta úberi, * & bene patientes erunt,

Ut annúntient quóniam reclus Dóminus Deus noster, * & non est iniquitas in eo.

Ant. Bonum est psállere nómini tuo, Altíssime, ad annuntiandum mané misericórdiam tuam.

Ant. 8. d. Bonus Dóminus.

Psalms 135.

Confitemini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitemini Deo deórum, * quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitemini Dómino domínorum, * quóniam in æternum misericórdia ejus;

Qui facit mirabília magna solus, * quóniam in æternum misericórdia ejus;

Qui fecit cœlos in intellectu, * quóniam in æternum misericórdia ejus;

Qui firmávit terram super aquas, * quóniam in æternum misericórdia ejus;

Qui fecit luminária magna,*
quóniam in æternum misericórdia
eius;

Solem in potestátem diéi,*
quóniam in æternum misericórdia
eius;

Lunam & stellas in potestá-
tem noctis,* quóniam in æter-
num misericórdia eius.

Ant. Bonus Dóminus : in
æternum misericórdia eius.

Ant. 4. 2. Dóminus.

Diviso Psalmi 135.

[Confitémini Dómino,
quóniam bonus,* quóniam in æternum misericórdia
eius ;]

Qui percussit Ægyptum cum
primogénitis eórum,* quóniam
in æternum misericórdia
eius;

Qui eduxit Israel de médio
eórum,* quóniam in æter-
num misericórdia eius;

In manu potenti, & brá-
chio excelsó,* quóniam in
æternum misericórdia eius;

Qui divisit mare rubrum in
divisiónes,* quóniam in æter-
num misericórdia eius;

Et eduxit Israel per mé-
diam eius,* quóniam in æter-
num misericórdia eius.

Et excussit Pharaónem &
virtutem eius in mari rubro,*
quóniam in æternum miseri-
córdia eius;

Qui traduxit pópulum suum
per desertum,* quóniam in
æternum misericórdia eius;

Qui percussit reges magnos,
* quóniam in æternum miseri-
córdia eius;

Et occidit reges fortes,*
quóniam in æternum miseri-
córdia eius;

Sehon regem Amorrhæo-
rum,* quóniam in æternum
misericórdia eius;

Et Og regem Basán,* quóniam
in æternum misericórdia
eius.

Et dedit terram eórum hære-
ditátem,* quóniam in æter-
num misericórdia eius;

Hæreditátem Israel servo
suo,* quóniam in æternum
misericórdia eius.

Quia in humilitáte nostra
memor fuit nostri,* quóniam
in æternum misericórdia
eius;

Et redémít nos ab inimicis
nostris,* quóniam in æternú
misericórdia eius;

Qui dat escam omni carni,*
quóniam in æternum miseri-
córdia eius.

Confitémini Deo cœli,*
quóniam in æternum miseri-
córdia eius;

Confitémini Dómino domi-
nórum,* quóniam in æternum
misericórdia eius.

Ant. Dóminus in humilitáte
nostra memor fuit nostri, &
redémít nos ab inimicis no-
stris.

*Quando fit Officium de Fe-
ria, dicitur Canticum sequens.*

Ant. 7. d. Quis similis tui.
Canticum Móysi. Exod. 15.

Cantemus Dómino; glo-
riósè enim magnificátus
est : * equum & ascensórem
dejéxit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea
Dóminus,* & factus est mihi
in salútem.

Iste Deus meus, & glorifi-
cábo eum : * Deus patris mei,
& exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnator; * Omnipotens nomen ejus.

Currus Pharaónis & exercitum ejus projecit in mare; * electi principes ejus submersi sunt in mari rubro.

Abyssi operuerunt eos; * descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua, Dómine, magnificata est in fortitudine; * dextera tua, Dómine, percussit inimicum.

Et in multitudine glóriæ tuæ, deposuisti adversarios tuos, * misisti iram tuam quæ devoravit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ; * stetit unda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, Persequar & comprehendam; * dividam spolia, implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, & operuit eos mare; * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus, Dómine? * quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, * & devoravit eos terra.

Dare nómni in misericórdia tua populo, quem redemisti, * & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt; * dolores obtinuerunt habitatores Philistiini.

Tunc conturbati sunt principes Edom; robustos Moab obtinuit tremor; * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor; * in magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis;

Donec pertranseat populus tuus, Dómine, * donec pertranseat populus tuus isse quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Dómine.

Sanctuarium tuum, Dómine, * quod firmaverunt manus tuæ.

Dóminus regnabit * in æternum & ultra.

Ingressus est eniraq; Pharaon cum curribus & equitibus ejus in mare, * & reduxit super eos Dóminus aquas maris;

Filii autem Israel ambulaverunt per siccam * in medio ejus.

Ant. Quis similis tui, Dómine, magnificus in sanctitate, faciens mirabilia?

In Fessis, loco superioris Cantici, dicitur sequens.

Canticum. Eccli. 39.

Collaudate canticum, * & benedicite Dóminum in operibus suis.

Dare nómni ejus magnificentiam, * & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis;

Et sic dicetis in confessione * Opera Dómini univarsa, bona valde,

In verbo ejus stetit aqua sic
cut congeries: * & in sermō-
ne oris illius sicut exceptoria
aquarum;

Quoniam in praecepto ip-
tius placor fr, * & non est
minoratio in salute ipsius.

Opera omnis carnis coram
illo, * & non est quidquam
absconditum ab oculis ejus.

A seculo usque in seculum
respicit, * & nihil est mira-
bile in conspectu ejus.]

Anr. i. g. Laudate Dōmi-
num.

Psalmus 134.

Laudate nomen Dōmini; *
Laudate, serui, Dōminum.

Qui statis in domo Dōmi-
ni, in atriis domūs Dei nostri,

Laudate Dōminum, quia
bonus Dōminus; * psallite nō-
mini ejus, quoniam suave;

Quoniam Jacob elegit sibi
Dōminus, * Israel in posses-
sionem sibi.

Quia ego cognovi quod ma-
gnus est Dōminus, * & Deus
noster prae omnibus diis.

Omnia quaecumque voluit,
Dōminus fecit, * in caelo, &
in terra, in mari, & in om-
nibus abyssis.

Educent nubes ab extremo
terra, * siccata in pluviam
sunt;

Qui producit ventos de the-
sauris suis; * qui percussit pri-
mogēnita Aegypti ab homine
usque ad pecus.

Et misit signa & prodigia in
caelo tui, Aegypte, * in Pha-
raonem, & in omnes serps
ejus;

Qui percussit gentes mil-
ias, * & occidit reges fortes;

Schōn regem Amarrhō-
rum, & Og regem Basan, * &
omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum hae-
reditatem, * hereditatem Israel
populo suo.

Dōmine, nōmen tuum in
aeternum: * Dōmine, memo-
riate tuum in generatiōem &
generatiōem;

Quia judicabit Dōminus pō-
pulum suum, * & in servis suis
deprecabitur.

Simulacra gentium argen-
tum & aurum; * opera mā-
nū hominum.

Os habent, & non loquen-
tur: * oculos habent, & non
videbunt:

Aures habent, & non au-
diunt; * neque enim est spīri-
tus in ore ipsorum.

Similes illis stant qui faciunt
ea, * & omnes qui confidunt
in eis.

Domus Israel, benedicite
Dōmino: * domus Aaron,
benedicite Dōmino:

Domus Levi, benedicite
Dōmino: * qui timētis Dōmi-
num, benedicite Dōmino.

Benedictus Dōnus, ex Sion, *
qui habitat in Jerūsalem.

Anr. Laudate Dōminum;
psallite nōmini ejus, quoniam
elegit Israel in possessione sibi.

Capitulum. Prov. 8.

Ego diligentes me diligo;
& qui manē vigilant ad
me, invēnient me.

Hymnus.

Nil laudatus nostris eges,
Sed filias amas, Pater;
Multaque caelestem prece
Vis provocari gratiam.
Tui profunda consistit

Noctis canat siléntium :

Tuz jubar cleméntiæ

Splendor diæ prædicat.

Tantís minor miraculis

Mens óbstupet , vox déficit :

Tacére sed totis nequit

Amor medullis æstuans.

Erumpat ergo : te memor

Clamet parentem , qui mala

Præsentis ævi mitigas ,

Spondes futuri præmia.

Huc vota tendunt cõrdium ;

Infirma sed tardat caro :

Quæ ducit ad te , da sequi ,

Dux ipse Jesu , semitam.

Amen.

¶. Repléti sumus mané misericórdiã tuã , Dõmine , &c. Et exultãvimus , & delectãti sumus. Ps. 89.

Ad Benedictus. Ans. 6. F. Benedictus Dõminus Deus Israel , quia visitãvit , & fecit redemptionem plebis suæ. Luc. 1.

Preces , quando dicuntur , & suffragia , habentur infra post Completorium Sabbati.

Oratio , quando propria non assignatur , dicitur de Dominica præcedenti ; & sic in aliis Horis & Feriis.

A D P R I M A M.

¶. Deus , in adjutõrium , &c.

Hymnus , Jam lucis. infra post Completorium Sabbati , & sic in aliis Feriis.

Ans. 8. G. Quid est homo.

Psalmus 8.

Domine Dõminus noster , * quã admirabile est nomen tuum in univérã terrã !

Quõniam elevãta est magnificentiã tua * super coelos.

Ex ore infantium & lacten-

tium perfecisti laudem propter inimicos tuos , * ut destruas inimicum & ultorem ,

Quõniam vidébo celoꝝ tuos , ópera digitorum tuorum ; * lunam & stellas , quæ tu fundasti :

Quid est homo , quod memor es ejus ? * aut filius hominis , quõniam visitas eum ?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis , gloriã & honore coronasti eum , * & constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Omnia , subiecisti sub pedibus ejus , * oves & boves univérãs , insuper & psecõta campi ,

Vólucres cœli , * & pisces maris qui perambulãnt tẽmptas maris.

Dõmine Dõminus postea , * quã admirabile est nomen tuum in univérã terrã !

Psalmus 76.

Voce meã ad Dõminum clamãvi ; * voce meã ad Deum , & intendit mihi.

In die tribulatiõnis meæ Deum exquisivi , * manibus meis nocte contra eum ; * & non sum deceptus.

Renuit consolãri animã meã : * memor sum Dei , & delectatus sum , & exercitatus sum ; & defecit spíruius meus.

Anticipaverunt vigiliãs oculi mei ; * turbatus sum , & non sum locutus.

Cogitãvi dies antiquos ; * & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo ; * & exercitabar ,

& scopëbam spiritum meum.

Numquid in æternum pro-
ficiet Deus? * aut non appo-
net ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam
suam abscindet, * à genera-
tione in generatióem?

Aut obliviscétur misereri
Deus? * aut continébit in ira
sua misericórdias suas?

Et dixi, Nunc cepi: * hæc
mutatio dexteræ Excelsi.

Divisio Psalmi 76.

Memor fui óperum Dó-
mini, * quia memor
ero ab initio mirabilium tuó-
rum;

Et meditabor in ómnibus
opéribus tuis, * & in adinven-
tiónibus tuis exercébor.

Deus, in sancto via tua; *
quis Deus magnus sicut Deus
noster?

Tu es Deus qui facis mira-
bilia, * notam fecisti in pópu-
lis virtutem tuam:

Redemisti in bráchio tuo
pópulum tuum, * filios Jacob,
& Joseph.

Viderunt te aquæ, Deus,
viderunt te aquæ, & timué-
runt; * & turbátæ sunt abyssí.

Multitúdo sónitus aquarú, *
vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tráns-
eunt; * vox tonitruí tui in
rota.

Illuxérunt coruscationes tuæ
orbi terræ; * commóta est &
contremuit terra.

In mari via tua, & sémitæ
tuæ in aquis multis; * & vesti-
gia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves pópu-
lum tuum * in manu Móysi &
Aaron.

Ant. Quid est homo, Dó-
mine, quod memor es ejus?
aut filius hóminis, quóniam
vísitas eum? *Ps.* 8.

*Capitulum, R. breve, &
Preces, quando dicuntur, há-
bentur infra post Completo-
rium Sabbati, & sic in aliis
Feriis.*

A D T E R T I A M.

V. Deus, in adiutorium, &c.

*Hymnus, O fons amoris. in-
fra post Completo-rium Sabbati.*

Ant. 7. ç. Tollite hóstias.

Psalmus 24.

AD te, Dómine, levá-
vi ánimam meam; *
Deus meus, in te con-
fido, non erubescam.

Neque irrideant me inimíci
mei; * etenim universi qui
sústinent te, non confun-
dentur.

Confundantur omnes iniqua
agentes * supervacué.

Vias tuas, Dómine, de-
monstra mihi, * & sémitas
tuas édoce me.

Dírige me in veritate tua,
& doce me; * quia tu es Deus
salvátor meus, & te sustinui
totâ die.

Reminiscere miseratiónum
tuárum, Dómine, * & miseri-
cordiárum tuárum quæ à sécu-
lo sunt.

Delicta juventútis meæ * &
ignorántias meas ne memine-
ris.

Secundùm misericórdiam
tuam memento mei tu, * pro-
pter bonitátē tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus; *
propter hoc legem dabit delin-
quentibus in via:

Díriget mansuetos in judi-

cio, * docébit mites vias suas,

Univerſa via Dómini, miſericórdia & veritas, * requiréntibus testamentum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine; propitiáberis peccáto meo; * nultum est enim.

Diviſio Pſalmi 24.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem stáuit ei in via quam elegit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum est Dóminus timéntibus eum; * & testamentum ipsius, ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum, * quóniam ipse evellet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére meſ, * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitatibus meis étue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum, * & dimitte universa delicta mea:

Réspice inimicos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & odio iniquo odérunt me.

Custódi ánimam meam & étue me; * non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi, * quia sustinui te.

Líbera, Deus, Israel * ex ómnibus tribulatióibus suis.

Pſalmus 95.

Cantáte Dómino cánticum novum; * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & bene-

dicite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus:

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus; * in ómnibus populis mirabilia ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii gentium dázmónia; * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulcritúdo in conspectu ejus; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferre Dómino, pátriæ gentium, afferre Dómino glóriam & honórem: * afferre Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introite in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commovéatur à facie ejus universa terra; * úscite in gentibus quia Dóminus regnávít.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit populos in æquitáte.

Latentur cœli, & exultet terra; commovéatur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exulábunt ómnia ligna sylvárum à facie Dómini, quia venit, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & populos in veritáte sua.

Ans. Tóllite hóstias, & adoráte Dóminum; etenim corréxit orbem terræ. *Pſ. 95.*

Capitulum. Ephet. 5.
Escite imitatores Dei, sicut
 filii carissimi, & ambulâ-
 lite in dilectione, sicut & Chri-
 stus dilexit nos, & tradidit
 semetipsum pro nobis oblati-
 onem, & hostiam Deo in odô-
 rem suavitatis.

R. br. Quid retribuam Dô-
 mino, * Pro omnibus quæ re-
 tribuit mihi? Quid retribuam.
 * Vota mea Dño reddam *
 coram omni pópulo ejus, * Pro
 omnibus. Glória Patri. Quid
 retribuam.

* Tibi, Dómine, sacrifi-
 cábó hostiam laudis, *R.* Et
 nomen Dñi invocábó. *Pf.* 115.

*Preces, si dicendæ sint, há-
 bentur infra post Completorium
 Sabbati.*

Oratio conveniens.

A D S E X T A M.

* Deus, in adiutorium, &c.
*Hymnus, Fam. fossi. infra
 post Completorium, Sabbati.*

Ant. 6. F. Elegit.

Psalms 46.

Omnes gentes, pláudi-
 te manibus: * jubilá-
 te Deo in voce exul-
 tationis;

Quóniam Dóminus excel-
 sus, terribilis: * Rex magnus
 super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * &
 gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hæreditatem
 suam, * spécielem Jacob quam
 dedit.

Ascendit Deus in júbilo, *
 & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psál-
 lite; * psállite Regi nostro,
 psállite.

Quóniam rex omnis terræ

Deus; * psállite sapienter.

Regnabit Deus super gen-
 tes: * Deus sedet super sedem
 sanctam suam.

Príncipes populórum con-
 gregati sunt cum Deo Abra-
 ham; * quóniâ dii fortes ter-
 ræ vehementer elevati sunt.

Psalms 97.

Cantate Dómino canti-
 cum novum, * quia mira-
 bilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, *
 & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salu-
 tare suum; * in conspectu gen-
 tium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericórdiæ
 suæ, * & veritatis suæ domui
 Israël.

Viderunt omnes témini ter-
 ræ * salutare Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra: *
 cantate, & exultate, & psál-
 lite.

Psállite Dómino in cíthara, *
 in cíthara, & voce psalmi,

in tubis ductilibus, & vo-
 ce tubæ córneæ: * jubiláte in
 conspectu regis Dómini.

Moveatur mare, & pleni-
 tudo ejus; * orbis terrarum,
 & qui hábitant in eo.

Flumina plaudent manu,
 simul montes exultabunt à
 conspectu Dómini, * quóniam
 venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in
 justitia, * & pópulos in æqui-
 tate.

Psalms 98.

Dominus regnavit, iras-
 cantur pópuli; * qui se-
 det super Chérubim, movea-
 tur terra.

Dóminus in Sion magnus, *

& excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est; * & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: * iudicium & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorâte scabellum pedum ejus; * quoniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdotibus ejus, * & Sámuel inter eos qui invocant nomen ejus.

Invocabant Dominum, & ipse exaudiébat eos: * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiébant testimonia ejus, * & præceptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos: * Deus, tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorâte in monte sancto ejus: * quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Ani. Elégit nobis hæreditatem suam quam dilexit Dominus. *Pf. 46.*

Capitulum. Rom. 8.

Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

R. *br.* Confiteantur Domino * Misericordiae ejus. Confiteantur. * Et mirabilia ejus * filiis hominum: * Misericord-

iae. Glória Patri, Confiteantur. *Pf. 106.*

Quomodo miseretur pater filiorum, R. Misertus est Dominus timencibus se. *Pf. 102.*

Preces, si dicenda sint, habentur infra post Completorium Sabbati.

Oratio conveniens.

A D N O N A M.

* Deus, in adiutorium, &c. *Hymnus, Labente. infra post Completorium Sabbati.*

Ani. 7. ç. In voluntate tua. Psalmus 51.

Dixit insipiens in corde suo: * Non est Deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: * non est qui faciat bonum.

Deus de caelo prosperit super filios hominum, * ut videat si est intelligens, aut requisens Deum.

Omnes declinaverunt, simul inútiles facti sunt: * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, * qui devorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocaverunt: * illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent: * confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutarem Israel? * cum converterit Deus captivitatem plebis suae, exultabit Jacob, & lætabitur Israel.

Psalms 72.

Ouam bonus Israel Deus *
his qui recto sunt corde.
Mei autem penè innoti sunt
pedes, * penè effusi sunt gres-
sus mei;

Quia zelavi super iniquos, *
pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti
eorum, * & firmamentum in
plaga eorum.

In labore hominum non
sunt, * & cum hominibus non
flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia; *
operti sunt iniquitate & ish-
pitate sua.

Prodiit quasi ex adipe in-
iquitas eorum; * transierunt in
affectum cordis.

Cogitaverunt & locuti sunt
nequitiam: * iniquitatem in
excelsu locuti sunt.

Posuerunt in celum os suum, *
& lingua eorum transiit in
terra.

Ideo convertetur populus
meus hic; * & dies pleni inven-
ientur in eis.

Et dixerunt: Quomodo scit
Deus? * & , Si est scientia
in Excelsu?

Ecce ipsi peccatores; &
abundantes in seculo, * obtri-
nuerunt divitias.

Et dixi: Ergo sine causa
iustificavi cor meum, * &
lavi inter innocentes manus
meas;

Et fui flagellatus tota die, *
& castigatio mea in matutinis.

Si dicebam: Narrabo sic, *
ecce nationem filiorum tuo-
rum reprobaui.

Existimabam ut cognosce-
rem hoc: * labor est ante me,

Donec intrem in sanctua-
rium Dei, * & intelligam in
novissimis eorum.

Verumtamen propter dolo-
posuisti eis; * dejecisti eos,
dum alleverentur.

Quomodo facti sunt in defo-
lationem! * subito defecerunt;
perierunt propter iniquitatem
suam.

Velut somnium surgentium,
Domine, * in civitate tua
inaginem ipsorum ad nihilum
rediges;

Quia inflammatum est cor
meum, & renes mei commu-
tati sunt; * & ego ad nihi-
lum redactus sum, & nescivi.

Ut jumentum factus sum
apud te, * & ego semper te-
cum.

Divisio Psalmi 72.

Tenuisti [Domine] ma-
num dexteram meam,
& in voluntate tua deduxisti
me, * & cum gloria suscepisti
me.

Quid enim mihi est in cae-
lo? * & a te quid volui super
terram?

Defecit caro mea, & cor
meum; * Deus cordis mei,
& pars mea, Deus, in aeter-
num.

Quia ecce qui elongant se a
te, peribunt; * perdidisti om-
nes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adherere Deo
bonum est, * ponere in Do-
mino Deo spem meam;

Ut annuntiem omnes prae-
dicationes tuas * in portis fi-
lize Sion.

Ant. In voluntate tua dedu-
xisti me, Domine, & cum
gloria suscepisti me. *Pf. 72.*

Capitulum. 2. Theff. 1.

Dignetur vos vocatiōne
sua Deus noster, & im-
pleat omnem voluntatem boni-
tatis, & opus fidei in virtute;
ut clarificetur nomen Dō-
mini nostri Jesu Christi in vo-
bis, & vos in illo.

R. br. Doce me facere vol-
untatem tuam; * Quia Deus
meus es tu. Doce. *V.* Spiri-
tus tuus bonus * deducet me;
* Quia. Glōria Patri. Doce.
Pf. 142.

V. In Deo salutare meum,
& glōria mea: *R.* Deus auxilii
mei; & spes mea in Deo est.
Pf. 61.

*Preces, si dicenda sint, ha-
bentur infra post Completorium
Sabbati.*

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

V. Deus, in adiutorium, &c.

Ant. 2. D. Convertere.

Psalms 114.

Dilexi, * quoniam exau-
diat Dōminus vocem
orationis meae.

Quia inclinavit aurem suam
mihi, * & in diebus meis invo-
cabo.

Circumdederunt me dolō-
res mortis, * & pericula infer-
ni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem
inveni; * & nomen Dōmini
invocavi.

O Dōmine, libera animam
meam: * misericors Dōminus,
& iustus, & Deus noster misce-
retur.

Custodiens parvulos Dōmi-
nus; * humiliatus sum, &
liberavit me.

Convertere, anima mea, in

requiem tuam; * quia Dōmi-
nus benefecit tibi;

Quia eripuit animam meam
de morte, * oculos meos à lac-
rymis, pedes meos à lapsu.

Placēbo Dōminō * in regiō-
ne vivōrum.

Ant. Convertere, anima
mea, in requiem tuam; * quia
Dōminus benefecit tibi.

Ant. 8. G. Levavi.

Psalms 120.

Levavi oculos meos in mon-
tes, * unde veniet auxi-
lium mihi.

Auxilium meum à Dōmi-
no, * qui fecit caelum & tē-
ram.

Non det in commotionem
pedem tuum, * neque dormi-
tet qui custodit te.

Ecce non dormitabit ne-
que dormiet, * qui custodit
Israel.

Dōminus custodit te, Dō-
minus protectio tua * super
manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, *
neque luna per noctem.

Dōminus custodit te ab om-
ni malo: * custodiat animam
tuam Dōminus.

Dōminus custodiat intrōi-
tum tuum & exitum tuum, *
ex hoc nunc, & usque in se-
culum.

Ant. Levavi oculos meos in
montes: auxilium meum à
Dōmino.

Ant. 2. 2. Adiutorium no-
strum.

Psalms 123.

Nisi quia Dōminus erat in
nobis, dicat nunc I-
srael; * nisi quia Dōminus erat
in nobis,

Cum exúrgerent hómines
in nos, * forré vivos deglutis-
sent nos.

Cum iracerétur furor eó-
rum in nos, * fórsitan aqua
abforbuisset nos.

Torrentem pertransiuit áni-
ma nostra, * fórsitan pertransi-
isset ánima nostra aquam in-
tolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui
non dedit nos in captiónem
déntibus eórum.

Ánima nostra sicut passer
erepta est * de láqueo venán-
tium.

Láqueo contritus est : * &
nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nó-
mine Dómini, * qui fecit cœ-
lum & terram.

Ant. Adjutórium nostrum
in nómine Dómini, qui fecit
cœlum & terram.

Ant. 5. a. Magnificávit Dó-
minus.

Psalms 115.

IN convertendo Dóminus
captiuitátem Sion, * facti
sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio
os nostrum, * & lingua nostra
exultatióne.

Tunc dicent inrer gentes : *
Magnificávit Dóminus fácere
cum eis.

Magnificávit Dóminus fá-
cere nobiscum : * facti sumus
lætantes.

Converte, Dómine, capti-
uitátem nostram, * sicut tor-
rens in austro.

Qui séminant in lácrymis, *
in exultatióne merent.

Euntes ibant & flebant, *
mittentes sémina sua.

Venientes autem vénient
cum exultatióne, * portantes
manípulos suos.

Ant. Magnificávit Dóminus
fácere nobiscum : facti sumus
lætantes.

Ant. 6. F. Adhæreat.

Psalms 136.

Super flúmina Babylónis,
sillic sedimus, * & flévi-
mus, cum recordáremur Sion.

In falcibus in médio ejus, *
suspendimus órgana nostra ;

Quia illic interrogauerunt
nos, qui captivos duxerunt
nos, * verba captiónum ;

Et qui abduxerunt nos : *
Hymnum cantáte nobis de
cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánti-
ticum Dómini * in terra alié-
na ?

Si oblitus fuero tui, Jerúsá-
lem, * obliuioni detur dextera
mea.

Adhæreat lingua mea fauci-
bus meis * si non memínero tui,

Si non proposúero Jerúsá-
lem * in principio lætitiæ meæ.

Memor esto, Dómine, fi-
liórum Edom, * in die Jerú-
salem ;

Qui dicunt : Exinaníte, eri-
naníte * usque ad fundamen-
tum in ea.

Fília Babylónis mísera ; *
beátus qui retribuét tibi retri-
butionem tuam, quam retri-
buidisti nobis.

Beátus qui tenébit, * &
allidet párvulos tuos ad pe-
tram.

Ant. Adhæreat lingua mea
faucibus meis, si non propo-
súero Jerúsalem in principio
lætitiæ meæ.

Capitulum. 1. Petr. 1.

Nunc non videntes, creditis : credentes autem, exultabitis lætitiâ inenarrabili & glorificatâ ; reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

Hymnus.

Jactamur heu quot stictibus!
Spes una de cœlis nitet :
Illuc & ora tollimus,
Et mittimus suspîria.

Tu vota præcurris, Pater,
Magnamque protendis manû :
Jam fulca tanto robore
Surgit potens infirmitas.

Quæ læva nos premunt mala
Vinces, malis potentior :
Te nostra duræ sentiet
Mens servitutis vindicem.

Quin vile corpus, Filii
Fulgore donabis tui :
At illa venâlis patet
Multo labore glória.

Felix labor, quem récreas
Tam splendidâ rerum vice!
Fletu quis æternum brevi
Neget pacisci gaudium ?

Sit laus Patri, laus Filio ;
Utrumque qui nectis, Deus,
Utrique compar, sit tibi
Laus sempiterna, Spiritus.

Amen.

¶ Ad te, Dómine, clamávi
totâ die : Re. Lætifica animam
servi tui. *Pf.* 85.

Ad Magnificat. Ant. 5. C.
Magnificat ánima mea Dóminum,
& exultávit spîritus meus
in Deo salutári meo. *Luc.* 1.

Preces, si dicende sint, & Suffragia, habentur infrâ post Completorium Sabbati.

Oratio, quando propria non assignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

AD COMPLETORIUM.

¶. Convertite nos. ¶. Deus, in adiutorium.

Ant. 2. D. Justum.

Psalms 6.

Domine, ne in furóre tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Dómine, quóniam infirmus sum : * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde ; * sed tu, Dómine, úsquequod ?

Convertere, Dómine, & éripe animam meam : * saluum me fac propter misericórdiam tuam ;

Quóniam non est in morte, qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum, * lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus ; * inveterávi inter omnes inimicos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitatem ; * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam : * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur & erubescant valde velociter.

Psalms 7.

Domine Deus meus, in te sperávi : * saluum me fac ex ómnibus persequéntibus me, & libera me.

Nequando

Feriã tertiã ad Officiũ Noct. 49

Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Dómine Deus meus, si feci istud; * si est iniquitas in manibus meis;

Si reddidi retribuéntibus mihi mala, * decídám méritó ab inimicis meis inánis:

Persequátur inimicus animam meam, & comprehendar, & conculcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Dómine, in iram tua, * & exaltáre in finibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, * in præcepto quod mandasti.

Et synagóga populórum circumdabit te; * & propter hanc in altum regrédere.

Dóminus júdicat pópulos: * júdica me, Dómine, secundum justítiam meam, & secundum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum; * & diriges justum, scrutans corda & renes, Deus.

Justum adjutórium meum à Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Divisio Psalmi 7.

Deus júdex justus, fortis & pátiens, * nunquid iráscitur per singulos dies?

Nisi conversi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum tetendit, & parávit illú:

Et in eo parávit vasa mortis; * sagittas suas ardéntibus effécit.

Pars Hyemalis.

Ecce partúrit in justítiam; * concépit dolórem, & péperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effódit eum; * & incidit in sóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * & in vérticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitébor Dómino secundum justítiam ejus, * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Justum adjutórium meú à Dómino, qui salvos facit rectos corde. *Pf. 7.*

Hymnus, Capitulum, & breve, Antiphona ad Nunc dimittis. & Preces, quando dicuntur, habentur infra post Completorium Sabbati.

F E R I A T E R T I A .
A D O F F I C I U M N O C T .

Invitatorium. Pópulus Dómini, & oves manús ejus; * Veníte, adoremus.

Psalmus 94. Veníte. 2.
Hymnus.

Jubes: & in præceps aquis Repentè confluentibus, Prodit sub auras húmidis Exúta velis Arida.

Hanc tu colendam qui tuis; Pater, dedisti filiis; Quos orbis unus cóninet, Fac una jungat caritas.

Nunc exulámus; sed tuam Mox congregábis in domum Te Patre dignos, qui pio Amóre fratres vixerint.

At, qui malignis ártibus Linguisque lædunt próximum; A te repelles: hoc genus Cœlestis aula non capit.

En ipsa tellus improbos Dudum labórans sústinet,

C

Ardeatque non suæ jugo
Corruptionis éximi.

Adoptionem nos quoque
Efflagitáimus integram,
Cui nos sacráto Spíritus
Prædestinávit pignore.

Æterna laus & glória
Uni sit & trino Deo,
Diffúsa per quem córdibus
Fraterna regnat caritas.

Amen.

Ant. 7. d. Quis requiescet.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit
in tabernáculo tuo? *
aut quis requiescet in
monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine mácu-
la, * & operátur justitiam;

Qui loquitur veritatem in
corde suo; * qui non egit do-
lum in lingua sua;

Nec facit próximo suo ma-
lum, * & opprobrium non ac-
cepit adversus próximos suos.

Ad nihilum deductus est in
conspéctu ejus malignus; * ti-
mentes autem Dóminum glo-
rificat.

Qui jurat próximo suo, &
non désipit; * qui pecúniam
suam non dedit ad usúram, &
múnera super innocentem non
accepit.

Qui facit hæc, * non mo-
vébitur in æternum.

Psalmus 18.

Cæli enarrant glóriã Dei, *
& ópera manuum ejus
annúnciat firmamentum.

Dies diéi erudit verbum, *
& nox nocti indicat scién-
tiam.

Non sunt loquélæ, neque
sermões, * quorum non au-
diantur voces eórum.

In omnem terram exiit so-
nus eórum, & in fines orbis
terræ verba eórum: * in sole
pósuit tabernáculum suum;

Et ipse tanquam sponsus
procédens de thálamo suo, *
exultávit ut gigas ad curren-
dam viam.

A summo cælo egréssio
ejus, & occursum ejusque ad
summum ejus: * nec est qui se
abscondat à calore ejus.

Divisio Psalmi 18.

Lex Dómini immaculata,
convertens ánimas: * te-
stimónium Dómini fidele, sa-
piéntiam præstans párvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, læ-
tificantes corda: * præceptum
Dómini lúcidum, illúminans
óculos.

Timor Dómini sanctus, pér-
manens in séculum séculi: *
iudicia Dómini vera, justifi-
cata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum
& lápidem pretiósum mul-
tum, * & dulcióra super mel
& favum.

Etenim servus tuus custódit
ea: * in custodiendis illis re-
tribúto multa.

Delicta quis intelligit? * ab
occultis meis munda me, &
ab aliénis parce servo tuo.

Sí mei non fuerint dominá-
ti, * tunc immaculátus ero,
& emundabor à delicto má-
ximo.

Et erunt ut compláceant
elóquia oris mei, * & medi-
tatio cordis mei in conspéctu
tuo semper.

Dómine, adjutor meus, *
& redemptor meus.

Ant. Quis requiescet in

Feriâ tertiâ ad Officium Noct.

31

monte sancto tuo, Dómine? & ánimas páuperum salvas faci-

Pf. 14.

An. 5. a. Non proponé-
bam.

Psalms 71.

DEus, iudícium tuum regi da, * & iustítiam tuam filio regis:

Judicáre pópulum tuum in iustítia, * & páuperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem pópulo: * & colles iustítiam:

Judicábit páuperes pópuli, & salvos faciet filios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole & auro lunam, * in generatióne & generatióne.

Descendet sicut plúvia in vellus, * & sicut stillicidia stillántia super terram.

Orscétur in diebus ejus iustítia, & abundantia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari usque ad mare, * & à flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Ethíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Diviso Psalmi 71.

REges Tharsis & insulæ múnera offerent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes sérvient ei;

Quia liberábit páuperem à potente, * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & inopi; *

& ánimas páuperum salvas faciet.

Ex usúris & iniquitate rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiz, & adorábunt de ipso semper: * totâ die benedícet ei.

Et erit firmamentum in terra in summis móntium, superextóllétur super Libanum fructus ejus; * & florébunt de civitate sicut fennum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in scécula: * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Ísrael, * qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in æternum; * & replébitur majestáte ejus. omnis terra: fiat, fiat.

Psalms 100.

Misericórdiam & judiciú * cantábo tibi; Dómine.

Psallem, & intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domús meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injustam: * facientes prævaricatiónes odívi.

Non adhæsit míhi cor pravum: * declinantem à me malignum non cognoscébam.

Detrahentem secretó próximo suo, * hunc persequébar. Superbo óculo, & insatiá-

C ij

bili corde , * cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ , ut ſedentur mecum : * ambulans in via immaculata , hic mihi miniſtrábat.

Non habitábit in medio domus meæ , qui facit superbiam : * qui loquitur iniqua , non direxit in conſpectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ , * ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Ant. Non proponēbam ante oculos meos rem injuſtam : detrahentem ſecreto próximo ſuo , hunc perſequēbar. *Pſ.* 100.

Ant. 6. F. Adjúvit.

Pſalmus 106.

Conſitémini Dómino , quóniam bonus , * quóniam in ſeculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redempti ſunt à Dómino , * quos redēmit de manu inimici ;

Et de regiónibus congregávit eos , * à ſolis ortu & occáſu , ab aquilone & mari.

Erravérunt in ſolitúdine , in inaquóſo : * viam civitátis habitáculi non invenerunt.

Eſurientes , & ſitientes ; * ánima eorum in ipsis deſecit.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam , * ut irent in civitatem habitatiónis.

Conſiteantur Dómino miſe-

ricórdia ejus , * & mirabilia ejus filiis hominum ;

Quia ſatiávit ánimam inánem , * & ánimam eſurientem ſatiávit bonis.

Sedentes in ténébris & umbra mortis , * vinctos in mendicitate & ferro ;

Quia exacerbavérunt eloquia Dei , * & conſilium Altissimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in laboribus cor eorum : * infirmati ſunt , nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitatibus eorum liberávit eos.

Et eduxit eos de ténébris & umbrá mortis , * & vincula eorum diſrupit.

Diviſio Pſalmi 106.

Conſiteantur Dómino miſericórdia ejus , * & mirabilia ejus filiis hominum ;

Quia contrivit portas æreas : * & vectes férreos confrégit.

Suſcepit eos de via iniquitatis eorum : * propter iniquitatis enim ſuas humiliati ſunt.

Omnem eſcam abominata eſt ánima eorum ; * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitatibus eorum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum , & ſanávit eos ; * & eripuit eos de interitióibus eorum.

Conſiteantur Dómino miſericórdia ejus , * & mirabilia ejus filiis hominum.

Et ſacrificent ſacrificium

laudis, * & annúncient ópera
ejus in exultatióne.

Qui descendunt mare in ná-
vibus, * facientes operatióne
in aquis multis;

Ipsi vidérunt ópera Dómi-
ni, * & mirabilia ejus in pro-
fundo.

Dixit: & stetit spíritus pro-
cellæ; * & exaltáti sunt fluctus
ejus.

Ascendunt usque ad cœlos,
& descendunt usque ad abys-
sos; * ánima eórum in malis
tabescébat.

Turbáti sunt, & moti sunt
sicut ébrius; * & omnis sapién-
tia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dómi-
num, cum tribularentur; * &
de necessitatibus eórum eduxit
eos.

Et státuit procellam ejus in
auram, * & siluérunt fluctus
ejus.

Et lætáti sunt quia silu-
erunt: * & deduxit eos in por-
tum voluntátis eórum.

Alterá Divisio Psalmi 106.

Confiteantur Dómino mi-
sericórdiæ ejus, * & mi-
rabília ejus filiis hóminum.

Et exaltem eum in ecclésia
plebis, * & in cathedra senió-
rum laudent eum.

Pósuit flúmina in desertum,*
& éxitus aquárum in sitim:

Terram fructíferam in salú-
ginem, * à malitia inhabitán-
tium in ea.

Pósuit desertum in stagna
aquárum, * & terram sine
aqua in éxitus aquárum;

Et collocávit illic esurien-
tes: * & constituérunt civitá-
tem habitatiónis;

Et seminavérunt agros, &
plantavérunt vineas; * & fecé-
runt fructum nativitatís.

Et benedixit eis, & multi-
plicáti sunt nimis; * & jumen-
ta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt, * & ve-
xáti sunt à tribulatióne maló-
rum & dolore.

Effúsa est contéptio super
príncipes; * & erráre fecit eos
in invio, & non in via.

Et adjúvit páuperem de inó-
pia, * & pósuit sicut oves fam-
ílias.

Vidébunt recti, & lætabun-
tur; * & omnis iniquitas opp-
lábit os suum.

Quis sapiens, & custódiét
hæc? * & intélliget miséricór-
dias Dómini?

Ant. Adjúvit Dóminus páu-
perem de inópia: vidébunt
recti, & lætabuntur.

✠. Exortum est in ténebris
lumen rectis: *R.* Miséricors, &
miserátor & justus. *Pf.* 111.

Pater noster.

✠. *Sacerd.* Magnificáte Dó-
minum necum, *R.* Et exal-
témus nomen ejus in idipsum.
Pf. 33.

A · D · L A U D E S.

Ant. 4. *D.* Qui non accépit.
Psalmus 23.

Dominus est terra, &
plenitúdo ejus: * or-
bis terrárum, & uni-
versi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fun-
dávit eum, * & super flúmina
præparávit eum.

Quis ascendet in montem
Dómini? * aut quis stabit in
loco sancto ejus?

Innocens mánibus &

do corde, * qui non accepit
in vano animam suam, nec
jurávit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem
à Dómino, * & misericórdiam
à Deo salutári suo.

Hæc est generatio quæren-
tium eum, * quærentium fá-
ciem Dei Jacob.

Attóllite portas principes
vestras; & elevámini, portæ
æternáles: * & introibit Rex
glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus fortis & potens, Dó-
minus potens in prælió.

Attóllite portas principes
vestras; & elevámini, portæ
æternáles: * & introibit Rex
glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus virtutum ipse est Rex
glóriæ.

Ans. Qui non accepit in va-
no animam suam, nec jurávit
in dolo próximo suo, hic ac-
cipiet benedictionem à Dó-
míno.

Ans. 5. a. Audiam.

Psalmus 84.

Benedixisti, Dómine, ter-
ram tuam, * avertisti ca-
ptivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis
tuæ, * operuisti ómnia pec-
cáta eórum.

Mitigasti omnem iram tuá, *
avertisti ab ira indignationis
tuæ.

Converte nos, Deus salu-
táris noster, * & averte iram
tuam à nobis.

Numquid in æternum iras-
ceris nobis? * aut extendes
iram tuam à generatione in
generationem?

Deus, tu conversus vivifi-
cabis nos; * & plebs tua la-
tábitur in te.

Ostende nobis, Dómine,
misericórdiam tuam, * & salu-
táre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in
me Dóminus Deus; * quón-
iam loquétur pacem in ple-
bem suam,

Et super sanctos suos, * &
in eos qui convertuntur ad cor.

Veruntamen prope timen-
tes eum salutáre ipsius, * ut
inhábitet glória in terra no-
stra.

Misericórdia & veritas ob-
viáverunt sibi: * iustitia & pax
osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est, *
& iustitia de celo prosperit.

Etenim Dóminus dabit be-
nignitatem; * & terra nostra
dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulá-
bit, * & ponet in via gressus
suos.

Ans. Audiam quid loquátur
in me Dóminus Deus; quón-
iam loquétur pacem in ple-
bem suam, & saper sanctos
suos.

Ans. 3. a. Qui diligitis.

Psalmus 96.

Dominus regnávít, exul-
tet terra, * lætentur in-
sulæ multæ.

Nubes & caligo in circuli-
tu ejus: * iustitia & iudicium
corrèctio sedis ejus,

Ignis ante ipsum præcé-
det, * & inflammábit in cir-
cútu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi
terræ: * vidit, & commóta
est terra,

Montes sicut cera fluxerunt & convoluta est à me, * quasi à facie Dómini; * à facie Dómini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus; * & viderunt omnes populi glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, * & qui gloriantur in simulâeris suis.

Adorate eum, * omnes Angeli ejus.

Audivit, & lætata est Sion: * & exultaverunt filie Judæ propter judícia tua, Dómine;

Quóniam tu Dóminus altissimus super omnem terram: * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum: * custodit Dóminus ánimas sanctorum suorum; de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * & relictis corde lætitia.

Lætámini, justí, in Dómino, * & confitémini memorie sanctificatiónis ejus.

Ant. Qui diligitis Dóminum, odite malum: custodit Dóminus ánimas sanctorum suorum.

Ant. 7. d. Vivens.

In Feriis, Canticum Ezechie.

If. 38.

Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi: * quæsi vi residuum annorum meorum.

Dixi: Non videbo Dóminum Deum in terra viventium: * non aspiciam hominem ultrá, & habitárem quietis.

Generatio mea ablata est,

& convoluta est à me, * quasi à facie Dómini; * à facie Dómini omnis terra.

Præcisâ est, velut à texente, vita mea; dum adhuc ordiret, succidit me: * de mane usque ad vespèram finies me.

Sperabam usque ad mane; quasi leo sic contrivit ómnia ossa mea: * de mane usque ad vespèram finies me.

Sicut pullus hirúdinis sic clamábo, * meditabor ut columba.

Attenuati sunt óculi mei, suspicientes in excelsum: * Dómine, vim pátiór, responde pro me.

Quid dicam, aut quid respondebit mihi, * cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi ómnes annos meos * in amaritudiné animæ meæ.

Dómine, si sic vivitur, & in talibus vita spíritus mei, * corripies me, & vivificabis me.

Ecce in pace amaritúdo mea amaríssima: * tu autem eruisti ánimam meam, ut non periret.

Projecisti post tergum tuum * ómnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Dómine, salvum me fac; * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Dómini.

Ant. Vivens, vivens ipse
constitèbitur tibi, Dómine :
pater filiis notam faciet verita-
tem tuam.

[*In Festis, Canticum.*

Eccli. 36.

Miserere nostri, Deus óm-
nium, & respice nos, *
& ostende nobis lucem mise-
rationum tuarum.

Et immitte timorem tuum
super gentes quæ non exquisie-
runt te ; * ut cognoscant quia
non est Deus, nisi tu, & enar-
rent magnalia tua.

Alleva manum tuam super
gentes aliénas, * ut videant
poténtiam tuam.

Sicut enim in conspectu eó-
rum sanctificatus es in nobis, *
sic in conspectu nostro magni-
ficaberis in eis ;

Ut cognoscant te, * sicut
& nos cognovimus quóniam
non est Deus præter te, Dó-
mine.

Innova signa, & immuta
mirabilia : * glorifica manum,
& bráchium dextrum.

Excita furórem, & effunde
iram : * tolle adversarium, &
afflige inimicum.

Festina tempus, & memen-
to finis, * ut enarrent mirabi-
lia tua.

In ira flammæ devorétur
qui salvátur ; * & qui péssi-
mant plebem tuam, invéniant
perditionem.

Contere caput príncipum
inimicórum, * dicéntium :
Non est álius præter nos.

Congrega omnes tribus Ja-
cob, * ut cognoscant quia non
est Deus, nisi tu, & enarrent
magnalia tua ;

Et hæreditabis eos, * sicut
ab initio.

Miserere plebi tuæ super
quam invocatum est nomen
tuum, * & Israel quem coæ-
quasti primogénito tuo.

Miserere civitati sanctifica-
tionis tuæ Jerúsalem, * civitati
requiæ tuæ.

Reple Sion inenarrabilibus
verbis tuis, * & gloriá tuá
pópulum tuum.]

Ant. 1. D. Laudáte.

Psalms 150.

Laudáte Dóminum in san-
ctis ejus : * laudáte eum
in firmamento virtutis ejus.

Laudáte eum in virtutibus
ejus : * laudáte eum secun-
dum multitudinem magnitú-
dinis ejus.

Laudáte eum in sono tu-
bæ : * laudáte eum in psalté-
rio & cithara.

Laudáte eum in tympano
& choro : * laudáte eum in
chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis
benefonántibus ; laudáte eum
in cymbalis jubilationis : * om-
nis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminum in
sanctis ejus : laudáte eum se-
cundum multitudinem magni-
túdinis ejus.

Capitulum. 1. Joan. 2.

Mandatum novum scribo
vobis, quod verum est
& in Christo, & in vobis ;
quia tenebræ transierunt, &
verum lumen jam lucet. Qui
dicit se in luce esse, & fratrem
suum odit, in ténébris est us-
que adhuc. Qui diligit fratrem
suum, in lumine manet, &
scándalum in eo non est.

Hymnus.

TE principē summo, Deus,
Jubes amore diligi:
Tibi secundum prótinus
Jubes amári proximum.
Amóre fundátam tuo
Communióne respice,
Quá corpus unum plúrimi,
Unum cor, una mens sumus.

Illam fides & véritas
Amábili stipant choro:
Oblíquus hinc livor procul
Et litis ardor exulant.

Tu, pacis auctor, mútuos
Astringe nexus: da, Pater,
Gaudére fratrum gáudiis,
Da condolére stétibus.

Eterna laus & glória
Uni sit & trino Deo,
Qui moris unus sacrá.
Nos pacis in domo locat.

Amen.

¶ Deus in médio civitá-
tis suæ; non commovébitur:
& Adjuvábít eam mane dilú-
culo. *Pf. 45.*

Ad Benedictus. Ant. 7. a.
Erexit Dóminus cornu salú-
tis nobis in domo David púeri
sui, sicut locútus est per os
sanctorum. *Luc. 1.*

A D P R I M A M.

Ant. 1. D. Cum mihi.

Psalms 34.

Júdica, Dómine, nocen-
tes me: * expugna impu-
gnantes me.

Apprehende arma & scu-
tum, * & exurge in adjutó-
rium mihi.

Effunde frámeam, & con-
cide adversus eos qui per-
sequuntur me; * dic ánimis
meis: Salsus tua ego sum.

Confundantur & reverean-
tur * quærentes ánimam meá.

Avertantur retrorsum, * &
confundantur cogitantes mihi
mala.

Fiant tamquam pulvis ante
faciem venti, * & ángelus Dó-
mini coarctans eos.

Fiat via illórum ténébræ &
lúbricum, * & ángelus Dó-
mini persequens eos;

Quóntam gratis abscondé-
runt mihi intéritum láquei
sui, * supervacúe exprobravé-
runt ánimam meam.

Veniat illi láqueus quem
ignórat; & cáptio quam ab-
scondit, apprehendat eum; * &
in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultá-
bit in Dómino, * & delectá-
bitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: *
Dómine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu
fortiórum ejus, * egénium &
páuperem à diripéntibus eum.

Divisio Psalmi 34.

Surgentes testes iníqui, *
Squæ ignorábam interrogá-
bant me.

Retribuébant mihi mala pro
bonis, * sterilitátem ánimæ
meæ.

Ego autem, cùm mihi mo-
lesti essent, * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio áni-
mam meam, * & orátio mea
in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, & quasi
fratrem nostrum, sic compla-
cébam: * quasi lugens & con-
tristárus, sic humiliábam.

Et adversum me lætáti sunt,
& convenérunt: * congregáta
sunt super me flagella, & igno-
rávi.

Dispáti sunt, nec compun-

cti; tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: * frenderunt super me dentibus suis.

Dómine, quando respicias? * restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna: * in populo gravi laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique, * qui odérant me gratis, & annuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacificè loquebantur; * & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilaraverunt super me os suum; * dixerunt: Euge, euge, vidérunt óculi nostri.

Vidisti, Dómine, ne stiles: * Dómine, ne discedas à me.

Altera Divisio Psalmi 34.

EXurge, & intende iudicio meo, * Deus meus & Dóminus meus; in causam meam.

Júdica me secundum iustitiam tuam, Dómine Deus meus; * & non supergaudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, animæ nostræ; * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubescant & revereantur simul, * qui grandævitiis malis meis.

Induuntur confusione & reverentia, * qui magna loquuntur super me.

Exultent & lætentur qui vo-

lunt iustitiam meam; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur iustitiam tuam, * totá die laudem tuam.

Ant. Cum mihi molesti essent, quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam.

A D T E R T I A M.

Ant. 1. f. Cum impiis non sedébo.

Psalmus 25.

Júdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingressus sum; * & in Dómino sperans, non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me: * ure renes meos & cor meum;

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est, * & complácuti in veritate tua.

Non sedi cum conellio vanitátis, * & cum iniqua geréntibus non introibo.

Odívi ecclesiám malignantium, * & cum impiis non sedébo.

Lavábo inter innocentes manus meas, * & circumdabo altáre tuum, Dómine;

Ut áudiam vocem laudis, * & enarrem univérsa mirabília tua.

Dómine, dilasi decórem domús tuæ, * & locum habitatiónis glórie tuæ.

Ne perdas cura impiis; Deus, animam meam, * & cum viris sanguinum vitam meam;

In quorum animabus iniqui-

tates sunt : * dextera eorum repleta est munericibus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum : * redime me , & miserere mei.

Pes meus stetit in directo : * in ecclesiis benedicam te , Domine.

Psalmus 49.

Deus deorum Dominus locutus est ; * & vocavit terram à solis ortu usque ad occalum.

Ex Sion * species decoris ejus.

Deus manifestè veniet ; * Deus noster , & non silébit.

Ignis in conspectu ejus exardescet , * & in circuitu ejus tempestas válida.

Advocabit cælum defursum , & terram , * discernet populum suum.

Congregate illi sanctos ejus , * qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

Et annuntiabunt cœli justitiam ejus , * quoniam Deus judex est.

Audi , populus meus , & loquar ; Israel , & testificabor tibi : * Deus , Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te ; * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos , * neque de gregibus tuis hircos ;

Quoniam mez sunt omnes fere sylvarum , * jumenta in montibus & hoves.

Cognovi omnia volatilia cœli ; * & pleritudo agri mecum est.

Si esuriero , non dicā tibi ; * meus est enim orbis terræ , & plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum ? * aut sanguinem hircorum potabo ?

Immola Deo sacrificiū laudis , * & redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis ; * eruam te , & honorificabis me.

Diviso Psalmi 49.

Peccatori autem dixit Deus : * Quare tu enarras justitias meas , & assumis testamentum meum per os tuum ?

Tu verò odisti disciplinam , * & projecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem , currebas cum eo , * & cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundavit malitia , * & lingua tua concinnabat dolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebaris , & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum : * hæc fecisti , & taciui.

Existimasti iniquè , quod ero tui similis : * arguam te , & statuat contra faciem tuam.

Intelligite hæc , qui obliviscimini Deum ; * nequando rapiat , & non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me ; * & illic iter , quod ostendam illi salutare Dei.

Ant. Cum impiis non sedebit : inter innocentes circumdabo altare tuum , Domine. *Pf.* 25.

Capitulum. Eccli. 35.
Sacrificium salutare est at-
 tendere mandatis & dis-
 cedere ab omni iniquitate : &
 propitiatióem litare sacrificii
 super iniustitias, & deprecatio
 pro peccatis, recedere ab in-
 iustitia.

R. br. Quis ascendet in mon-
 tem Dómini, * Stabit in loco
 sancto ejus ? Quis ascendet.
 ¶ Innocens manibus, * &
 mundo corde, * Stabit in loco
 sancto ejus. Glória Patri. Quis
 ascendet. *Pf.* 23.

¶ Congregáte Dómino san-
 ctos ejus. *R.* Qui ordinant
 testamentum ejus super sacri-
 ficia. *Pf.* 49.

A D S E X T A M.

Ant. 4. c. Iustus.

Psalms 36.

Noli emulari in mali-
 gnantibus, * neque
 zelaveris facientes ini-
 quitatem.

Quóniam tamquam fenum
 velociter arescent, * & quem-
 admodum ólera herbárum cito
 decident.

Spera in Dómino, & fac bo-
 nitatem; * & inhábita terram,
 & pascéris in divitiis ejus.

Delectáre in Dómino, * &
 dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam,
 & spera in eo; * & ipse faciet.

Et edúcet quasi lumen justí-
 tiam tuam, & júdicium tuum
 tanquam meridíem : * súb-
 ditus esto Dómino, & ora
 eum.

Noli emulari in eo qui pro-
 sperátur in via sua, * in hómine
 faciente iniustitias.

Desine ab ira, & derelin-

que furórem : * noli emulari,
 ut maligneris ;

Quóniam qui malignantur,
 exterminabuntur : * sustinentes
 autem Dóminum, ipsi hære-
 ditábunt terram.

Et adhuc pusillum, & non
 erit peccátor ; * & quæres lo-
 cum ejus, & non invénies.

Manuétí autem hæreditá-
 bunt terram, * & delectabun-
 tur in multitudine pacis.

Observábit peccátor justum,
 * & stridébit super eum dénti-
 bus suis.

Dóminus autem irridébit
 eum ; * quóniam prospicit
 quodd véniet dies ejus.

Gládium evagináverunt pec-
 cátóres ; * intenderunt arcum
 suum ;

Ut deficiant páuperem &
 inopem, * ut trucident rectos
 corde.

Gládus eórum intret in
 córda ipsórum, * & arcus eó-
 rum confringatur.

Mélius est módicum iusto, *
 super divitias peccatórum mul-
 tas ;

Quóniam bráchia peccató-
 rum conterentur : * confirmat
 autem justos Dóminus.

Divisio Psalmi 36.

Novit Dóminus dies im-
 maculatórum ; * & hære-
 ditas eórum in æternum erit.

Non confundentur in témpo-
 re malo, & in diebus famis
 saturabuntur ; * quia peccató-
 res peribunt.

Inimíci veró Dómini, mox
 ut honorificáti fuerint & exal-
 tati, * deficientes, quemad-
 modum fumus, deficiunt.

Mutuábitur peccátor, &

non solvet; * justus autem miseretur, & tribuet.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram; * maledicentes autem ei disperibunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigentur, * & viam ejus volet.

Cum ceciderit, non collidetur; * quia Dóminus supponit manum suam.

Júnior fui, etenim senui; * & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.

Totã die miseretur, & commodat; * & semen illius in benedictiõne erit.

Declina à malo, & fac bonum; * & inhabitabit in sæculum sæculi.

Quia Dóminus amat judicium, & non derelinquet sanctos suos: * in æternum conservabuntur.

Injusti punientur; * & semen impiórum peribit.

Justi autem hæreditabunt terram, * & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.

Altera divisiõ Psalmi 36.

OS justii meditabitur sapientiam, * & lingua ejus loquetur judicium.

Lex Dei ejus in corde ipsius; * & non supplantabuntur gressus ejus.

Considerat peccator justum, * & querit mortificare eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in manibus ejus, * nec damnabit eum, cum judicabitur illi.

Expecta Dóminum, & custodi viam ejus; & exaltabit te, ut hæreditate capias terram: * cum perlerint peccatores, videbis.

Vidi impium superexaltatum, * & elevatum sicut cedros Libani.

Et transivi, & ecce non erat; * & quæsi eum, & non est inventus locus ejus.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem; * quoniam sunt reliquæ hómini pacifico.

Injusti autem disperibunt simul; * reliquæ impiórum interibunt.

Salus autem justórum à Dómino; * & protector eórum in tempore tribulationis.

Et adjuvabit eos Dóminus, & liberabit eos; * & eruet eos à peccatóribus, & salvabit eos, quia speraverunt in eo.

Ans. Justus totã die miseretur, & commodat; & semen illius in benedictiõne erit.

Capitulum. 1. Joan. 3.

QUI habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo? Filii mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

R. br. Jucundus homo * Qui miseretur, & commodat. Jucundus. *Ps.* In æternum * non commovebitur, * Qui miseretur. Glória Patri. Jucundus.

Ps. Disperfit, dedit pauperibus: *R.* Justitia ejus manet in sæculum sæculi. *Ps.* 111.

A D N O N A M.

Ans. 7. b. Pro eo.

Psalmus 108.

DEUS, laudem meam ne tacueris; * quia os peccatóris, & os dolosum super me apertum est.

vestimenti ejus : * sicut ros Hermon , qui descendit in montem Sion ,

Quóniam illic mandavit Dóminus benedictiónem , * & vitam usque in séculum.

Ant. Quàm bonum , & quàm jucundum habitâre fratres in unum !

Ant. 8. G. In misericórdia.

Psalms 140.

Domine , clamâvi ad te , exaudi me ; * intende voci meæ , cum clamâvero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : * elevatio mânuum meârûm , sacrificium vespertinum.

Pone , Dómine , custódiam ori meo , * & óstium circumfrántiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ , * ad excusandas excusationes in peccatis , Cum homínibus operántibus iniquitatem ; * & non comunicábo cum electis eórum.

Corripiet me justus in misericórdia , & increpábit me : * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum ;

Quóniam adhuc & oratio mea * in beneplácitis eórum.

Absorpei sunt juncti petræ iudices eórum : * audient verba mea , quóniam potuerunt.

Sicut crassitudo terræ erupta est super terram , * dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

Quia ad te , Dómine , Dómine , óculi mei ; * in te sperávi , non auferas animam meam.

Custódi me à láqueo quem statuerunt mihi , * & à scân-

dalis operántium iniquitatem : Cadent in retículo ejus peccatóres : * singulariter sum ego , donec transeam.

Ant. In misericórdia justus increpábit me : óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Ant. 6. F. Me expectant justí.

Psalms 141.

Voce meâ ad Dóminum clamâvi ; * voce meâ ad Dóminum deprecátus sum.

Essando in conspectu ejus orationem meam , * & tribulationem meam ante ipsum pronúntio ,

In deficiendo ex me spíritum meum ; * & tu cognovisti sémitas meas.

In via hac quâ ambulábâ , * absconderunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram , & vidébam ; * & non erat qui cognósceret me.

Périt fuga à me , * & non est qui requirat animâ meam.

Clamâvi ad te , Dómine : * dixi , Tu es spes mea , pórtio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam ; * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me à persecúentibus me , * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia animam meam , ad consistendum nómini tuo : * me expectant justí , donec retribuas mihi.

Ant. Me expectant justí , donec retribuas mihi , Dómine.

Capitulum. 1. Cor. 12.

Si quid páctur unum membrum , compatiuntur ómnia membra ; sive gloriátur

unum membrum, congaudent
omnia membra: vos autem
estis corpus Christi, & mem-
bra de membro.

Hymnus.

O Quàm juvat fratres,
Deus,

Unum quibus Christus caput
Vitale robur sufficit,
Uno moveri spiritu!

Quàm dulce laudes dicere
Unâ tibi cunctos domo,
Precumque ceu factâ manu,
Inferre vim gratiam tibi!

Hanc quisque diligit domum;
Hanc pace concors recreet:
Vix dira qui spargit malus
Diffensionum semina.

Sed damna cedunt in lucrum
Te, Christe, diligentibus:
Augent coronas praelia;
Profuntque, dum nocent,
mali.

Vox blanda sævit tristitibus,
Dum pectus incautum subit,
Lapsuque cæco dulcibus
Laudum venenis inficit.

Præsta, beata Trinitas,
Ut caritate mutuâ
Prosimus alter alteri,
Regnemus & polo simul.

Amen.

Y. In Dômino laudabitur
anima mea: R. Audiant man-
sueti, & lætentur. *Pf.* 33.

Ad Magnif. Ant. 8. G. Re-
spexit Deus humilitatē ancillæ
suz: ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. *Luc.* 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 7. ç. Tu remisisti.

Psalms 12.

Usquequò, Dômine,
oblivisceris me in fi-
nem! * usquequò aver-
tus faciem tuam à me?

Quâmdiu ponam consilia in
anima mea, * dolorem in cor-
de meo per diem?

Usquequò exaltabitur ini-
micus meus super me? * ré-
spice, & exaudi me, Dômine
Deus meus.

Illumina oculos meos, ne
unquam obdormiam in mor-
te; * nequando dicat inimicus
meus: Prævalui adversus
eum.

Qui tribulant me, exultá-
bunt si motus fuero; * ego au-
tem in misericórdia tua sperá-
vi.

Exultabit cor meum in sa-
lutari tuo: * cantabo Dômi-
no qui bona tribuit mihi, &
psallam nómini Dômini al-
tissimi.

Psalms 31.

Beatí quorum remissæ sunt
iniquitates, * & quorum
tecta sunt peccata.

Beátus vir cui non imputá-
vit Dôminus peccatum; * nec
est in spiritu ejus dolus.

Quóniam tãcui, invetera-
verunt ossa mea, * dum cla-
márem totâ die.

Quóniam die ac nocte gra-
vata est super me manus tua: *
conversus sum in ærumna mea,
dum configitur spina.

Delictum meum cõgnitum
tibi feci, * & injustitiam meam
non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum
me injustitiam meam Dômi-
no; * & tu remisisti impietá-
tem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis
sanctus * in tempore oppor-
tuno.

Verúm tamen in dilúvio

aquarum multarum, * ad eum non appropinquabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me : * exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quæ gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In campo & fræno maxillarum eorum constringe, * qui non appropinquant ad te.

Multa flagella peccatoris ; * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate, iusti ; * & gloriâmini, omnes recti corde.

Psalmus 78.

DEUS, venerunt gentes in hereditatem tuam, pollutuerunt templum sanctum tuum, * posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli, * carnes sanctorum tuorum bestis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem ; * & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris ; * subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequò, Domine, irasceris in finem ; * accendetur velut ignis zelus tuus ?

Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocaverunt ;

Quia comederunt Jacob, * & locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : * cito anticipent nos misericordiarum tuarum, quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster ; * & propter gloriam nominis tui, Dñe, libera nos !

Et propitius esto peccatis nostris * propter nomen tuum ;

Ne forte dicant in gentibus : * Ubi est Deus eorum ?

Et innotescat in nationibus coram oculis nostris * ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.

Intróeat in conspectu tuo * gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachii tui, * posside filios mortificatorum ;

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum improprium ipsorum, * quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuarum tuarum, * constebimur tibi in seculum.

In generationem & generationem * annuntiabimus laudem tuam.

Ant. Tu remisisti impietatem peccati mei : pro hac orabit ad te omnis sanctus. *Pf.* 31. **F E R I A Q U A R T A .**

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Non repellet Dominus plebem suam ; * Venite, adoremus.

Psalmus 94. Venite. 2.

Hymnus.

MIrâmur, ó Deus, tuarum Recens opus potentiarum, Quæ scripta scintillantibus

Refidet astrorum globis.

Ut sol dièi, cándida
Sic luna nocti præsidet.
Exércitu totum novo
Discríminant stellæ polum.

At ipse, cœlorum decus,
Sol novit occásus suos:
Sunt certa lunæ témpora,
Starique lapsus siderum.

Jugi rotata túrbine
Furantur & reddunt diem:
Tu semper idem, néscius
Mortálium spem fallere.

Turbata quid mens fluctuet?
Curâ paternâ nos regis:
Æterna si cordi salus,
Æterna nos salus manet.

Suprema laus & glória
Uni sit & trino Deo,
Suo repóni qui jubet
Curas & angóres sinu. Amen.

Ant. 3. d. Sperent in te.

Psalms 9.

Consitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * narrábo ómnia mirabilia tua.

Lætabor & exultábo in te: * psallam nómini tuo, Altíssime,

In convertendo inimicum meum retrorsum: * infirmabuntur, & peribunt à fácie tua.

Quóniam fecisti iudícium meum & causam meam; * sedisti super thronum, qui iudicás iustitiam.

Increpasti gentes, & périit impius: * nomen eórum delécti in æternum, & in séculum séculi.

Inimíci defecerunt frámeæ in finem, * & civitatés eórum destruxisti.

Périit memória eórum cum sónitu; * & Dóminus in æternum permanet.

Parávit in iudício thronum suum; * & ipse iudicábit orbem terræ in æquitáte, iudicábit pópulos in iustítia.

Et factus est Dóminus refúgium páuperi; * adjútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et sperent in te, qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine.

Plállite Dómino qui hábitat in Sion: * annuntiáte inter gentes stúdia ejus;

Quóniam requirens sánguinem, eórum recordárus est; * non est oblitus clamórem páuperum.

Diviso Psalmi 9.

Miserere mei, Dómine: * vide humilitátem meam de inimicis meis,

Qui exaltas me de portis mortis; * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis filiz Sion.

Exultábo in salutári tuo: * infixæ sunt gentes in intérita quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt, * comprehensus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus iudícia faciens: * in opéribus mánuum suárum comprehensus est peccátor.

Convertantur peccátóres in infernum, * omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.

Quóniam non in finē oblitio erit páuperis: * paciéntia páuperum non peribit in finē.

Exurge, Dómine; non confortétur homo: * iudicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue, Dómine, legislatórem super eos; * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Altera divisio Psalmi 9.

UT quid, Dómine, recessisti longè? * despicias in oppportunitatibus, in tribulatione?

Dum superbit impius, inceditur pauper: * comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Quóniam laudátur peccátor in desideriiis ánimæ suæ, * & iniquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor; * secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspectu ejus; * inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

Auferuntur júdicia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo: * Non movébor à generatióne in generatióne sine malo.

Cujus maledictiône os plenum est, & amaritúdine, & dolo: * sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insidiis cum divitiibus in occultis, * ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in páuperem respiciunt: * insidiátur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiátur ut rápiat páuperem; * rápere páuperem, dum attrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum: * inclinábit se, & cadet, cum dominátus fuerit páuperum.

Dixit enim in corde suo:

Oblitus est Deus; * avertit faciem suâ, ne videat in finem.

Exurge, Dómine Deus; exaltétur manus tua: * ne obliviscáris páuperum.

Propter quid irritávit impius Deum? * dixit enim in corde suo: Non requireret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consideras, * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper: * órphano tu eris adjutor.

Cóntere bráchium peccátoris & maligni: * quæretur peccátum illius, & non inveniétur.

Dóminus regnábít in æternū, & in séculum séculi: * peribitis, gentes, de terra illius.

Desiderium páuperum exaudivit Dóminus: * præparatióne cordis eórum audivit auris tua;

Judicáre pupillo & húmili, * ut non appónat ultrá magnificáre se homo super terram.

Ant. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum; quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine.

Ant. 8. G. Filii.

Psalmus 77.

Atténdite, pópule meus, legem meam; * inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Apéram in parábolis os meum; * loquar propositiões ab initio.

Quanta audívimus, & cognóvimus ea; * & patres nostri narráverunt nobis.

Non sunt occultáta à filiis eórum * in generatióne áliera:

Narrantes laudes Dómini,
& virtutes ejus, * & mirabilia
ejus quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in
Jacob; * & legem pòsuit in
Israel.

Quanta mandávit pátribus
nostris, nota fácere ea filiis
suis, * ut cognoscat generatio
áltera.

Filii qui nascentur, & exur-
gent, * & narrábunt filiis suis;

Ut ponant in Deo spem
suam, & non obliviscantur
óperum Dei, * & mandáta
ejus exquirant;

Ne fiant sicut patres eó-
rum, * generatio prava &
erásperans:

Generatio quæ non direxit
cor suum, * & non est crédi-
tus cum Deo spíritus ejus.

Diviso Pſalmi 77.

Filii Ephrem intendentes &
mittentes arcum, * con-
versi sunt in die belli.

Non custodiérunt testamen-
tum Dei, * & in lege ejus no-
buérunt ambuláre.

Et obliti sunt benefactorum
ejus, * & mirabiliúm ejus quæ
ostendit eis.

Coram pátribus eórum fecit
mirabilia in terra Ægypti, *
in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perduxit
eos, * & státuit aquas quasi
in utre.

Et deduxit eos in nube diéi,
* & totâ nocte in illuminatió-
ne ignis.

Interrúpit petram in exé-
sso, * & adequávit eos velut
in abyſſo multa.

Et eduxit aquám de petra, * &
deduxit tanquá flúmina aquas,

Et apposuérunt adhuc pec-
cáre ei: * in iram excitavé-
runt Excelsum in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in
córdibus suis, * ut péterent
efcas animábus suis.

Et malè locúti sunt de Deo, *
dixerunt: Numquid póterit
Deus paráre mensá in deserto?

Quóniam percussit petram,
& fluxérunt aquæ, * & tor-
rentes inundavérunt.

Numquid & panem póterit
dare, * aut paráre mensam pó-
pulo suo?

Idèò audívit Dóminus; &
distulit: * & ignis accensus est
in Jacob, & ira ascendit in
Israel;

Quia non credidérunt in
Deo, * nec speravérunt in sa-
lutári ejus.

Et mandávit núbibus dé-
super, * & jánuas cœli apé-
ruit.

Et pluit illis manna ad man-
ducandum, * & panem cœli
dedit eis.

Panem Angelórum mandu-
cávit homo: * cibária misit
eis in abundantia.

Altera divisio Pſalmi 77.

TRánstulit [Dóminus] Au-
strum de cœlo; * & in-
duxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut púl-
verem carnes, * & sicut aré-
nam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio ca-
strórum eórum, * circa taber-
nacula eórum.

Et manducavérunt, & fa-
turári sunt nimis; & desidé-
rium eórum áttulit eis: * non
sunt fraudáti à desidério suo:

Adhuc escæ eórum erant in

miseriçordiaz tuaz introibo in domum tuam, * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Dómine, Deduc me in iustitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam ;

Quóniam non est in ore eorum veritas, * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant : * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitationibus suis ; secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quóniam irritaverunt te, Dómine.

Et lætentur omnes qui sperant in te : * in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.

Ant. Omnes qui sperant in te, Dómine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Ant. 5. C. In tégmine.

Psalms 35.

Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso : * non est timor Dei ante oculos ejus ;

Quóniam dolose egit in conspectu ejus, * ut inveniatur iniquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iniquitas & dolus : * noluit intelligere, ut bene ágeret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo : ástitit omni viæ non bonæ ; * malitiam autem non odivit.

Dómine, in cælo miseri-

cordia tua, * & veritas tua usque ad nubes.

Iustitia tua sicut montes Dei : * júdicia tua abyssus multa.

Hómines & jumenta salvabis, Dómine ; * quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

Filii autem hominum * in tégmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ ; * & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ, * & in lumine tuo vidé-
bimus lumen.

Prætede misericordiam tuam scientibus te, * & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbiæ, * & manus peccatoris non móveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem : * expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Ant. In tégmine alarum tuarum sperabunt, Dómine ; & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Ant. 3. a. Exaudi nos.

Psalms 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion ; * & tibi reddetur votum in Jérusalem.

Exaudi orationem meam : * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos ; * & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti : * inhabitabit in átriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ :

tuz: * sanctum est templum tuum; mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, * spes omnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos, à signis tuis: * exiit matutina & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis; * parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplicata gemina ejus; * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescunt speciosa deserti, * & exultatione colles accingentur.

Induti sunt ardetes ovium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt, etenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ.

Ant. i. a. Ecce.

In Feriis, Canticum. Isaïæ 12.

Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi: * conversus est furor tuus, & consolatus es me.

Ecce Deus salvator meus; * fiducialiter agam, & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus

Pars Hyemalis.

mea Dominus, * & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris; * & dicetis in die illa: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus.

Notas facite in populis ad inventiones ejus: * mementote quoniam excelsum est nomen ejus.

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit: * annuntiate hoc in universa terra.

Exulta & lauda, habitatio Sion; * quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

Ant. Ecce Deus salvator meus; fiducialiter agam, & non timebo.

[In Festis Canticum. Tob. 13.

Magnus es, Domine, in æternum, * & in omnia secula regnum tuum.

Quoniam tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, & reducis: * & non est qui effugiat manum tuam.

Confitemini Domino, filii Israel, * & in conspectu gentium laudate eum;

Quoniam Deus dispersit vos inter gentes quæ ignorant eum, * ut vos enarratis mirabilia ejus,

Et faciatis scire eos, * quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras; * & ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

Aspici-te ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: * Regemque seculorum exaltate in operibus vestris.

D

Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi; * quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

Convertimini itaque, peccatores, & facite justitiam coram Deo, * credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam.

Ego autem, & anima mea, * in eo lætābimur.

Benedicite Dōminum, omnes electi ejus: * agite dies lætitiæ, & confitemini illi.]

Ant. 6. C. Beneplacitum est.

Psalmus 146.

Laudate Dōminum, quoniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio.

Edificans Jerusalem Dōminus, * dispersiones Israël congregabit;

Qui sanat contritos corde, * & alligat contritiones eorum;

Qui numerat multitudinem stellarum, * & omnibus suis nomina vocat.

Magnus Dōminus noster, & magna virtus ejus; * & sapientia ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dōminus; * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Dōmino in confessione: * psallite Deo nostro in cithara;

Qui operit cælum nubi- bus, * & parat terræ pluviam;

Qui producit in montibus fœnum, * & herbas servituti hominum;

Qui dat jumentis escam ipsorum, * & pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi vo-

luntatem habebit; * nec in tibus viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Dōmino super timentes eum, * & in eis qui sperant super misericordia ejus.

Ant. Beneplacitum est Dōmino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia ejus.

Capitulum.

Is. 26.

In tēnita judiciorum tuorum, Dōmine, sustinimus te: nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desideravit te in nocte; sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigi- labo ad te.

Hymnus.

Promittis, & servas datam; Immobilitis fidem, Deus:

Hanc manè primo sedulâ

Reposcimus fidem prece,

Promittit atque decipit

Incertus & fallax homo:

Sic quassa, si incumbas super,

Arundo transfiget manum,

Beatus ergo, qui tuo

Se totus abdit in sinu:

Hac arce tutum turbinis

Vis nulla de statu quatit,

Ne cor vacillet, obligas

Temet sacramento, Deus:

Spes nixa tanto pignore

Æterna jam prensat bona,

Jam mente præsumens po-

lum,

Secura sublimi throno

Assistit, & cœlestium

Præibat undas fluminum,

Fons o perennis gratiæ,

Colenda semper Trinitas,

Te spem salutis unicam

Da mente totâ quærese,

Amen.

¶ Audíam fac mihi mané misericórdiam tuam; Et. Quia in te sperávi. *Ps. 142.*

Ad Benedictus. Ant. 11. g. Jurávit Dóminus daturum se nobis, ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, seruiamus illi. *Luc. 1.*

A D P R I M A M.

Ant. 8. c. Ego.

Psalmus 30.

IN te, Dómine, sperávi, non confundas in æternum: * in iustitia tua libera me.

Inclina ad aurē tuā: * accētera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut saluum me facias;

Quóniam forsitédo mea, & refúgium meum es tu: * & propter nomen tuum deduces me, & eróntes me.

Educes me de láqueo hoc quem abscondérunt mihi, * quóniam tu es protector meus.

In mánu tuas commendo spíritum meum: * redemisti me, Dómine Deus veritátis.

Odisti observantes vanitates supervacúe; * ego autem in Dómino sperávi.

Exultábo, & lætábor in misericórdia tua; * quóniam respexisti humilitátem meam, salvasti de necessitatibus ánimam meam.

Nec conclusisti me in mánu inimici; * statuisti in loco spaciódo pedes meos.

Divisio Psalmi 30.

Miserere mei, Dómine, quóniam tribulor: * conturbárus est in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus;

Quóniam defécit in dolore vita mea, * & anni mei in gemitibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea, * & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde; * & timor motis meis.

Qui vidébant me, * forás fugérunt à me.

Obliuisci datus sum tanquam mortuus à corde: * factus sum tanquam vas perditum;

Quóniam audívi vituperatióem multórum commorantium in circuitu: * in eo dum conveniunt simul adversum me, accipere ánimam meam consiliati sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine; * dixi: Deus meus es tu; in mánu tuis fortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à persequémibus me.

Illustra faciē tuam super servum tuum: * saluum me fac in misericórdia tua.

Dómine, non confundar, quóniam invocávi te; * erubescant impij, & deducantur in infernum.

Muta fiant lábia dolósa, * que loquuntur adversus iustum iniquitátem, in superbía, & in abusione.

Altera divisio Psalmi 30.

Quam magna multítudo dulcedinis tuæ, Dómine, * quam abscondisti timéntibus te!

Perfecisti eis qui sperant in

te, * in conspectu filiorum hóminum.

Abcondes eos in abscondito faciétuaz * à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo * à contradicióne linguarum.

Benedictus Dóminus, * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meaz : * Projectus sum à faciè oculórum tuórum.

Ideo exaudisti vocem oratiónis meaz, * dum clamárem ad te.

Diligite Dóminum, omnes sancti ejus; quóniam veritatem requíret Dóminus, * & retribuet abundanter faciéntibus superbíam.

Viriliter ágite, & confortetur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

Ant. Ego in Dómino sperávi : exultábo, & lætábor in misericórdia tua.

A D T E R T I A M.

Ant. 4. A. Spera in Deo.

Psalmus 41.

Quemádmódum desiderat cervus ad fontes aquárum; * ita desiderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum : * quando véniam, & apparebo ante facièlem Dei!

Fuerunt mihi lácrymæ meaz panes die ac nocte, * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effudi in me animam meam; *

quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis, usque

ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confessiós, * sonus epulantis.

Quare tristis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitebor illi : * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Divisio Psalmi 41.

AD meipsum ánima mea conturbáta est; * propterea memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum:

Omnia excelsa tua, & fluctus tui * super me transierunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meaz; * dicam Deo : Susceptor meus es.

Quare oblitus es me, & quare contristátus incédo, * dum affígit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei,

Dum dicunt mihi per singulos dies : * Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo; quóniam adhuc confitebor illi : * salutáre vultus mei, & Deus meus.

Psalmus 42.

Judica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta : * ab hómine iniquo & doloso érue me;

Quia tu es, Deus, fortitudo mea : * quare me reputasti ? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus ?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam : * ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, * ad Deum qui lætificat juventutem meam

Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus : * quare tristis es, anima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, & Deus meus.

Ant. Spera in Deo, anima mea : salutare vultus mei, & Deus meus.

Capitulum. Rom. 15.

Quicumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ; ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

R. br. Memor esto verbi tui, Domine, * In quo mihi spem dedisti. Memor esto. V. Hæc me consolata est, * quia eloquium tuum vivificavit me, * In quo mihi spem dedisti. Glória. Memor esto.

V. Respondébo exprobrantibus mihi verbum ; R. Quia speravi in sermonibus tuis. Ps. 118.

A D S E X T A M.

Ant. 2. D. Qui sperat in Dño.

Psalms 10.

Domine, in virtute tua lætabitur rex, * & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei, * & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum ;

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit à te ; * & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

Magna est gloria ejus in salutarum tuo : * gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi : * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino ; * & in misericordia Altissimi non commovetur. Inveniat manus tua omnibus inimicis tuis : * dextera tua inveniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut elibanum ignis in tempore vultus tui : * Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes, * & semen eorum à filiis hominum ;

Quoniam declinaverunt in te mala : * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltate, Domine, in virtute tua : * cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Psalms 102.

Benedic, anima mea, Domino ; * & omnia quæ intra me sunt, nóminali sancto ejus.

Benedic, ánima mea, Dómino, * & noli obliuisci omnes retribuciones ejus;

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis; * qui sanat omnes infirmitates tuas;

Qui redimat de interitu vitam tuam; * qui coronat te in misericórdia & misericórdiis;

Qui replet in bonis desiderium tuum: * renovábitur ut áquie juvenus tua.

Faciens misericórdias Dóminus, * & judicium ómnibus injúriam patientibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * filiis Israel voluntates suas.

Diviso Psalmi 102.

Miserátor & misericors Dóminus: * longánimis, & multum misericors.

Non in perpétuum irascetur, * neque in æternum comminábitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis, * neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis;

Quóniam secundum altitudinem cœli à terra, * corroborávit misericórdiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitates nostras.

Quómódò miseretur pater filiorum, * misertus est Dóminus timentibus se;

Quóniam ipse cognóvit figmentum nostrum: * recordátus est quóniam pulvis sumus.

Homo, sicut fœnum dies ejus: * tanquam flos agri sic efflorebit;

Quóniam spíritus pertrans-

ibit in illo, & non subsistet, * & non cognoscat amplius locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab æterno, * & usque in æternum super timentes eum:

Et justitia illius in filios filiorum, * his qui servant testamentum ejus,

Et memores sunt mandatorum ipsius, * ad faciendam ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam; * & regnum ipseus ómnibus dominábitur.

Benedicite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, * ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Dómino, omnes virtutes ejus, * ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus.

Benedicite Dómino, ómnia ópera ejus: * in omni loco dominationis ejus, benedicite, ánima mea, Dómino.

Ant. Qui sperat in Dómino, in misericórdia Altissimi non commovébitur. *Pf.* 20.

Capitulum. 1. Joan. 3.

Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid érimus. Scimus quóniam, cum apparuerit, similes ei érimus, quóniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

R. br. Beátus vir, * Cujus est nomen Dómini spes ejus. Beátus vtr. *ꝑ.* Et non respexit in vanitates * & insánias falsas: * Cujus est. Glória Patri. Beátus vir. *Pf.* 39.

¶ Sperate in eo, omnis congregatio populi: Et Effundite coram illo corda vestra. Ps. 61.

A D N O N A M,

Ant. 8. d. Factus est.

Psalmus 81.

Deus stetit in synagoga deorum; * in medio autem deos dijudicat.

Usquequod iudicatis iniquitatem, * & facies peccatorum sumitis?

Judicate egeno & pupillo: * humilem & pauperem justificate.

Eripite pauperem, * & egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulanti: * movebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi: Dii estis, * & filii Excelli omnes.

Vos autem sicut homines moriemini, * & sicut unus de principibus cadetis.

Surge; Deus, iudica terram; * quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Psalmus 93.

Deus ultionum Dominus, * Deus ultionum liberè egit.

Exaltare, qui iudicas terram: * redde restitutionem superbis.

Usquequod peccatores, Domine, * usquequod peccatores gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitatem, * loquentur omnes qui operantur in iustitiam?

Populum tuum, Domine, humiliaverunt, * & hereditatem tuam vexaverunt.

Vidua & advenam interfecerunt; * & pupillos occiderunt.

Et dixerunt: Non videbit Dominus, * nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite, insipientes in populo; * & stulti, aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non audiet? * aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet? * qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, * quoniam vanas sunt.

Divisio Psalmi 93.

Beatus homo quem tu erudieris, Domine, * & de lege tua docueris eum;

Ut miriges ei à diebus matris, * donec sodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet Dominus plebem suam; * & hereditatem suam non derelinquet;

Quoadusque iustitia convertatur in iudicium, * & quod iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? * aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me, * paulò minùs habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam: Mors est pes meus; * misericordia tua, Domine, adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, * consolationes tue lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, * qui sanguis laborem in præcepto?

Captabunt in animam justi, * & sanguine.n innocentes condemnabunt.

Et factus est mihi Dóminus in refugium, * & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsórum; & in malitia eórum disperdet eos: * disperdet illos Dóminus Deus noster.

Ant. Factus est mihi Dóminus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Psf. 93.

Capitulum. Hebr. 10.

Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remuneratióem: paciéntia enim vobis necessaria est; ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.

R. br. Bonum est confidere in Dómino, * Quàm confidere in hómine. Bonum est. * Bonum est * sperare in Dómino, * Quàm confidere in hómine. Glória Patri. Bonum est. *Psf.* 117.

* Mihi adhærere Deo bonum est, *R.* Pónere in Dómino Deo spem meam. *Psf.* 72.

A D V E S P E R A S.

Ant. 7. d. Oculi nostri.

Psalms 122.

Ad te levavi oculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce, sicut oculi servórum* in manibus dominórum suórum,

Sicut oculi ancillæ in manibus dómínæ suæ; * ita oculi

nostri ad Dóminus Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Miserere nostri, Dómine, miserere nostri; * quia multum repléti sumus despectiône;

Quia multum repléta est ánima nostra: * opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Ant. Oculi nostri ad Dóminus Deum nostrum, donec misereátur nostri.

Ant. 5. a. Qui confidunt in Dómino.

Psalms 124.

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus, & Dóminus in circúitu pópuli sui, * ex hoc nunc, & usque in séculum;

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super fortem justórum, * ut non extendant justí ad iniquitatem manus suas.

Bénéfac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obli-gatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitatē: * pax super Israël.

Ant. Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúsalem.

Ant. 8. c. Beátus vir.

Psalms 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædificant eam. Nisi Dóminus custodierit et-

vitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : * surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, cum dederit dilectis suis somnum.

Ecce hereditas Domini, filii ; * merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis, * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis ; * non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Ans. Beatus vir qui implevit desiderium suum ; non confundetur, cum loquetur inimicis suis.

Ans. 1. a. Sustinuit.

Psalms 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine : * Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine ; * Domine, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est, * & propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus, * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem * speret Israel in Domino ;

Quia apud Dominum misericordia, * & copiosa apud eum redemptio ;

Et ipse redimet Israel * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Ans. Sustinuit anima mea

in verbo ejus : speravit anima mea in Domino.

Ans. 4. a. Speret.

Psalms 130.

Domine, non est exaltatum cor meum, * neque elati sunt oculi mei ;

Neque ambulavi in magnis, * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam, * sed exaltavi animam meam ;

Sicut ablactatus est super matrem suam, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino ; * ex hoc nunc, & usque in seculum.

Ans. Speret Israel in Domino.

Capitulum. Rom. 15.

Deus spei repleat vos omnibus gaudii & pace in credendo ; ut abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.

Hymnus.

Horres superbos, nec tuam Das alteri laudem, Deus : Humana nil isthinc sibi

Decerpat arrogantia.

Ingrata quippe mens tuæ

Fluenta sistit gratiæ ;

Tristique marcescit statim,

Ceu gramen exustum, siccum.

Ut servus in manus heræ

Intenta figit lumina ;

Sic ora sacris montibus

Non dimovemus anxii.

Desideratam si dare

Opem moraris ; spes tamen ;

Tenacis instar anchoræ *

Immota fundat pectora.

Sit summa Patri gloria :

Sit summa Nato ; qui dedit

Nobis futuræ Spiritum

Hereditatis obfidem. Amen.

* A custodia matutina us-

D w

que ad noctem B. Speret Israel
in Dómino. *Pf. 129.*

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Misericórdia ejus à progénie
in progénies tíméntibus eum.
Luc. 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 4. E. Conserva me.

Psalms 10.

IN Dómino confido : * quó-
modo dicitis animæ meæ ,
Trásmigra in montem si-
cut passer ?

Quóniam ecce peccatóres
intendérunt arcum , paravé-
runt sagittas suas in pháretra , *
ut sagittent in obsúra rectos
corde.

Quóniam quæ perfecisti ,
destruxérunt ; * jústus autem
quid fecit ?

Dominus in templo sancto
suo : * Dóminus in cælo sedes
ejus.

Oculi ejus in páuperem re-
spiciunt : * pálpebræ ejus inté-
rogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat jústum
& ímpium ; * qui autem dili-
gít iniquitátem , odit ánimam
suam.

Pluet super peccatóres lá-
queos : * ignis , & sulphur , &
spírítus procellárum , pars cáli-
cis eórum.

Quóniam jústus Dóminus ,
& jústítas dilexit : * equitá-
tem vidit vultus ejus.

Psalms 13.

Dixit insapiens in corde
suo : * Non est Deus.

Corrupti sunt , & abominá-
biles facti sunt in stúdiis suis : *
non est qui fáciat bonum ,
non est usque ad unum.

Dóminus de cælo prospe-

xit super filios hóminum , *
videat si est intélligens , aut
requirens Deum.

Omnes declinavérunt , si-
mul inútiles facti sunt : * non
est qui fáciat bonum , non est
usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur
eórum ; linguis suis dolosè agé-
bant : * venénium áspidum sub-
lábiis eórum.

Quorum os maledictióne &
amaritúdine plenum est : * ve-
lócés pedes eórum ad effunden-
dum sánguinem.

Contritio & infelicitas in-
viis eórum , & viam pacis non
cognovérunt ; * non est timor
Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoscent omnes
qui operantur iniquitátem , *
qui devorant plebem meam si-
cut escam panis ?

Dóminum non invocavé-
runt : illic trepidavérunt timó-
re , ubi non erat timor ; * quó-
niam Dóminus in generatióne
jústa est.

Consílium ínops confudi-
stis , * quóniam Dóminus spes
ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre
Israel ? * cum avérrit Dómi-
nus captivitátem plebis suæ ,
exultábit Jacob , & lætábitur
Israel.

Psalms 14.

Conserva me , Dómine , *
quóniam sperávi in te.

Dixi Dómino : Deus meus
es tu , * quóniam bonórum
meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra
ejus , * mirificávit omnes vo-
luntátes meas in eis.

Multiplicáta sunt infirmitá-

tes eorum; * postea accelera-
verunt.

Non congregabo conventi-
cula eorum de sanguinibus; *
nec memor ero nominum eor-
um per labia mea.

Dominus pars hereditatis
meæ & calicis mei: * tu es qui
restitues hereditatem meam
mihi.

Funes ceciderunt mihi in
præclaris; * etenim hereditas
mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum qui
tribuit mihi intellectum: * in-
super & usque ad noctem in-
creperunt me renes mei.

Providēbam Dominum in
conspectu meo semper; * quo-
niam à dextris est mihi, ne
commovear.

Propter hoc lætatum est cor
meum, & exultavit lingua
mea: * in super & caro mea
requiescet in spe;

Quoniam non derelinques
animam meam in inferno, *
nec dabis sanctum tuum vidē-
re corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ;
adiuplēbis me lætitiā cum
vultu tuo: * delectationes in-
dēmera tua usque in finem.

Ant. Conserva me, Domine,
quoniam speravi in te. *Pf.* 15.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invir. Hodie si vocem Do-
mini audieritis, * Nolite ob-
durare corda vestra.

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Etiam creati sūctibus:
Pisces natant, volant aves,
Utrumque mortali genus
Paratur esse corpori.

Menti sed æternæ cibis

Debētur alter: hæc Dei

Sermōne vivit; hanc fovet

Cœlestis & nutrit fides.

Quæsitæ Christi sanguine

Manavit in terras fides,

Et impiarum pectora

Victrix subegit gentium.

Fax illa puris cordibus

Monstrare cœlos efficax,

Æterna dignis incitat

Factis mereri præmia.

Sancti leonum, per fidem,

Mullere rugitus; truces

Fregere regnantium minas;

Risere stridentes rogos.

Hæc luce signarum, Deus,

Calcare dona tramitem,

Et caritatis uberes

Fructus eundo carperet.

Deo Patri sit gloria,

Ejusque soli Filio,

Sancto simul cum Spiritu,

Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

Ant. 3. b. Rectum est ver-
bum Domini.

Psalms 19.

Exaudi te Dominus in

die tribulationis: * prote-

gat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de san-

cto, * & de Sion tueatur te.

Memor sit orans sacrificii

tui; * & holocaustum tuum

pingue fiat.

Tribuat tibi secundum car-

tuam, * & omne consilium

tuum confirmer.

Lætābimur in salutari tuo, *

& in nomine Dei nostri ma-

gnificābimur.

Impleat Dominus omnes pe-

nitiones tuas: * nunc cognovi

quoniam salvum fecit Domi-

nus christum suum.

Exáudiet illum de cælo sancto suo : * in potentátibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis ; * nos autem in nómine Dñi Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligári sunt, & ceciderunt ; * nos autem surreximus & erecti sumus.

Dómine, salvum fac regem ; * & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

Psalmus 32.

EXultáte, justí, in Dómino : * rectos decet collaudatio.

Confitémini Dómino in cithara : * in psalterio decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum : * benè psállite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum Dómini, * & ómnia ópera ejus in fide.

Diligit misericórdiam & iudícium : * misericórdiá Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmáti sunt ; * & spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Congregans sicut in utrè aquas maris : * ponens in thesauris abyssos.

Tímeat Dóminum omnis terra : * ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem ;

Quóntiam ipse dixit, & facta sunt ; * ipse mandávit, & creata sunt.

Dóminus dissipat consília géntium ; * réprobat autem cogitationes populórum, & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in

æternum manet : * cogitationes cordis ejus in generatióne & generatióne.

Divisio Psalmi 32.

Beatá gens, cujus est Dóminus Deus ejus : * populum quem elégit in hæreditátem sibi.

De cælo respexit Dóminus, * vidit omnes filios hóminum.

De præparáto habitáculo suo * respexit super omnes qui hábitant terram ;

Qui finxit singillárim corda eórum ; * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtutem ; * & gigas non salvábitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem ; * in abundantia autem virtutis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuentes eum, * & in eis qui sperant super misericórdia ejus ;

Ut éruat à morte ánimas eórum, * & alax eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum ; * quóniam adjutor & protector noster est :

Quia in eo lætábitur cor nostrum, * & in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemadmodum sperávimus in te.

Ant. Rectum est verbum Dómini, & ómnia ópera ejus in fide. *Pf.* 32.

Ant. 4. A. Dóminus.

Psalmus 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus ; * & fugiant, qui odérunt eum, à facie ejus.

Feriá quinta ad Officium Noct. 85

Sicut deficiit fumus, deficiant : * sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, * & delectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nómíni ejus : * iter facite ei qui ascendit super occásurum.

Dóminus nomen illi; * exultate in conspectu ejus.

Turbabuntur à facie ejus, * patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo; * Deus qui inhabitare facit unius moris in domo :

Qui edúcit vinctos in fortitudine, * similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.

Deus, cum egredereris in conspectu pópuli tui, * cum pertransires in deserto.

Terra mota est; * etenim celi distillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditariæ; * & infirmata est, tu verò perfecisti eam.

Animália tua habitabunt in ea : * parasti in dulcédine tua pauperi, Deus.

Divisio Psalmi 67.

Dominus dabit verbum evangelizántibus, * virtute multá.

Rex virtutum dilecti, dilecti; * & speciéi domus dividere spolia.

Si dormiatis inter médios ceros, pennæ columbæ deargentatæ, * & posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam, * nive dealbantur in Seimon.

Mons Dei, mons pinguis; * mons coagulatus, mons pinguis.

Ut quid suspicámini montes coagulatos? * mons in quo beneplácitum est Deo habitare in eo; etenim Dóminus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus múltiplex, millia lætántium; * Dñus in eis in Sina, in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem; * accepti dona in homínibus.

Etenim non credentes, * inhabitare Dóminum Deum.

Benedictus Dóminus die quotidie; * próspere iter faciet nobis Deus salutarium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciendi; * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúntamen Deus confringet cápita inimicórum suórum, * vérticem capilli perambulántium in delictis suis.

Dixit Dóminus: Ex Bafan convertam, * convertam in profundum maris;

Ut intingatur pes tuus in sanguine, * lingua canum tuórum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos, Deus, * ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt principes conjuncti psalléntibus, * in médio juvenularum tympanistrarú.

Altera divisio Psalmi 67.

In ecclésiis benedicite Deo Dómino, * de fontibus Israel.

Ibi Bénjamin adolescentu-
lus * in mentis excessu.

Príncipes Juda, duces eó-
rum : * príncipes Zabúlon,
príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ : *
confirma hoc, Deus, quod
operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem,*
tibi offerent reges múnera.

Increpa feras arúndinis; con-
gregatio taurórum in vaccis
populórum,* ut excludant eos
qui probáti sunt argento.

Disipa gentes quæ bella vo-
lunt.* vénient legáti ex Ægyp-
to; Æthiopia præveniet manus
ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo; *
psállite Dómino.

Psállite Deo qui ascendit su-
per cœlum cœli* ad orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem
virtútis : * date glóriam Deo.

Super Israel magnificéntia
ejus,* & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis
suis; Deus Israel ipse dabit vir-
tútem & fortitudínem plebi
suæ : * benedictus Deus.

Ans. Dóminus dabit verbú
evangelizántibus : Deus Israel
ipse dabit fortitudínem plebi
suæ.

Ans. 8. G. Dómine.

Psalmus 88.

Misericórdias Dómi-
ni * in æternum can-
tábo.

In generatióem & genera-
tióem * annuntiábo veritatē
tuam in ore meo ;

Quóniam dixisti : En æter-
num misericórdia ædificábitur
in cœlis, * præparábitur véri-
tas tua in eis.

Dispósui testamentum elec-
tis meis ; * jurávi David servo
meo :

Usque in æternum præpa-
rábo semen tuum, * & ædifi-
cábo in generatióem & gene-
ratióem sedem tuam.

Confitebuntur cœli mirábi-
lia tua, Dómine; * etenim
veritatē tuam in ecclésia san-
ctorum.

Quóniam quis in núbibus
æquábitur Dómino? * similis
erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui glorificátur in
concilio sanctorum; * magnus
& terribilis super omnes qui in
circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtutum,
quis similis tibi? * potens es,
Dómine; & veritas tua in cir-
cúitu tuo.

Tu domínaris potestati ma-
ris; * metum autem sústulim
ejus tu mltigás.

Tu humiliásti sicut vulne-
rátum,superbum : * in bráchio
virtútis tuæ dispersisti inimi-
cos tuos.

Tui sunt cœli, & terra est
terra : * orbem terræ & pleni-
túdinem ejus tu fundásti;

Aquilónem & mare tu crea-
stí : * Thabor & Hermon in
nómine tuo exaltábunt.

Tuum bráchium cum potén-
tia : * firmétur manus tua, &
exaltétur dextera tua.

Justitia & judícium præpa-
rátio sedis tuæ; * misericórdia
& veritas præcedent faciē
tuam.

Divisio Psalmi 88.

Beátus pópulus qui scit ju-
bilatióem : * Dómine, in-
limine vultús tui ambulábunt.

Et in nómine tuo exultábunt
totá die , * & in iustitia tua
exaltabuntur ;

Quóniam glória virtutis eó-
rum tu es , * & in beneplácito
tuo exaltábitur cornu nostrú.

Quia Dómini est assúptio
nostra , * & Sancti Israel regis
nostrí.

Tunc locútus es in visione
sanctis tuis , & dixisti : * Pó-
sui adjutórium in potente , &
exaltávi electum de plebe mea.

Inveni David servum meú , *
óleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliábi-
tur ei , * & bráchium meum
confortábit eum.

Nihil proficiet inimicus sa-
eo , * & filius iniquitátis non
appónet nocére ei.

Et concidam à facie ipsius
inimicos ejus , * & odientes
eum in fugam convertam.

Et veritas mea , * & miseri-
córdia mea cum ipso , * & in
nómine meo exaltábitur cornu
ejus.

Et ponam in mari manum
ejus , * & in fluminibus dex-
teram ejus.

Ipsé invocábit me : Pater
meus es tu , * Deus meus , &
suscceptor salutis meæ.

Et ego primogénitum po-
nam illum , * excelsum præ ré-
gibus terræ.

In æternum servábo illi mi-
sericórdiam meam , * & testa-
mentum meum fidèle ipsi ;

Et ponam in sæculum sæculi
semen ejus , * & thronum ejus
sicut dies cæli.

Si autem dereliquerint filii
eius legem meam , * & in judi-
ciis meis non ambuláverint ;

Si iustitias meas profanáve-
rint , * & mandata mea non
custodierint ;

Visitábo in virga iniquitates
eorum , * & in verbéribus pec-
cáta eorum.

Misericórdiam autem meam
non dispergam ab eo , * ne-
que nocébo in veritate mea ;

Neque profanábo testamen-
tum meum ; * & quæ procé-
dunt de lábiis meis , non fá-
ciam irrita.

Altera divisio Psalmi 88.

Semel jurávi in sancto meo , *
Si David mentiar :

Semen ejus in æternum man-
nébit ; * & thronus ejus sicut
sol in conspectu meo ,

Et sicut luna perfecta in æter-
num , * & testis in celo fidélis.

Tu veró repulisti & despexi-
sti , * distulisti Christum tuum.

Evertisti testamentum servi-
tui , * profanasti in terra sanc-
tuárium ejus.

Destruxisti omnes sepes
ejus , * posuisti firmamentum
ejus formidinem.

Diripuerunt eum omnes
transeuntes viam : * factus est
opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram depri-
mentium eum : * lætificasti
omnes inimicos ejus.

Avertisti adjutórium gládii
ejus , * & non es auxiliárus ei
in bello.

Destruxisti eum ab emun-
datione ; * & sedem ejus in ter-
ram collidisti.

Minorasti dies temporis ejus :
* perfudisti eum confusione.

Usquequò , Dómine , aver-
tis in finem ? * exardescet sicut
ignis ira tua ?

Memorâre quæ mea sub-
stantia : * numquid enim vanè
constituisti omnes filios homi-
num ?

Quis est homo qui vivet , &
non vidèbit mortem ? * eruet
animam suam de manu inferi ?

Ubi sunt misericordiæ tuæ
antiquæ , Dómine , * sicut ju-
rasti David in veritate tua ?

Memor esto , Dómine , op-
probrii servórum tuórum , *
quod continui in sinu meo ,
multárum géntium ;

Quod exprobravérunt iní-
mici tui , Dómine , * quod ex-
probravérunt commutatiónem
Christi tui.

Benedictus Dóminus in æ-
ternum : * fiat , fiat.

Ant. Dómine , in hómine
vultus tui ambulábunt , & in
nómine tuo exultábunt totâ
die , & in justitia tua exalta-
buntur.

¶ Ténébræ non obscura-
buntur à te , Dómine ; R. Et
nox sicut diēs illuminábitur.
Pf. 138.

Pater noster.

¶ *Sacerd.* Cognoscant quæ
nomen tibi Dóminus : R. Tu
solus Altissimus in omni terra.
Pf. 82.

A D L A U D E S.

Ant. 4. f. Audi.

Psalms 80.

Exultate Deo adjutori
nostro : * jubiláte Deo
Jacob.

Súmte psalmum , & date
tympanum , * psalterium ju-
cundum cum cithara.

Buccinate in Neoméniâ tu-
ba , * in insigni die solemni-
tatis vestræ ;

Quia præceptum in Israël
est : * & judicium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pó-
suit illud , cùm exiret de ter-
ra Ægypti : * linguam quam
non nóverat , audívit.

Diverit ab onéribus dor-
sum ejus : * manus ejus in có-
phino serviérunt.

In tribulatiónem invocasti
me , & liberávi te : * exaudívi
te in abscondito tempestátis ;
probávi te apud aquam contra-
dictiónis.

Audi , pópulus meus , &
contestabor te : * Israel , si au-
dieris me , non erit in te deus
recens , neque adorábis deum
alienum.

Ego enim sum Dóminus
Deus tuus , qui eduxi te de
terra Ægypti : * dilatá os tuum ,
& implébo illud.

Et non audívit pópulus meus
vocem meam ; * & Israel non
intendit mihi .

Et dimísi eos secundùm de-
fidéria cordis eórum : * ibunt
in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audisset
me ; * Israel si in viis meis am-
bulasset .

Pro nihilo fórfitan inimicos
eórum humiliassem , * & super
tribulantes eos misissem ma-
num meam.

Inimici Dómini mentíti
sunt ei ; * & erit tempus eó-
rum in sécula .

Et cibávit eos ex ádipe fru-
menti ; * & de petra , melle
saturávit eos .

Ant. Audi , pópulus meus ,
& contestabor te : ego sum
Dóminus Deus tuus.

Ant. 1. g. Parátum.

Psalmus 107.

Paratum cor meum, Deus,
paratum cor meum. * can-
tabo & psallam in gloria mea.
Exurge, gloria mea; exur-
ge, psalterium & cithara: *
exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis,
Domine, * & psallam tibi in
nationibus;

Quia magna est super caelos
misericordia tua, * & usque
ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos, Deus; *
& super omnem terram gloria
tua;

Ut liberentur dilecti tui: *
salvum fac dexteram tuam, &
exaudi me.

Ans. Paratum cor meum,
Deus; exurgam diluculo: con-
fitebor tibi, Domine.

Ans. 6. F. Domine.

Divisio Psalmi 107.

Deus locutus est in sancto
suo: * exultabo, & divi-
dam Sichimam, & convallem
tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, & meus
est Manasses; * & Ephraim
susceptio capitis mei.

Juda rex meus: * Moab
lebes spei meae.

In Idumaeam extendam cal-
ceamentum meum: * mihi
alienigenae amici facti sunt.

Quis deducet me in civita-
tem munitam? * quis deducet
me usque in Idumaeam?

Nonne tu, Deus, qui repu-
listi nos? * & non exibis,
Deus, in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribu-
latione, * quia vana salus ho-
minis.

In Deo faciemus virtutem: *

& ipse ad tribunal deducet ini-
micos nostros.

Ans. Domine, vana salus
hominis: in Deo faciemus vir-
tutem.

Ans. 8. c. Deus.

In Feriis, Canticum Anno.

1. Reg. 2.

Exultavit cor meum in Do-
mino, * & exaltatum est
coram meum in Deo meo.

Dilatatum est os meum su-
per inimicos meos, * quia la-
tata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est Do-
minus; neque enim est alius
extra te: * & non est fortis si-
cut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui
sublimia, gloriantes: * recedant
vetera de ore vestro;

Quia Deus scientiarum Do-
minus est, * & ipsi preparantur
cogitationes.

Arcus fortium superatus est; *
& infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius pro panibus
se locaverunt; * & famelici
saturati sunt;

Donec steris peperit plu-
rimos; * & quae multos habebat
filios, infirmata est.

Dominus mortificat, & vivifi-
cat; * deducit ad inferos, &
reducit.

Dominus pauperem facit,
& ditat; * humiliat & suble-
vat.

Sublevat de pulvere egenum,
* & de stercore elevat
pauperem;

Ut sedeat cum principibus,
& solium gloriae teneat.

Domini enim sunt cardines
terrae, * & posuit super eos
orbem.

Repléti sumus manè miser-
cordiá tuá ; * & exultávimus ,
& delectáti sumus omnibus
diébus nostris.

Lætati sumus pro diébus
quibus nos humiliasti , * annis
quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos , & in
ópera tua ; * & dirige filios
eorum.

Et sit splendor Dómini Dei
nostri super nos : & ópera má-
nuum nostrárum dirige super
nos ; * & opus mánuum no-
strárum dirige.

Ant. Illúminet Dóminus
vultum suum super nos ; ut co-
gnoscámus in terra viam tuá ,
Dómine. *Pf.* 66.

A D T E R T I A M.

Ant. 4. E. Credo.

Psalmus 26.

Dominus illuminátio
mea , & salus mea ; *
quem timébo ?

Dóminus protector vitæ
meæ ; * à quo trepidábo ?

Dum apprópian super me
nocentes , * ut edant carnes
meas.

Qui tribulant me inimíci
mei , * ipsi infirmáti sunt &
cecidérunt.

Si consistant adversum me
castra , * non timébit cor
meum.

Si exurgat adversum me
prælium , * in hoc ego spe-
rábo.

Unam pétii à Dómino , hanc
requíram , * ut inhábitem in
domo Dómini ómnibus diébus
vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dó-
mini , * & vístam templum
eius.

Quóniam abscondit me in
tabernáculo suo : * in die ma-
lórum protexit me in abscon-
dito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me , * &
nunc exaltávit caput meum su-
per inimícos meos.

Circuivi & immolávi in ta-
bernáculo ejus hóstitiam vocife-
ratiónis : * cantábo , & psal-
mum dicam Dómino.

Diviso Psalmi 26.

Exaudi , Domine , vocem
meam quá clamávi ad te : *
miserére mei , & exaudi me.

Tibi dixit cor meum , Ex-
quisívit te fácies mea : * fá-
ciem tuam , Dómine , requí-
ram.

Ne avertas fáciem tuam à
me : * ne declínes in ira à servo
tuo.

Adjutor meus esto , ne de-
relinquas me , * neque despí-
cias me , Deus salutaris meus ;

Quóniam pater meus & ma-
ter mea dereliquerunt me : *
Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi , Dómi-
ne , in via tua ; * & dirige me
in sémitam rectam propter ini-
mícos meos.

Ne tradideris me in ánimas
tribulántiū me ; * quóniam in-
surrexérunt in me testes iníqui,
& mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómi-
ni * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum , viriliter
age ; * & confortétur cor
tuum , & sústine Dóminum.

Psalmus 83.

Quam dilecta tabernácu-
la tua , Dómine virtú-
tum ! * concupiscit & déficit
ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Dómine virtutum, * Rex meus & Deus meus!

Beati qui habitant in domo tua, Dómine: * in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo dispósuit, in valle lacrymarum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.

Dómine, Deus virtutum, exaudi orationem meam, * auribus percipe, Deus Jacob.

Protektor noster, aspice, Deus, * & respice in faciem christi tui;

Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei, * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum;

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus; * gratiam & gloriam dabit Dóminus.

Non privabit bonis eos qui ambulat in innocentia: * Dómine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

An. Credo videre bona Dómini in terra viventium. *Pf. 26.*

Capitulum. Hebr. II. **E**st fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium.

R. br. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Dómine, * Quam abscondisti timentibus te: Quam magna.

¶ Perfecisti eis * qui sperant in te, * Quam abscondisti. Glória Patri. Quam magna. *Pf. 30.*

¶ Narraverunt mihi iniqui fabulationes; R. Sed non ut lex tua. *Pf. 118.*

A D S E X T A M.

An. 8. G. Venite, filii.

Psalms 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit: * in loco pascuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * animam meam convertit.

Deduxit me super sémitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timebo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculo tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: * & castus meus inebrians quàm præclarus est!

Et misericórdia tua subsecuetur me * ómnibus diebus vitæ meæ;

Et ut inhábitem in domo Dñi, * in longitudinem dierum.

Psalms 33.

Benedicam Dóminum in omni tempore: * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea: * audiant mansueti, & lætentur.

cordatus est misericordiz suz.

Pf. 97.

A D WWW.E.S.P.E.R.A.S.

Ant. 2. D. Crédidi.

Psalms 115.

CRédidi, propter quod locutus sum; * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino * pro ómnibus quæ retribuit mihi?

Cálicem salutaris accipiam, * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspectu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus; * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti víncula mea; * tibi sacrificábo hóstitiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dómini, in médio tui, Jerúsalem.

Ant. Crédidi, propter quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis.

Ant. 1. g. Confitebor.

Psalms 137.

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum,

Et confitebor nómini tuo super misericórdia tua & veritate tua; * quóniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtutē.

Coníteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ, * quia audierunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini;

Quóniam excelsus Dóminus, & humilia respicit, * & alta à longè cognoscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & super iram inimicórum meórum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retribuet pro me: * Dómine, misericórdia tua in séculum: ópera mánuum tuarum ne despicias.

Ant. Confitebor nómini tuo, Dómine, super misericórdia tua & veritate tua.

Ant. 7. d. Generatio.

Psalms 144.

Exaltábo te, Deus meus rex; * & benedicam nómini tuo in séculum, & in séculum séculi.

Per singulos dies benedicam tibi; * & laudábo nomen tuum in séculum, & in séculum séculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * & magnitudinis ejus non est finis.

Generatio & generatio laudábit ópera tua, * & potentiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitatis tuæ loquentur, * & mirabilia tua narrábunt.

Et virtutem terribilium tuórum dicent, * & magnitudinem tuam narrábunt.

Memóriam

Memóriam abundantíæ suavitatis tuæ cruciábunt, * & iustitiã tuã exultábunt.

Ant. Generatio & generatio laudábit ópera tua, & potentiam tuam pronuntiábunt.

Ant. 4. *D.* Fidélis.

Divisio Psalmi 144.

Miserátor & misericors Dóminus; * pásiens, & multum misericors.

Suavis Dóminus uníversis, * & miseratione ejus super ómnia ópera ejus.

Constitute tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & facti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, * & potentiam tuam loquentur;

Ut notam faciant filiis hóminum potentiam tuam, * & gloriã magnificentiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium seculórum; * & dominatio tua in omni generatione & generationem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui corruunt, * & erigit omnes álios.

Oculi ómnium in te sperant, Dómine; * & tu das escam illórum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam, * & implet omne animal benedictione.

Ant. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, & factus in ómnibus opéribus suis.

Ant. 8. c. Prope est Dñs.

Altera divisio Psalmi 144.

Iustus Dóminus in ómnibus vis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Pars Hymnalis.

Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritate.

Voluntatem timéntium se faciet, & deprecationem eórum exáudiet, * & salvos faciet eos.

Custódit Dóminus omnes diligentes se, * & omnes peccatóres disperdet.

Laudationem Dómini loquétur os meum; * & benedicat omnis caro nómini sancto ejus in séculum, & in séculum séculi.

Ant. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum in veritate.

Capitulum. Rom. 10.

Corde créditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim est distinctio Judæi & Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum.

Hymnus.

O Fortis, ó clemens Deus, Salutis auctor, tu fidem Nostri potenter infere, Germen salutis, cordibus.

Hinc omne robur dúcimus: Hæc arma nobis; hoc manus Protecta scuto, flámmea Retundet hostis spicula.

Hinc fundimus preces tibi Sacri sub umbra nominis, Quo nítitur spes ómnium Uno salutis pignore.

Placátus illo nómine, Labántibus feres opem, Dabisque, sanctam dégenes Ne víra derupet fidem.

Sit laus Patri, laus Filio: .

E

98. *Feriá quintá ad Completorium.*

Par sit tibi laus, Spiritus,
Infusa per quem cordibus
Relucet imis veritas. Amen.

✠. Os meum annuntiabit
justitiam tuam, R. Totá die
salutare tuum. Pf. 70.

Ad Magnificat. Ant. 7. G.
Potens est Dóminus, & san-
ctum nomen ejus. Luc. 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. f. Salvum me fac.
Psalms 11.

Salvum me fac, Dómine,
quóniam defécit sanctus;
✠ quóniam diminútæ sunt
veritates à filiis hóminum.

Vana locúti sunt unusquis-
que ad próximum suum: ✠ lá-
bia dolósa, in corde & corde
lócuti sunt.

Disperdat Dóminus univer-
sa lábia dolósa, ✠ & linguam
magniloquam;

Qui dixérunt: Linguam no-
stram magnificábimus, lábia
nostra à nobis sunt: ✠ quis no-
ster Dóminus est?

Propter misériam inopum,
& gémitum páuperum, ✠ nunc
exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári: ✠ fidu-
cialiter agam in eo,

Elóquia Dómini, elóquia
casta: ✠ argentum igne exa-
minátum, probátum terræ,
purgátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos: ✠
& custódies nos à generatióne
hac in æternum.

In circúitu impii ámbulant: ✠
secundum altitúdnem tuam
multiplicasti filios hóminum.

Psalms 38.

Dixi: Custódiam vias
meas, ✠ ut non delin-
quam in lingua mea.

Pósul ori meo custódiam, ✠
cum consisteret peccátor ad-
versum me.

Obinútui, & humiliátus
sum, & sílvi à bonis; ✠ & do-
lor meus renovátus est.

Concaluit cor meum intrá
me, & in meditatióne mea
exardescet ignis: ✠ locútus
sum in lingua mea.

Notum fac mihi, Dómine,
finem meum, & número-
rum diérum meórum, quis est; ✠
ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuisti
diés meos; ✠ & substántia mea
tanquam nihilum ante te.

Verúntamen universa vání-
tas, ✠ omnis homo vivens.

Verúntamen in imágine
pertransit homo; ✠ sed & fru-
strá conturbátur.

Theaurizat, ✠ & ignorat
cui congregábit ea.

Et nunc quæ est expectatio
mea? nonne Dóminus? ✠ &
substántia mea apud te est.

Diviso Psalmi 38.

AB ómnibus iniquitatibus
meis erue me: ✠ oppro-
brium insipienti dedisti me.

Obmútui, & non apéruí os
meum; ✠ quóniam tu fecisti.

Amove à me plagas tuas: ✠
à fortitúdi- ne manús tuæ ego
deféci.

In incroptiónibus propter
iniquitatem corripuisti hómi-
nem, & tabescere fecisti sicut
araneam ánimam ejus: ✠ ve-
rúntamen vanè conturbátus
omnis homo.

Exaudi orationem meam,
Dómine, & deprecationem
meam: ✠ áuribus percípe lacry-
mas meas.

Ne timeas, quoniam advena
ego sum apud te, & peregrinus,
* sicut omnes partes
mei.

Remitte mihi ut refrigerer,
priusquam abeam; * & ampli-
us non ero.

Ant. Salvum me fac; Dô-
mine, quoniam diminutæ sunt
veritates à filiis hominum.

Pf. 11.

F E R I A S E X T A .
AD OFFICIUM NOCT.

Invitat. Venite, adorémus,
& prociidámus ante Deum:
* Profémus coram Dómino
qui fecit nos.

Psalms 94. Venite. 2.

Hymnus.

JAm sanctius moves opus,
Tecum, Deus, deliberans:
Mundo recentî principem,
Tibi que præconem paras.

Homo creatur: hunc sacro
Cœlestis oris hálitu

Succendis, & vivam tui
Spirâre das imâginem.

Ergo per omnes æquoris,
Telluris omnes & sinus
Regnabit: at, memor sui,
Deo minorem se gerat.

Heu, cæca cordis prâvitas!
Jugum rebellis excutit;
Deo superbus nec timet
Equare pulvis verticem.

Hinc quanta luctuum co-
hors

Incumbit orbi pèrdito!
O Christe, ni feras opem,
Spes tota fontes deserat.

Qui nos creâvit, laus Patri;
Qui nos redémît, Filio;
Cujus movémur hálitu,
Par sit tibi laus, Spíritus.

Amen.

Ant. 7. b. Contristatus sum.

Psalms 51.

Quid gloriâris in malle-
na, * qui potens es
in iniquitate?

Totâ die injustitiam cogitâ-
vit lingua tua: * sicut novâ-
cula acuta fecisti dolium.

Dilexisti malleam super be-
nignitatem, * iniquitatem ma-
gis quàm loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba præ-
cipitationis, * lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te
in finem: * evellat te, & emi-
grabit te de tabernaculo tuo,
& radicem tuam de terra vi-
ventium.

Videbunt iusti, & timé-
bunt, & super eum ridebunt; *
& dicent: Ecce homo qui
non posuit Deum adiutorem
suum;

Sed speravit in multitudine
divitiarum suarum, * & præ-
valuit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fru-
ctifera in domo Dei: * speravi
in misericordia Dei in æter-
num, & in sæculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum,
quia fecisti; * & expectabo
nomen tuum, quoniam ho-
num est in conspectu sancto-
rum tuorum.

Psalms 54.

Exaudi, Deus, orationem
meam, & ne despexeris
deprecationem meam: * inten-
de mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exerci-
tatione mea, * & conturbatus
sum à voce inimici, & à tri-
bulatione peccatoris;

Quoniam declinaverunt in
me iniquitates, * & in ira mo-
lesti erant mihi.

E ij

Cor meum concurbatum est
in me, * & formido mortis
cæcidit super me,

Timor & tremor venerunt
super me, * & contexerunt
me tenebræ,

Et dixi : Quis dabit mihi
pennas sicut columbæ? * &
volabo, & requiescam.

Ecce, elongavi fugiens, * &
mansi in solitudine,

Expectabam eum qui sal-
vum me fecit à pusillanimitate
spiritus, * & tempestate.

Præcipita, Domine, divide
linguas eorum; * quoniam vi-
di iniquitatem & contradictio-
nem in civitate.

Die ac nocte circumdabit
eam super muros ejus iniqui-
tas; * & labor in medio ejus,
& injustitia.

Et non defecit de platéis
ejus * usura & dolus,

Quoniam si inimicus meus
maledixisset mihi, * sustinuis-
sem utique;

Et si is qui oderat me, super
me magna locutus fuisset, *
abscondissem me forsitan ab
eo.

Tu verò, homo unánimis,*
dux meus & norus meus;

Qui simul mecum dulces
capiébas cibos; * in domo
Dei ambulávimus cum con-
sensu.

Veniat mors super illos, * &
descendant in infernum vivén-
tes;

Quoniam nequitiæ in habi-
táculis eorum, * in medio eó-
rum.

Ego autem ad Deum cla-
mávi; * & Dominus salvábit
me,

Divisio Psalmi 54.

VEsperè, & manè, & me-
ridiè narrábo & annun-
tiábo; * & exáudiet vocem
meam.

Rédimet in pace ánimam
meam ab his qui appropin-
quant mihi; * quoniam inter
multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliá-
bit illos, * qui est ante sécula.

Non enim est illis commutá-
tio, & non timuerunt Deum : *
extendit manum suam in re-
tribuendo,

Contamináverunt testamen-
tum ejus, divisi sunt ab ira
vultus ejus; * & appropinquá-
vit cor illius,

Molliti sunt sermões ejus
super ós eum; * & ipsi sunt
jacula,

Justa super Dóminum cu-
ram tuam, & ipse te enútriet : *
non dabit in æternam fluctuá-
tionem justo,

Tu verò, Deus, * deduces
eos in puteum interitús.

Viri sanguinù & dolósi non
dimidiábunt dies suos; * ego
autem sperábo in te, Domine.

Ant. Contristátus sum in
exercitátione mea, & contur-
bátus sum; quoniam decli-
navérunt in me iniquitatés.
Pf. 54.

Ant. 2. D. Ab insurgéntibus
in me.

Psalmus 58.

ERipe me de inimicis
meis, Deus meus; * &
ab insurgéntibus in me
libera me.

Eripe me de operántibus
iniquitatem, * & de viris san-
guinum salva me;

Quia ecce cepérunt ánimam
mea: * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque
peccátum meum; Dómine;
* sine iniquitate cucurri,
& direxi.

Exurge in occursum meum;
& vide; * & tu, Dómine
Deus virtutum; Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes
gentes: * non misereáris
ómnibus qui operantur iniqui-
tatem.

Convertentur ad vésperâ; *
& famem patientur ut canes,
& circuibant civitatem.

Ecce loquentur in ore suo,
& gladius in lábiis eórum; *
quóniam quis audivit?

Et tu, Dómine, deridebis
eos: * ad nihilum deduces
omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te
custodiám, quia Deus susce-
ptor meus es: * Deus meus,
misericórdia ejus prævéniet
me.

Diviso Psalmi 58.

Deus ostendet mihi super
inimicos meos: * ne
occidas eos, nequando obli-
viscantur pópuli mei.

Disperge illos in virtute
tua, * & depóne eos, protector
meus, Dómine.

Delictum oris eórum, ser-
mónem labiórum ipsórum; *
& comprehendantur in super-
bia sua.

Et de execratione & men-
dacio annuntiabuntur in con-
summatione; * in ira consum-
mationis, & non erunt.

Et scient quia Deus domi-
nabitur Jacob, * & finium
terrarum.

Convertentur ad véspe-
ram; & famem patientur ut
canes, & circuibant civita-
tem.

Ipsi dispergentur ad man-
ducandum; * si verò non
fuerint saturati, & murmurá-
bunt.

Ego autem cantábo forti-
tudinem tuam; * & exultábo
manu misericórdiam tuam;

Quia factus es susceptor
meus & refúgium meum * in
die tribulationis meæ.

Adjutor meus, tibi psal-
lam, quia Deus susceptor
meus es: * Deus meus, mise-
ricórdia mea.

Psalmus 60.

Exaudi, Deus, deprecá-
tionem meam: * intende
orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamá-
vi, dum anxietur cor meum: *
in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus
es spes mea, * turris fortitudi-
nis à facie inimici.

Inhabitábo in tabernáculo
tuo in sécula: * prótegar in
velamento glárium tuarum;

Quóniam tu, Deus meus,
exaudisti orationem meam, *
dedisti hæreditatem timenti-
bus nomen tuum.

Dies super dies regis adjé-
cies, * annos ejus usque in
diem generationis & genera-
tionis.

Permanet in æternum in
conspectu Dei: * misericór-
diam & veritatem ejus quis
requíret?

Sic psalmum dicam nomini
tuo in séculū séculi, * ut red-
dam vota mea de die in diem.

Ant. Ab insurgentibus in me libera me, Dómine, quia irruerunt in me fortes. *Pf.* 58.

Ant. 4. a. In conspectu.

Psalms 68.

S Aluum me fac, Deus, * quóniam intravérunt a- que usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profundi, * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris, * & tempestas demersit me.

Laboravi clamans, rauce facte sunt fauces meae: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui odorem me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniusti: * quos non noxi, tunc exolebam.

Deus, in scis insipientiam meam: * & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te, Dómine, * Dómine virtutum.

Non confundantur super me, * qui querunt te, Deus Israel.

Quóniam propter te sustinui opprobrium, * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meae.

Quóniam zelus domus tuae comedit me, * & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio ánimam meam; * & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * & factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta; * & in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te, Dómine: * tempus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiarum tuae exaudi me, * in veritate salutis tuae.

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum, * neque urgeat super me pateus os suum.

Diviso Psalmi 68.

EXaudi me, Dómine, quóniam benigna est misericordia tua: * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam à peccato tuo: * quóniam tribulor, velociter exaudi me.

Incede ánimae meae, & libera eam: * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis inopertium meum, & confusionem meam, * & reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: * inopertium expectavit cor meum, & miseriam.

Et sustinui qui simul contristarétur, & non fuit; * & qui consolarétur, & non inveni.

Et dederunt in escam meam fel; * & in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram
 ipsis in laqueum, * & in reci-
 tationes, & in scandalum.

Obscurentur oculi eorum,
 ne videant; * & dorsum eo-
 rum semper incurva.

Effunde super eos iram
 tuam; * & furor irae tuae com-
 prehendat eos.

Fiat habitatio eorum deser-
 ta; * & in tabernaculis eorum
 non sit qui inhabitet;

Quoniam quem tu percus-
 sisti, persecuti sunt; * & super
 dolorem vulnerum meorum
 addiderunt.

Appone iniquitatem super
 iniquitatem eorum; * & non
 intrent in iustitiam tuam.

Deleantur de libro viventi-
 um; * & cum iustis non scri-
 bantur.

Altera Divisio Psalmi 68.

Ego sum pauper & dolens; *
 Salus tua, Deus, suscepit
 me.

Laudabo nomen Dei cum
 cantico, * & magnificabo eum
 in laude.

Et placebit Deo super vitu-
 lum novellum, * cornua pro-
 ducentem & ungulas.

Videant pauperes, & la-
 tentur; * quaerite Deum, &
 vivet anima vestra;

Quoniam exaudivit paupe-
 res Dominus, * & victos suos
 non desepxit.

Laudent illum caeli & ter-
 ra, * mare, & omnia reptilia
 in eis.

Quoniam Deus salvam fa-
 ciet Sion, * & aedificabuntur
 civitates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * &
 haereditate acquirant eam.

Et semen servorum eius pos-
 sidebit eam; * & qui diligit
 nomen eius, habitabunt in ea.

Ant. In conspectu tuo sunt
 omnes qui tribulant me:
 improprium expectavit cor
 meum, & miseriam.

Ps. Die ac nocte gravata est
 super me manus tua: *Re.* Con-
 versus sum in aeterna mea,
 dum configitur spina. *Ps.* 31.

Pater noster.

Ps. Sacerd. Laudans invocabo
 Dominum; *Re.* Et ab ini-
 micis meis salvus ero. *Ps.* 17.

A D L A U D E S.

Ant. 1. a. Auribus.

Psalmus 53.

Deus, in nomine tuo
 salvum me fac, * & in
 virtute tua iudica me.

Deus, exaudi orationem
 meam; * auribus percipe ver-
 ba oris mei;

Quoniam alieni insurrexe-
 runt adversum me, & fortes
 quaesierunt animam meam, *
 & non proposuerunt Deum
 ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat
 me; * & Dominus susceptor
 est animae meae.

Averte mala inimicis meis; *
 & in veritate tua disperde
 illos.

Voluntarie sacrificabo ti-
 bi; * & confitebor nomini tuo,
 Domine, quoniam bonum est:

Quoniam ex omni tribula-
 tione eripuisti me; * & super
 inimicos meos desepxit oculus
 meus.

Ant. Auribus percipe, Dó-
 mine, verba oris mei; quón-
 iam alieni insurrexerunt ad-
 versum me.

Ant. 7. c. Deus meus.

In te, Dómine, sperávi,
non confundar in æternum:
* in iustitia tua libera me,
& eripe me.

Inclina ad me autem tuam,
& salva me.

Esto mihi in Deum protectórem,
& in locum munitum,
* ut salvum me facias;

Quóniam firmamentum meum
* & refúgium meum es tu.

Deus meus, eripe me de manu peccatóris,
* & de manu contra legem agentis,
& iniqui;

Quóniam tu es patientia mea,
Dómine: * Dómine, spes mea
à juventute mea.

In te confirmatus sum ex utero:
de ventre matris meæ tu es protector meus;
* in te exultatio mea semper.

Tanquam prodigium factus sum multis,
* & tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude,
et cantem gloriam tuam,
* tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis:
* eum defecerit vitus mea,
ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mihi;
* & qui custodiebant animam meam,
consilium fecerunt in unum,

Dicentes: Deus dereliquit eum;
persequimini & comprehendite eum,
* quia non est qui eripiat.

Deus, ne elongeris à me: * Deus meus,
in auxilium meum respice.

Confundantur & deficiant

detrahentes animæ meæ: * operiantur confusione & pudore qui quaerunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo;
* & adjiciam super omnem laudem tuam.

Ant. Deus meus, eripe me de manu peccatóris;
quóniam tu es patientia mea.

Ant. 3. d. Lingua mea.

Divisio Psalmi 70.

Os meum annuntiabit iustitiam tuam,
* tota die salutare tuum.

Quóniam non cognovi literaturam,
introsbo in potestas Dómini:
* Dómine, memorabor iustitiarum tuarum solum.

Deus, docuisti me à juventute meá;
* & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam & senium:
* Deus, ne derelinquas me;

Donec annuntiem brachium tuum
* generationi omni qua ventura est.

Potentiam tuam & iustitiam tuam,
Deus, usque in altissima qua fecisti magnalia:
* Deus, quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas,
& malas? * & conversus vivificasti me,
& de abyssis terrarum iterum reduxisti me.

Multipicasti magnificentiam tuam;
* & conversus, consolatus es me.

Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam,
Deus: * psallam tibi in cithara,
Sanctus Israel.

Exultabunt labia mea cum captávero tibi:
* & anima mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea totá die meditábitur iustítiam tuam, * cum confúsi & réveriti fuerint qui querunt mala mihi.

An. Lingua mea totá die meditábitur iustítiam tuam, cum confúsi & réveriti fuerint qui querunt mala mihi.

An. 8. G. Cum irátus fueris. *In Feriis, Canticum Habacuc.*

Cap. 3.

Domine, audívi auditió-
nem tuam, * & tímui.

Dómine, opus tuum * in
medio annórum vivífica illud.

In medio annórum notum
facies: * cum irátus fueris,
misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * &
sanctus de monte Pharan.

Opérut coelos glória ejus, *
& laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit,
eórnua in má nibus ejus: * ibi
abscóndita est fortitúdo ejus.

Ante faciém ejus ibit mors; *
& egrediétur diábolus ante pe-
des ejus.

Stetit, & mensus est ter-
ram: * aspexit, & dissolvit
gentes; & contriti sunt mon-
tes séculi.

Incurváti sunt colles mun-
di * ab itinéribus æternitátis
ejus.

Pro iniquitate vidi tentória
Ethiopiæ: * turbabuntur pel-
les terræ Mádtian.

Númquid in flumínibus irá-
tus es, Dómine? * aut in flu-
mínibus furor tuus? vel in mari
indignatio tua?

Qui ascendes super equos
tuos, * & quadrigæ tuæ sal-
vário;

Suscitans suscitábis arcum.

tuum: * juramenta tribubus
quæ locúrus es.

Fluvios scindes terræ: vidé-
runt te, & doluerunt montes; *
gurges aquarum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam: *
altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna steterunt in há-
bitáculo suo: * in luce sagit-
tarum tuarum ibunt, in splen-
dóre fulgurantis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis ter-
ram: * & in furóre obstupefá-
cies gentes.

Egressus es in salutem pó-
puli tui, * in salutem cum
christo tuo.

Percussisti caput de domo
ímpii; * denudasti fundamen-
tum ejus usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus, cá-
piti bellatórum ejus, * veniénti-
bus ut turbo ad dispergendum
me.

Exultatio eórum, * sicut ejus
qui devorat páuperem in ab-
scóndito.

Viam fecisti in mari equis-
tuis, * in luto aquarum multá-
rum.

Audívi, & conturbátus est
venter meus: * à voce contra-
muérunt lábia mea.

Ingridiátur putredo in óssi-
bus meis, * & subter me scá-
tear;

Ut requiescam in die tribu-
latiónis, * ut ascendam ad pó-
pulum accinctum nostrum.

Ficus enim non florébit; *
& non erit germen in vineis.

Mentiétur opus olivæ; * &
arva non afferent cibum.

Abscindétur de ovili pecus; *
& non erit armentum in præ-
sépiibus.

Ego autem in Dómino gaudebo, * & exultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus, fortitúdo mea; * & ponet pedes meos quasi cervórum.

Et super excelsa mea delectet me victor * in psálmis canentem.

Anr. Cùm irátus fueris, Dómine, misericórdiæ recordaberis.

[*In Festis; Canticum. Matz 26.*

U Rbs fortitúdinis nostræ Sion: * Salvátor ponétur in ea murus & antemurale.

Aperíte portas, * & ingreditúr gens jústa, custódiens veritátem.

Vetus error ábit: servábit pacem; * pacem, quia in te sperávimus.

Sperastis in Dómino in seculis æternis, * in Dómino Deo fortí in perpétuum.

Quia incurvábít habitátes in excelso, * civitatém sublimem humiliábit.

Humiliábit eam usque ad terram, * détrahet eam usque ad pulverem.

Conculcábit eam pes, * pedes páuperis, gressus egenórum.

Sénita jústi recta est, * rectus cælis jústi ad ambulandum.

Et in sénita júdisiórum tuórum, Dómine, sustinúimus te: * nomen tuum, & memoriále tuum in desiderio animæ.

Anima mea desiderávit te in nocte; * sed & spíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

Cùm féceris júdicia tua in terra, * jústitiam discent habitátóres orbis.

Misereámur impio, & non discet jústitiam: * in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit glóriam Dómini.

Dómine, exaltétur manus tua; * & non videant:

Videant, & confundantur zelantes pópuli; * & ignis hostes tuos devoret.

Dómine, dabis pacem nobis; * omnia enim ópera nostra operátus es nobis.]

Anr. 4. D. Laudábo.

Psalmus 145

L Auda, ánima mea, Dóminum: * laudábo Dóminum in vita mea; psallam Deo meo quámdiu vivo.

Nocté confidere in princípibus; * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus eius, & revertetur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjátor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsius, * qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in seculum, facit júdicium injúriam paténtibus, * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus erigit elisos: * Dóminus diligit iustos.

Dóminus custódit advenas: pápillam & víduam suscipiet; * & vias peccatórum disperdet.

Regnábít Dóminus in secula: * Deus tuus, Sion, in generatióem & generatióem.

Ant. Laudabo in vita mea alto, illuminare his qui in
Dominum, qui facit iudicium tenebris & in umbra mortis
injuriam patientibus. *Luc. 1.*

Capitulum. Isaiæ 33.

Domine, miserere nostris;
De enim expectavimus:
esto brachium nostrum in ma-
ne, & salus nostra in tempore
tribulationis.

Hymnus.

Ultricibus nos undique
Dum saucias telis, Deus,
Quis ferre, te praeter, queat
Mœrentibus solatium?

Mundus facessat: nō opis

Favore praestit fecit:

Fallacibus quin asperat

Alitque fomentis malum.

Flagella nos terrent tua;

Non illa spern demunt tamen:

Quæ ferre nos jubes, Pater,

Fiant medela vulnerum.

At impetus libidinum

Ferocientes comprime;

Hæc vera nos vexant mala,

Sanare quæ solus potes.

Quid ergo cessas? ingruunt

Insus forisque praelia;

Hosti-ne præda mens erit

Christi redempta sanguine?

Audis precantes: anxie

Spes-blanda jam menti redit:

O Christe, terros mors tua

Mortis pavores discutit.

Sit Trinitati gloria;

Quæ sic flagellis quos amat

Exercet, ut clementiæ

Rursus recordetur suæ.

Amen.

¶ Exultabo manē misericordi-
am tuam; R. Quia factus
es susceptor mens in die tribu-
lationis. *Pf. 18.*

Ad Benedictus. Ant. 8. G.

Per viscera misericorditæ Dei
nostri visitavit nos oriens ex

A D P R I M A M.

Ant. 3. c. Exurge.

Psalms 43.

DEus, auribus nostris
Audi vimus, patres no-
stri annuntiaverunt no-
bis opus * quod operatus es
in diebus eorum, & in diebus
antiquis.

Manus tua gentes disperdi-
dit, & plantasti eos: * afflixisti
populos, & expulisti eos.

Nec enim in gladio suo
possederunt terram, * & brachium
eorum non salvavit eos:

Sed dextera tua, & brachium
tuum; & illuminatio
vultus tui; * quoniam com-
placuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, &
Deus meus, * qui mandas
salutes Jacob.

In te inimicos nostros venti-
labimus cornu, * & in nomine
tuo spernemus insurgentes in
nobis.

Non enim in arcu meo spe-
rabo, * & gladius meus non
salvabit me.

Salvast enim nos de affi-
gentibus nos, * & odientes
nos confundisti.

Divisio Psalmi 43.

IN Deo laudabimur totâ
die; * & in nomine tuo
confitebimur in seculum.

Nunc autem repulisti, &
confundisti nos; * & non egre-
diaris, Deus, in virtutibus
nostris.

Avertisti nos retrorsum post
inimicos nostros; * & qui
oderunt nos, diripiabant nos.

Dedisti nos tanquam oves escárum, * & in géntibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine pretio, * & non fuit multitudo in computationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, * subsannatione & derisum his qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem gentibus, * commotionem capitis in populis.

Tota die, verecundia mea contra me est; * & confusio faciei meae cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis, * a facie inimici & persequentis.

Hae omnia venerunt super nos; nec oblitus sumus te, * & inique non egimus, in testamento tuo.

Et non recessit retrò cor nostrum, * & declinasti semitas nostras, a via tua;

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, * & cooperuit nos umbra mortis.

Altera divisio Psalmi 43.

SI oblitus sumus nomen Dei nostri, * & si expandimus manus nostras ad deum alienum:

Nonne Deus requireret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur, tota die, * estimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge, quare obdormis, Dómine? * exurge, & ne repellas in funem.

Quare faciem tuam averte? * oblivisceris inopiae no-

strae & tribulationis nostrae?

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, * conglutinatus est in terra ventres noster.

Exurge, Dómine, adjuva nos; * & redime nos propter nomen tuum.

Ant. Exurge, quare obdormis, Dómine? exurge, & ne repellas in funem.

A D T E R T I A M.

Ant. 2, D. Circumdederunt.

Psalmus 39.

EXpectans, expectavi Dóminum, * & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas; * & eduxit me de lacu miseriae, & de luto faecis.

Et statuit super petram pedes meos, * & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt; * & sperabunt in Dómino.

Beatus vir, cuius est nomen Dómini spes ejus, * & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine Deus meus, mirabilia tua; * & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi & locutus sum; * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti; * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato non postulasti; * tunc dixi, Ecce venio,

In cápite libri scriptum est de me , ut fácerem voluntátem tuam : * Deus meus , vó-
lú , & legem tuam in médio cordis mei.

Diviso Psalmi 39.

Anuntiávi iustitiam tuam in ecclésia magna ; * ec-
ce lábia mea non prohibébo :
Dómine , tu scisti.

Iustitiam tuam non abscon-
di in corde meo : * veritátem
tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericór-
diam tuam & veritátem tuam *
à concílio multo.

Tu autem , Dómine , ne
longè fácias miseratiónes tuas
à me : * misericórdia tua &
véritas tua semper suscéperunt
me.

Quóniam circumdederunt
me mala , quorum non est
númerus ; * comprehendunt
me iniquitátes meæ , & non
póui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super ca-
pillos cápitis mei ; * & cor
meum dereliquit me.

Compláceat tibi , Dómine ,
ut éruas me : * Dómine , ad
adjuvandum me respice.

Confundantur & reverean-
tur simul , qui quærunt animá
meam , * ut auferant eam.

Convertantur retrórsùm , &
vereantur , * qui volunt míhi
mala.

Feracónfestim confusió-
nem suam , * qui dicunt míhi :
Eugo , eugo.

Exultent & lætentur super
te omnes quærentes te ; * &
dicant semper , Magnificétur
Dóminus , qui diligit salu-
táre tuum.

Ego autem mendicus sum
& pauper : * Dóminus solli-
citus est mei.

Adjutor meus , & protector
meus tu es : * Deus meus , ne
tardáveris.

Psalmus 57.

Si verè útique iustitiam lo-
quámini , * recta iudicáte ,
fílii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes
operámini ; * in terra inju-
stítias manus vestráz concin-
nant.

Aliénati sunt peccatóres à
vulva , erravérunt ab útero : *
locúti sunt fálsa.

Furor illis secundùm simi-
túdinem serpentis : * sicut ásp-
pidis surdæ , & obrurantis au-
res suas ;

Quæ non exáudiet vocem
incantántium , * & venefíci-
incantantis sapienter .

Deus cónteret dentes eó-
rum in ore ipsórum : * mola-
leónum confringet Dóminus.

Ad nihilum devénient tañ-
quam aqua decurrens : * inten-
dit arcum suum donec infir-
mentur.

Sicut cera quæ stñit , aufe-
rentur : * supercécidit ignis ,
& non vidérunt solem.

Priusquàm intelligerent spi-
næ vestráz rhamnám ; * sicut
viventés , sic in ira absorbét
eos.

Lætábitur iustus cùm vidé-
rit vindictám : * manus suas
lavábit in sángine peccatóris .

Er dicet homo : Si útique
est fructus iusto , * útique est
Deus iudicans eos in terra .

Ans. Circumdederunt me
mala quórum non est númerus .

rus: compláceat tibi, Dómine, ut éruas me. *Pf.* 39.

Capitulum. 2. Cor. 1.

Supra modum graváti sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos étiám vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non sumus fidentes in nobis, sed in Deo qui súscitat mortuos; qui de tantis periculis nos eripuit, & éruit; in quem speramus quóniam & adhuc eripiet.

R. br. Multiplicáti sunt, * Qui odérunt me gratis. Multiplicáti sunt. * Confortáti sunt * qui persecúti sunt me injustè, * Qui. Glória Patri. Multiplicáti sunt. *Pf.* 68.

* Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuam à me: *R.* Ad defensionem meam cónspice. *Pf.* 21.

A D S E X T A M.

Ant. 5. a. Potum meum.

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas faciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóclter exaudi me;

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum; * quia oblitus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhæsit os meum carni meæ,

Similis factus sum pellicano solitudinis: * factus sum sicut hyrcorax in domicilio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimici mei, * & qui laudábant me, adversum me jurábant.

Quia cinerem tanquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam,

A facie iræ & indignationis tuæ; * quia elevas allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt; * & ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Dómine, in æternum pérmans; * & memoriale tuum in generationem & generationem.

Divisio Psalmi 101.

TU exurgens miseréberis Sion, * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus;

Quóniam placuerunt servis tuis lápidés ejus, * & terræ ejus miserebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória sua.

Respexit in orationem humílium, * & non sprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatione altera: * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum;

Quia prospexit de excelso sancto suo: * Dóminus de celo in terram aspexit;

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret filios interemptórum;

Ut annúncient in Sion no-
men Dómini, * & laudem
ejus in Jerúsalem,

In conveniendo pópulos in
unum, & reges, * ut sérviant
Dómino.

Respondit ei in via virtú-
tis suæ : * Paucitátem diérum
meórum núnctia mihi.

Ne révoques me in dimidto
diérum meórum : * in genera-
tiónem & generatiónem anni
tui.

Altera divisio Psalmi 101.

Iníctio tu, Dómine, terram
fundastí : * & ópera má-
nuum tuárum sunt cœli.

Ipsi peribunt ; * tu autem
pérmanes :

Et omnes sicut vestimentum
veterascent ; * & sicut oper-
tórium mutábis eos, & muta-
buntur.

Tu autem idem ipse es, * &
anni tui non deficient.

Filii servórum tuórum habi-
tábunt ; * & semen eórum in
seculum dirigétur.

Ant. Potum meum cum fle-
tu miscébam, à facie iræ &
indignatiónis tuæ, Dómine.

Capitulum. Hebr. 12.

Vobis, tanquam filiis,
lóquitur [Deus] dicens :
Fili mi, noli negligere disci-
plínam Dómini, neque fati-
gêris dum ab eo argúeris :
quem enim diligit Dóminus,
castigat ; flagellat autem om-
nem filium quem récipit. In
disciplína perseveráte.

R. br. Ego, Dómine, * In
flagella parátus sum. Ego. * Et
dolor meus * in conspectu meo
semper : * In flagella. Glória
Patri. Ego.

* Dómine, ante te omne
desidérium meum ; R. Et gé-
mitus meus à te non est ab-
scónditus. *Pf.* 37.

A D N O N A M.

Ant. 6. F. Deus meus.

Psalmus 21.

DEus, Deus meus, ré-
spice in me : quare me
dereliquisti ? * longè
à salute mea verba delictórum
meórum.

Deus meus, clamábo per
diem, & non exáudies ; * & no-
cte, & non ad insipiéntiá mihi.

Tu autem in sancto hábi-
tas, * laus Israel.

In te speravérunt patres no-
stri : * speravérunt, & libe-
rasti eos.

Ad te clamavérunt, & sal-
vi facti sunt : * in te speravé-
runt, & non sunt confúsi.

Ego autem sum vernis &
non homo ; * oppróbrium hó-
minum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deri-
sérunt me : * locúti sunt lábiis,
& movérunt caput.

Sperávit in Dómino, eri-
piat eum ; * salvum faciat
eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extra-
xisti me de ventre ; * spes mea
ab ubéribus matris meæ.

In te pro'ectus sum ex úte-
ro : * de ventre matris meæ
Deus meus es tu.

Divisio Psalmi 21.

DEus meus] ne discesse-
ris à me, * quóniam
tribulatio próxima, est quó-
niam non est qui ádjuvet.

Circumdederunt me vituli
multi : * tauri pingues obsede-
runt me.

Aperuerunt super me os suum , * sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum , * & dispersa sup̄ omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea , & lingua mea adhæsit faucibus meis ; * & in pulverem mortis deduxisti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi ; * concilium malignántium obsédit me.

Foderunt manus meas & pedes meos : * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me : * divisérunt sibi vestimenta mea , & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem , Dómine , ne elongáveris auxilium tuum à me : * ad defensionem meam cónspice.

Erue à frámea , Deus , animam meam , * & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leónis , * & à cornibus unicórnium humilitatem meam.

Narrábo nomen tuum fratribus meis : * in medio ecclesie laudábo te.

Alterá divisio Psalmi 21.

Qui timétis Dóminum , * laudáte eum : * universú semen Jacob , gloriificáte eum.

Timeat eum omne semen Israel ; * quóniam non sprevit neque desepxit deprecationem páuperis.

Nec avertit faciém suam à me ; * & cum clamárem ad eum , exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesiis magna : * vota mea reddam in conspectu timéntium eum.

Edent páuperes , & saturabuntur ; & laudábunt Dóminum qui requirunt eum : * vivent corda eórum in séculum séculi.

Reminiscentur & convertentur ad Dóminum * universi fines terræ.

Et adorábunt in conspectu ejus * universæ famliæ gentium ;

Quóniam Dómini est regnum , * & ipse dominábitur géntium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet ; * & semen meum serviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generatio ventúra ; * & annuntiábunt celi justitiam ejus populo qui nascetur , quem fecit Dóminus.

Ant. Deus meus , quare me dereliquisti ? longè à salute mea verba delictórum meórum.

Capitalum. Thren. 5.

Quare in perpétuum oblivisceris nostri ? derelinques nos in longitudine diérum ? Convertete nos , Dómine , ad te , & convertémur : innova dies nostros , sicut à principio ; sed projiciens repulistí nos , irátus es contra nos vehementer.

Et. br. Usquequò , Dómine , * Oblivisceris me in finem ? Usquequò , * Usquequò exaltábitur * inimicus meus super

me? * Oblivisceris me in fine Glória. Usquequod. *Pf. 12.*
 7. Exurge, Dómine Deus, exaltetur manus tua: *R.* Ne obliviscaris páuperum. *Pf. 9.*

AD VESPERAS.

Ant. 4. A. Supra dorsum.

Psalms 128.

Sepè expugnaverunt me à juventute mea, * dicat nunc Ísrael.

Sepe expugnaverunt me à juventute mea; * etenim non poterunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: * prolongaverunt iniquitatem suam.

Dóminus justus * concidit cervices peccatorum.

Confundantur & convertantur retrorsum * omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fenenum tectórum, * quod, priusquam eleváretur, exaruit:

De quo non implevit manum suam, qui metit; * & finem suum, qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: *Benedictio Dómini super vos: * benediximus vobis in nómine Dómini.*

Ant. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.

Ant. 2. D. Posuisti.

Psalms 138.

Domine, probasti me, & cognovisti me: * tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: * semitam meam, & funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti, * quia non est sermo in lingua mea.

Ecece, Dómine, tu cognovisti omnia, novissima & antiqua: * tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: * confortata est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à facie tua fugiam?

Si ascendero in cœlum, tu illic es: * si descendero in infernum, ades:

Si sumpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illuc manus tua deducet me, * & tenébit me dextera tua.

Et dixi: *Fórsitan tenebræ conculcábunt me; * & nox illuminatio mea in deliciis meis.*

Quia tenebræ non obscurabuntur à te; & nox sicut dies illuminabitur: * sicut tenebræ ejus, ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: * suscepisti me de útero matris meæ.

Ant. Posuisti super membrum tuam, Dómine: quò à facie tua fugiam?

Ant. 6. F. Confitebor tibi.

Divisio Psalmi 138.

Confitebor tibi, [Dómine] quia terribiliter magnificatus es; * mirabilia ópera tua, & ánima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: * & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui; & in libro tuo omnes scribentur dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: * nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: * exutresi, & adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores: * viri sanguinum, declinate a me;

Quia dicitis in cogitatione: * Accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? * & super inimicos tuos tabescbam?

Perfecto odio oderam illos; * & inimici facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum: * interroga me, & cognosce semitas meas;

Et vide si via iniquitatis in me est, * & deduc me in via aeterna.

Ant. Confitebor tibi, Domine, quia terribiliter magnificatus es; anima mea cognoscat nimis.

Ant. 3. b. Custodi me, Domine.

Psalms 139.

ERipe me, Domine, ab homine malo: * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde: * tota die constituebant praelia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: * venenum aspidum ab labiis eorum.

Custodi me, Domine, de

manu peccatoris; * & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: * abscondentur superbi laqueum mihi,

Et funes extendunt in laqueum: * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino: Deus meus es tu; * exaudi, Domine, vocem deprecationis meae.

Ant. Custodi me, Domine, de manu peccatoris.

Ant. 7. c. Domine, Domine.

Divisio Psalmi 139.
Domine, Domine, virtus salutis meae, * obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me; ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circumitus eorum; * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones: in ignem deicies eos; * in inferniis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra: * virum inustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus iudicium inopis, * & vindictam pauperum.

Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo; * & habitabunt recti cum vultu tuo.

Ant. Domine, Domine, virtus salutis meae, ne derelinquas me.

Capitulum. Hebr. 12.

DEponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus

ad propósitū nobis certámen ;
aspicientes in auctórem fidei
& consummatórem Jesum ,
qui , propósito sibi gáudio , sú-
stinuit crucem , confusióne
contemptá.

Hymnus.

Lugéte , pacis Angeli :
Mortális en ultró Deus ,
Culpæ gerens imáginem ,
Pœnam nocentium sústinet.

Amóris ó miráculum !
O cordis húmáni stupor !
Insóns Deus neci datur ;
Pigebit & fontes pati !

Nos sempiternis crux tua ,
O Chríste , flammis éruit :
Híc ure , vindex , híc seca ,
Parcas in æternum modó.

Caro réclámat ; sed Patrís
Urget voluntas : nos tuá
Virgine da fortes sequi ,
Jesu , quod exemplo doces.

Livóre sanátos tuo ,
Tuoque lotos sanguine ,
Peccando ne novam sinas
Paráre nos tibi crucem.

Qui Filium tradit , Patri ,
Natoque sit laus víctimæ :
Pax sit tibi laus , qui sacram
Succendis aram , Spiritus.

Amen.

¶ Clamávi ad te , Dómine ,
totá die : R. Expandi ad te ma-
nus meas. *Pf.* 87.

Ad Magnificat. Ant. 1. D.
Fecit Dóminus poténtiam in
bráchio suo : disperfit superbo
mente cordis sui. *Luc. 1.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Dómine.

Psalmus 37.

Domine , ne in furóre
tuo árguas me , * ne-
que in irâ tua corri-
pias me ;

Quóniam sagittæ tuæ infi-
ræ sunt mihi , * & confirmaſti
super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea
à fácie iræ tuæ : * non est pax
óssibus meis à fácie peccató-
rum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ
supergressæ sunt caput meum : *
& sicut onus grave gravatæ
sunt super me.

Putruérunt & corruptæ sunt
cicatrices meæ , * à fácie inſi-
piéntiæ meæ.

Miser factus sum & cur-
vátus sum usque in finem : *
totá die contristátus ingredie-
bar.

Quóniam lumbi mei im-
pléti sunt illusió nibus ; * &
non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliátus
sum nimis : * rugiebam à gé-
mitu cordis mei.

Dómine , ante te omne desi-
derium meum ; * & gémitus
meus à te non est abscondi-
tus.

Cor meum conturbátum est ,
dereliquit me virtus mea ; * &
lumen oculórum meórum , &
ipsum non est mecum.

Diviso Psalmi 37.

Amici mei , & próximi
mei * adversum me ap-
propinquavérunt & steterunt.

Et qui juxta me erant , de
longè steterunt ; * & vim fa-
ciébant qui quærebant ánti-
mam meam.

Et qui inquirebant mala mi-
hi , locúti sunt vanitátes , * &
dolos totá die meditabantur.

Ego autem tanquam sur-
dus non audiebam , * & sicut
mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, * & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi: * tu exaudies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei; * & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella passus sum; * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo; * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me; * & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi; * quoniam sequabar bonitatem.

Ne derelinquas me, Domine Deus meus, * ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meae.

Psalms 55.

Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo: * totâ die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei totâ die, * quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diei timebo; * ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: * non timebo quid faciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur: * adversum me omnes cogitationes eorum in malum,

Inhabitabunt, & abscondent: * ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: * in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi: * posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.

Tunc converterentur inimici mei retrorsum * in quacumque die invocavero te.

Ecce cognovi * quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum: * in Domino laudabo sermonem.

In Deo speravi: * non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, * quae reddam laudationes tibi;

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu; * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Ant. Domine Deus meus, ne discesseris à me. Ps. 37.

S A B B A T O

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Dominus ipse est Deus noster: * Venite, adoremus.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Tandem peractis, ô Deus, Sexto dierum limite, Ponis modum laboribus, Orbique plaudis condito.

At dum perenni septimam Lucem quieti consecras, En te reposcit denovo Alter creatorem labor.

Te cuncta nempe praedicant;

Te terra, pontus, sidera
Cantu celebrant æmulo;
Peccator unus dissonat.

Tu pectus aufer sæxum;
Tu carneum pectus crea:
Et caritatis uberes
Fructus carent hymnum tibi.

Hæc te juvant præconiã,
Si facta voci consonent:
Sic efficaci stectitur
Divina majestas prece.

Eterna laus & glória
Vni sit & trino Deo,
Qui cuncta nutu condidit,
Nutuque servat condita.

Amen.

Ant. 3. a. Propter innocen-
tiam.

Psalmus 40.

Beatissimus qui intelligit super
egrum & pauperem; *
in die mala liberabit eum
Dóminus.

Dóminus conservet eum, &
vivificet eum, & beatum faci-
at eum in terra, * & non
tradat eum in animam inimi-
corum ejus.

Dóminus opem ferat illi su-
per lectum doloris ejus: * uni-
versum fratrum ejus versasti in
infirmitate ejus.

Ego dixi: Dómine, mi-
serere mei; * sana animam
meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala
mali: * Quando morietur, &
peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut vidé-
ret, vana loquebatur: * cor
ejus congregavit iniquitatem
sibi.

Egrediebatur foras, * & lo-
quebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant
omnes inimici mei: * adver-

susum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum constitu-
erunt adversum me: * num-
quid qui dormit, non adjiciet
ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ,
in quo speravi, qui edebat pa-
nes meos, * magnificavit super
me supplantationem.

Tu autem, Dómine, mise-
rere mei, & resuscita me; *
& retribuam eis.

In hoc cognovi quóniam vo-
luisti me, * quóniam non gau-
debit inimicus meus super me.

Me autem propter innocen-
tiam suscepisti, * & confir-
masti me in conspectu tuo in
æternum.

Benedictus Dóminus Deus
Israel à sæculo, & usque in sæ-
culum: * fiat, fiat.

Psalmus 48.

Audite hæc, omnes gen-
tes: * auribus percipite,
omnes qui habitatis orbem,
Quique terrigenæ, & filii
hominum, * simul in unum
dives & pauper.

Os meum loquetur sapien-
tiam, * & meditatio cordis
mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam au-
rem meam: * aperiam in psal-
terio propositionem meam.

Cur timebo in die mala? *
iniquitas calcanei mei circum-
dabit me.

Qui confidunt in virtute
sua, * & in multitudine divi-
tiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redi-
met homo: * non dabit Deo
placationem suam,

Et pretium redemptionis
animæ suæ: * & laborabit in

æternum, * & vivet adhuc in finem.

Non videbit interitum, * cum viderit sapientes morientes.

Simul insipiens & stultus peribunt, * & relinquent aliénis divitias suas.

Et sepulcra eorum domus illorum in æternum; tabernacula eorum in progenie & progenie: * vocaverunt nomina sua in terris suis.

Et homo, cum in honore esset, non intellexit: * comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis; * & postea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inferno positi sunt: * mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino; * & auxilium eorum veterascet in inferno à glória eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, * cum acceperit me.

Diviso Psalmi 48.

NE timueris, cum dives factus fuerit homo, * & cum multiplicata fuerit glória domus ejus.

Quoniam, cum interierit, non sumet omnia; * neque descendet cum eo glória ejus.

Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur: * confitebitur tibi, cum benefeceris ei.

Introbibit usque in progenies patrum suorum; * & usque in æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit: * comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis,

Ant. Propter innocentiam suscepisti me, Deus: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. *Pf.* 40.

Ant. 5. F. Tibi, Deus.

Psalmus 61.

Nonne Deo subjecta erit anima mea? * ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: * susceptor meus, non movebor amplius.

Quousque irritis in hominem? * interficitis universi vos tanquam parieti inclinato, & maceræ depulsæ?

Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere; cucurri in siti: * ore suo benedicébant, & corde suo maledicébant.

Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea; * quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, & Salvator meus; * adjutor meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum, & glória mea: * Deus auxiliæ mei; & spes mea in Deo est.

Sperate in eo, omnis congregatio populi; effundite coram illo corda vestra: * Deus adjutor noster in æternum.

Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in fratris, * ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: * divitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo hæc audivi; quia potestas Dei est, & tibi, Domine, miseri-

tordia; * quia tu reddes unicuique juxta ópera ſua.

Pſalmus 63.

Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: * à timóre inimíci éripe animam meam.

Proterixi me à conventu malignántium, * à multitudine operántium iniquitátem;

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas: * intendérunt arcum, rem amáram, ut ſagittent in occultis immaculátum.

Súbito ſagittábunt eum, & non timebunt: * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos: * dixerunt, Quis videbit eos?

Scrutáti ſunt iniquitátes: * deſecerunt ſcrutantes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum; * & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum; * & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui videbant eos; * & tímuit omnis homo,

Et annuntiavérunt ópera Dei; * & facta ejus intellexerunt.

Lazábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo; * & laudabuntur omnes recti corde.

Pſalmus 74.

Conſitébimur tibi, Deus, * Conſitébimur, & invocábimus nomen tuum: narrábimus mirabília tua.

Cum accépero tempus, * ego juſticias judicábo,

Liquefacta eſt terra, & omnes qui hábitant in ea: * ego confirmávi columnas ejus.

Dixi iniquis: Nolíte iniqué ágere; * & delinquentibus: Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum: * nolite loqui adverſus Deum iniquitátem;

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, * neque à deſertis móntibus.

Quóniam Deus judex eſt: * hunc humiliat, & hunc exaltat.

Quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto; * & inclinávit ex hoc in hoc.

Verúmtamen fæx ejus non eſt exinaníta: * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum: * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam; * & exaltabuntur córnua juſti.

Ant. Tibi, Deus, conſitébimur, & invocábimus nomen tuum: narrábimus mirabília tua, *Pſ.* 74.

Ant. 6. *P.* Cogitatio homínis, *Pſalmus 75.*

Notus in Judæa Deus: * in Iſrael magnum nomen ejus.

Et factus eſt in pace locus ejus, * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias arcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Ilkúrtnans tu mirabíliter à móntibus æternis: * turbáti ſunt omnes inſipientes corde,

Dormierunt somnum suū; * & nihil invenerunt omnes vii divitiarum in manibus suis. *
 & Arnon, & Amalec; * alienigenarum cum habitantibus Tyrum.

Ab increpatione tua, Deus Jacob, * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistit tibi? * ex tunc ira tua?

De caelo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit, & quievit,

Cum exurgeret in iudicium Deus, * ut salvos faceret omnes mansuetos terrarum.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; * & reliquarum cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro, * omnes qui in circuitu ejus assertis munera,

Terribili, & ei qui aufert spiritum principum; * terribili apud reges terrarum.

Psalms. 82.

DEus, quis similis erit tibi? * ne taceas, neque compescaris, Deus;

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: * & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignaverunt consilium, * & cogitaverunt adversus sanctos tuos.

Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente; * & non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitaverunt unanimiter: * simul adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumaeorum & Ismahelitarum,

Moab, & Agareni, Gebal,

Es enim Assur venit cum illis; * facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Fac illis sicut Madian, & Sisar, * sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor; * facti sunt ut stercus terrarum.

Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, * & Zabee, & Salmana;

Omnes principes eorum, * qui dixerunt: Hereditate possideamus sanctuarium Dei.

Diviso Psalmi 82.

DEus meus, pone illos ut rotam, * & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit sylvam, * & sicut flamma comburens montes;

Ita persequeris illos in tempestate tua, * & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia; * & quaerent nomen tuum, Domine.

Erubescant & conturbentur in seculum seculi, * & confundantur, & pereant:

Et cognoscant quia nomen tibi, Dominus; * tu solus Altissimus in omni terra.

Ant. Cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquarum cogitationis diem festum agent tibi. *Pf. 75.*

V. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua; *R.* Et sancti tui benedicant tibi. *Pf. 144.*

Pater noster.

V. Secord. Repleatur os meum laude;

laude, ut cantem glóriam tuam, & Totá die magnitudinem tuam. *Psf.*

AD LAUDES.

Ant. 4. d. Pérfice.

Psalms 16.

Exaudi, Dómine, justitiam meam: * intende deprecationem meam.

Auribus percípe orationem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo júdiciú meum pródeat: * óculi tui videant equitátes.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: * igne me examinasti; & non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquátur os meum ópera homínium, * propter verba labiórum tuórum ego custodivi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudisti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis sperantes in te. A resisténtibus dexteræ tuæ custódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me * à facie impiórum qui me afflixérunt.

Ant. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, Dómine, ut non moveantur vestigia mea.

Ant. 7. b. In justitia.

Diviso Psalms 16.

Inimici mei ánimam meam circumdederunt; ádipentium conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Pars Hyemalis.

Projicientes me nunc circumdederunt me: * óculos suos statuerunt declináre in terram.

Suscéperunt me sicut leo parátus ad prædam, * & sicut cátilus leónis hábitans in ábditis.

Exurge, Dómine, pravéní eum, & supplanta eum: * éripe ánimam meam ab impio, frámeam tuam ab inimicis manus tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de absconditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt filii; * & dimiserunt reliquias suas pávullis suis.

Ego autem in justitia apparebo conspéctui tuo: * satiabor, cum apparúerit glória tua.

Ant. In justitia apparebo conspéctui tuo: satiabor, cum apparúerit glória tua.

Ant. 1. f. Parátum.

Psalms 56.

Miserere mei, Deus, miserere mei; * quóniam in te confidit ánimá mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, * donec transeat iniquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum, * Deum qui benefécit mihi.

Misit de celo, & liberávit me: * dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericórdiam suam & veritátem suam; * & eripuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dogmivi conturbátus.

F

Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ; * & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super caelos, Deus; * & in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis; * & incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam; * & incidérunt in eam.

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; * cantabo & psalmum dicam.

Exurge, gloria mea; exurge, psalterium & cithara: * exurgam, & dicent tibi.

Confitebor tibi in populis, Domine: * & psalmum dicam tibi in generibus;

Quoniam magnificata est usque ad caelos misericordia tua, * & usque ad nubes veritatis tua.

Exaltare super caelos, Deus; * & super omnem terram gloria tua.

Ant. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.

Ant. 5. a. Date magnificentiam.

In Feriis, Canticum Moysi.
Deut. 32.

Audite, caeli, quæ loquor: * audiat terra verba oris mei.

Concresecat ut pluvia doctrina mea: * fluat ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, * & quasi stillæ super gramina.

Quia nomen Domini invocabo: * date magnificentiam Deo nostro.

Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ ejus iudicia: * Deus fidelis, & absque ulla iniquitate., justus & rectus.

Peccaverunt ei, & non filii ejus in sordibus, * generatio prava atque perversa.

Hæcine reddis Domino, * popule stulte & insipiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possedit te, & fecit, & creavit te?

Memento dierum antiquorum: * cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: * majores tuos, & dicent tibi.

Quando dividebat Abrahama gentes, * quando separabat filios Adam,

Constituit terminos populorum * juxta numerum filiorum Israel.

Pars autem Domini populus ejus: * Jacob funiculus hereditatis ejus.

Invenit eum in terra deserta, * in loco horrois, & vestit solitudinis.

Circumdixit eum, & docuit, * & custodivit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, * & super eos voltans,

Expandit alas suas, & asumpsit eum, * atque portavit in humeris suis.

Domini solus dux ejus fuit; * & non erat cum eo deus alienus.

Constituit eum super excelsum terram, * ut comederet fructus agrorum,

Ut sugeret mel de petra, *

oleumque de saxo durissimo : gémine suo , * & mórduum
Butyrum de armento , & fundamenta combúret.
lac de óvibus , * cum hóspice Congregábo super eos ma-
agnórum & arictum filiórum la ; * & sagittas meas complé-
basan , bo in eis.

Et hircos cum medulla ar- Confumentur fame , * &
tici ; * & sanguíneum uerz bí- devorábunt eos aves moris
beret maracíssimum. amaríssimum.

Incrassatus est dilectus , & Dentes bestiarum imminam
recalcitrávit ; * incrassatus , in eos , * cum furóre trabé-
impinguatus , dilatatus. tium super terram , atque ser-
péntum.

Dereliquit Deum factórum Foris vastábit eos gladius ,
suum , * & recessit à Deo sa- & in eis pavor , * júvenem
lutári suo. simul ac virginem , lactentem
cum hómine sene.

Provocavérunt eum in diis Dixi : Ubinam sunt ? * ces-
aliénis ; * & in abominatió- sáre fáciem ex homínibus me-
nibus ad iracúndiam concita- móriam eórum.

Immolavérunt dæmóniis , Sed propter iram inimicó-
& non Deo ; * diis quos igno- rum distuli , * ne fortè super-
rábant. bérerent hostes eórum ;

Novi recentesque venerunt , * Et dicerent : Manus nostra
quos non coluérunt patres eó- excelsa , & non Dóminus , *
rum. fecit hæc ómnia.

Deum qui te genuit , dereli- Gens absque consilio est ,
quisti ; * & oblitus es Dómini & sine prudentia : * útinam
creatóris tui. sáperent , & intelligerent , ac
novíssima providerent !

Vidit Dóminus , & ad ira- Quómódò persequátur unus
cúndiam concitatus est ; * quia mille , * & duo fugent decem
provocavérunt eum filii sui , millia ?

& filiz. Nonne idéo quia Deus suus
Et ait : Abscondam fáciem vendidit eos , * & Dóminus
meam ab eis , * & considerábo conclúsit illos ?

Generatio enim perversa Non enim est Deus noster
est , * & insidèles filii. ut dii eórum ; * & inimici
nostri sunt júdices.

Ipsi me provocavérunt in De vinea Sodomórum , vi-
eo qui non erat Deus , * & nea eórum , * & de suburbáns
irritavérunt in vanitáctibus suis; Gomorrhæ.

Et ego provocábo eos in eo Uva eórum , uva fellis ; * &
qui non est pópulus , * & in botri amaríssimi.

gente stulta irritábo illos. Fel draconum vinum eó-
rum , * & venénium áspidum
insanábile.

Ignis succensus est in furóre Devorabitque terram cum
meo , * & ardébit usque ad inférni novíssima ;

Devorabitque terram cum

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesit festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miserabitur.

Videbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comederant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant, & opitulentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

Videat quod ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percuciam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit eruiere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acúero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit iudicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui oderunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[*In Festis, Canticum.*

Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum coopererunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædam, * & virgines in captivitate.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus femine, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñm.

Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes agentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

& veritas Domini manet in
aeternum.

Ant. Laudate Dominum,
omnes populi; quoniam con-
firmata est super nos miseri-
cordia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis
orantes, & postulantes
ut impleamini agnitione vo-
luntatis Dei, in omni sapien-
tia & intellectu spiritali; ut
ambulatis dignè Deo, per om-
nia placentes, in omni opere
bono fructificantes, & cres-
centes in scientia Dei, in omni
virtute confortati secundum
potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos aequat.

Tu nempe sanctus & po-
tens,

Facere das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege premonstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore fervidi

Pergrimus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, o alma Trini-
tas,

Anhelus ardens, te sicut:

Tua remeipis gratia

Aeterna reddes premia.

Amen.

7. Dedec me, Domine,

& ingrediar in veritate tua:

8. Letetur cor meum, ut ti-
beat nomen tuum. *Ps.* 85.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G.

Dirige pedes nostros in viam

pacis, Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Notam.

Psalmus 87.

Domine, Deus salutis
meae, * in die clamavi
vi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo ora-
tio mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam;

Quia repleta est malis ani-
ma mea, * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adjuto-
rio, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes
in sepulcris, quorum non es
memor amplius; * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori, * in tenebrosis, & in
umbra mortis.

Super me confirmatus est
furore tuus, * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à
me: * posuerunt me abomi-
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar: * oculi mei languerunt
præ inopia.

Clamavi ad te, Domine,
totà die: * expandi ad te ma-
nus meas.

Numquid mortuis facies
mirabilia? * aut medici sus-
citabunt, & confitebuntur
tibi?

Numquid narrabit aliquis in
sepulcro misericordiam tuam, *
& veritatem tuam in perdi-
tione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est iustitia, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesit festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis interfectur.

Videbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuaque consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comedebant adipem, * & bibeant vicium libaninum?

Surgite, & operientur vobis, * & in necessitate vos protegent.

Videte quid ego sim factus, * & noci sit alius Deus perter me.

Ego occidam, & ego vivente faciam; percutiam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit evadere.

Levabo ad coelum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si auero ut salper gladium meum, * & arripuerit pedicem iustorum meum.

Reddam ultionem hostibus meis: * & his qui odierunt me, retribuam:

Incedendo iniquitas mea sanguide, * & gladius meus deventurabit cunctis.

De caute occidam, * & de captivitate, multam inimicorum captivam.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[In Festis, Canticum. Judith 16.]

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensuram fines meos, * & juvenes meos occisuram gladio,

Infantes meos dare in prædum, * & virgines in captivitatem.

Dominus autem omnipotens rebevit eum, & tradidit eum in manus feminæ, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñm.

Psalmus 116.

Laudite Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

& veritas Dómini manet in æternum.

Ant. Laudate Dóminum, omnes pópuli; quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitióne voluntatis Dei, in omni sapientia & intellectu spiritali; ut ambulétis dignè Deo, per ómnia placentes, in omni ópere bono fructificantes, & crescentes in sciéntia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Créator ómnium,
Nostros labóres ádjuva;
Ut casta Christi nómine
Nos vita dignos árguar.

Tu nempe sanctus & potens,

Pacéne das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege præmonstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore fervidit

Perpétuus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torreat potábis tuos!

Te mens, ó alma Trinitas,

Anhæta ardens, te sicut:

Tua redemptis grátia

Æterna reddet præmia.

Amen.

¶ Deduc me, Dómine,
& ingrediar in veritate tua:

¶ Letetur cor meum, ut taceat nomen tuum. *Pf.* 85.

Ad Benedictus. *Ant.* S. G.

Dirige pedes nostros in viam

pacis; Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Notam.

Psalms 87.

Domine, Deus salutis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Inreret in conspectu tuo oratio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam;

Quia repléta est malis anima mea, * & vita mea inferno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mórtuos liber:

Sicut vulneráti dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius; * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori, * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos de me: * posuerunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine, totá die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mórtuis scies mirabilia? * aut medici suscitábunt, & consitebuntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepulcro misericórdiam tuá, * & veritatem tuam in perditione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miserabitur.

Vidèbit quòd infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comedebant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant, & opulentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

Videte quòd ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percùtiam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit erüere.

Levabo ad coelum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acüero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit iudicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui oderunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[In Festis, Canticum.

Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædā, * & virgines in captivitatē.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus femine, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñum.

Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

& veritas Domini manet in
aeternum.

Ans. Laudate Dominum,
omnes populi; quoniam confir-
mata est super nos miseri-
cordia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis
orantes, & postulantes
ut impleamini agnitione vo-
luntatis Dei, in omni sapien-
tia & intellectu spiritali; ut
ambulatis dignè Deo, per om-
nia placentes, in omni opere
bono fructificantes, & cres-
centes in scientia Dei, in omni
virtute confortati secundum
potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos arguat.

Tu nempe sanctus & po-
tens,

Facies das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege prae monstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore fervidi

Pergemus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, o alma Trini-
tas,

Anhelat ardens, te sicut:

Tui rotemus gratia

Aeterna reddere praemia.

Amen.

V. Deduc me, Domine,
& ingrediar in veritate tua:
R. Laetetur cor meum, ut ti-
near nomen tuum. *Pf.* 85.

Ad Benedictus. *Ans.* S. G.

Dirige pedes nostros in viam

pacis, Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ans. 7. d. Notam.

Psalms 87.

Domine, Deus salutis
meae, * in die clamá-
vi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo orá-
tio mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam;

Quia repleta est malis ani-
ma mea, * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adjuto-
rio, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes
in sepulcris, quorum non es
memor amplius; * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori, * in tenebrosis, & in
sombra mortis.

Super me confirmatus est
furor tuus, * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à
me: * posuerunt me abomi-
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar: * oculi mei languerunt
prae inopia.

Clamavi ad te, Domine,
totà die: * expandi ad te ma-
nus meas.

Numquid mortuis facies
mirabilia? * aut medici sus-
citabunt, & constabuntur
tibi?

Numquid narrabit aliquis in
sepulcro misericordiam tuam, *
& veritatem tuam in perdi-
tione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miserabitur.

Vidèbit quòd infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comederant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant et opulentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

Videte quòd ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percutiam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit eriere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si aciero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit iudicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui oderunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[In Festis, Canticum.

Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædam, * & virgines in captivitate.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñum.

Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

& veritas Domini manet in aeternum.

Ant. Laudate Dominum, omnes populi; quoniam confirmata est super nos misericordia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia & intellectu spiritali; ut ambulatis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos asquuat.

Tu nempe sanctus & potens,

Facies das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege prae monstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore fervidit

Perpènas ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, ô alma Trinitas,

Ambelat ardens, te sicut:

Tua redemptis gratia

Aeterna reddet praeemia.

Amen.

V. Deduc me, Domine,
& ingrediar in veritate tua:
R. Letetur cor meum, ut taceat nomen tuum. *Ps.* 85.

Ad Benedictus. *Ant.* S. G.
Dirige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Notam.

Psalmus 87.

Domine, Deus salutis meae, * in die clamavi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam;

Quia repleta est malis anima mea, * & vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor amplius; * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori, * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt prae inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia? * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, * & veritatem tuam in perditione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miserabitur.

Videbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comederant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant, & opulentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

Videat quod ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percutiam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit erüere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acüero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit judicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui odérunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis,

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[*In Festis, Canticum.*
Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædam, * & virgines in captivitate.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñum.
Psalmus 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

& veritas Domini manet in
aeternum.

Ant. Laudate Dominum,
omnes populi; quoniam confir-
mata est super nos miseri-
cordia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis
orantes, & postulantes
ut impleamini agnitione vo-
luntatis Dei, in omni sapien-
tia & intellectu spiritali; ut
ambulatis dignè Deo, per om-
nia placentes, in omni opere
bono fructificantes, & cres-
centes in scientia Dei, in omni
virtute confortati secundum
potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos arguat.

Tu nempe sanctus & po-
tens,

Pacem das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege prae monstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore fervidi

Peregrinus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, o alma Trini-
tas,

Ardens ardens, te sitis:

Tua redemptis gratia

Aeterna reddes praemia.

Amen.

¶ Deduc me, Domine,

& ingrediar in veritate tua:

¶ Letetur cor meum, ut ré-
sonet nomen tuum. *Ps.* 85.

Ad Benedictus. *Ant.* S. G.

Dirige pedes nostros in viam

pacis; Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Notam.

Psalmus 87.

Domine, Deus salutis
meae, * in die clamá-
vi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo orá-
tio mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam;

Quia repleta est malis áni-
ma mea, * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adjuto-
rio, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes
in sepulcris, quorum non es
memor amplius; * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori, * in tenebrosis, & in
umbra mortis.

Super me confirmatus est
furor tuus, * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos á
me: * posuerunt me abomi-
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diébar: * oculi mei languerunt
prae inopia.

Clamavi ad te, Domine,
totá die: * expandi ad te ma-
nus meas.

Numquid mortuis facies
mirabilia? * aut medici sus-
citábunt, & consitebuntur
tibi?

Numquid narrábit áliquis in
sepulcro misericordiam tuá, *
& veritatem tuam in perdi-
tione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miseretur.

Videbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comederant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant, & opulentur vobis, * & in necessitate vos protendant.

Videat quod ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percuciam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit erüere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acüero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit judicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui oderunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ans. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[In Festis, Canticum.]

Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis suæ.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædâ, * & virgines in captivitate.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, * & confodit eum.]

Ans. 2. D. Laudate Dñam.

Psalms 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus.

& veritas Domini manet in
aeternum.

Anr. Laudate Dominum,
omnes populi; quoniam confir-
mata est super nos miseri-
cordia ejus.

Capitulum. Coloss. 1.

Non cessamus pro vobis
orantes, & postulantes
ut impleamini agnitione vo-
luntatis Dei, in omni sapien-
tia & intellectu spiritali; ut
ambulatis dignè Deo, per om-
nia placentes, in omni opere
bono fructificantes, & cres-
centes in scientia Dei, in omni
virtute confortati secundum
potentiam claritatis ejus.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos arguat.

Tu nempe sanctus & po-
tens,

Pacis das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi

Quod lege prae monstras iter.

Cingunt iter pericula,

Tu lubricos firma pedes;

Et certiore servidi

Peregrinus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi

Et vera nos manet quies;

Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, o alma Trini-
tas,

Anhelas ardens, te sitis:

Tua redemptis gratia

Aeterna reddes praemia.

Amen.

¶ Deduc me, Domine,
& ingrediar in veritate tua:

¶ Letetur cor meum, ut tibi
nomen tuum. *Psf.* 85.

Ad Benedictus. *Anr.* S. G.

Dirige pedes nostros in viam

pacis; Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Anr. 7. d. Notam.

Psalms 87.

Domine, Deus salutis
meae, * in die clamá-
vi & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo orá-
tio mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam;

Quia repleta est malis áni-
ma mea, * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adjuto-
rio, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes
in sepulcris, quorum non es
memor amplius; * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori, * in tenebris, & in
umbra mortis.

Super me confirmatus est
furor tuus, * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à
me: * posuerunt me abomi-
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar: * oculi mei languerunt
prae inopia.

Clamavi ad te, Domine,
totà die: * expandi ad te ma-
nus meas.

Numquid mortuis scies
mirabilia? * aut medici sus-
citabunt, & confitebuntur
tibi?

Numquid narrabit aliquis in
sepulcro misericordiam tuam, *
& veritatem tuam in perdi-
tione?

Nonne hæc cõdita sunt apud me, * & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis; * & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * & in servis suis miserabitur.

Videbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam;

De quorum victimis comederant adipem, * & bibebant vinum libaminum?

Surgant, & opulentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

Videte quod ego sim solus, * & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam; percutiam, & ego sanabo: * & non est qui de manu mea possit eruere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acüero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit judicium manus mea,

Reddam ultionem hostibus meis; * & his qui odérunt me, retribuam:

Inebriabo sagittas meas sanguine, * & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus; * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terræ populi sui.

Ant. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera.

[In Festis, Canticum.]

Judith 16.

Incipite Domino in tympanis: * cantate Domino in cymbalis.

Modulamini illi psalmum novum: * exaltate, & invocate nomen ejus.

Dominus conterens bella: * Dominus nomen est illi.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, * ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Venit Assur ex montibus ab Aquilone, * in multitudine fortitudinis sue.

Cujus multitudo obturavit torrentes, * & equi eorum cooperuerunt valles.

Dixit se incensurum fines meos, * & juvenes meos occisurum gladio,

Infantes meos dare in prædam, * & virgines in captivitatem.

Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus femine, * & confodit eum.]

Ant. 2. D. Laudate Dñam.

Psalms 116.

Laudate Dominum, omnes gentes: * laudate eum, omnes populi;

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus,

et veritas Domini manet in
aeternum.

Ant. Laudate Dominum,
omnes populi; quoniam confir-
mata est super nos misericor-
diana eius.

Capitulum. Coloss. 1.
Non cessamus pro vobis
orantes, & postulantes
et impleamini agnitione vo-
luntatis Dei, in omni sapien-
tia & intellectu spiritali; ut
ambulatis dignè Deo, per om-
nia placentes, in omni opere
bono fructificantes, & cres-
centes in scientia Dei, in omni
virtute confortati secundum
potentiam claritatis eius.

Hymnus.

Rerum Creator omnium,
Nostros labores adjuva;
Ut casta Christi nomine
Nos vita dignos arguat.

Tu nempe sanctus & po-
tens,

Facere das solus tibi:

Tu legis auctor das sequi
Quod lege prae monstras iter.

Cingunt iter pericula,
Tu lubricos firma pedes;
Et certiore servidi
Persequimus ad metam gradu.

O meta felix, pax ubi
Et vera nos manet quies;
Ubi voluptatis sacro

Torrente potabis tuos!

Te mens, o alma Trini-
tas,

Anhelas ardens, te sicut:

Tua redemptis gratia

Aeterna reddet praemia.

Amen.

Y. Deduc me, Domine,
& ingrediar in veritate tua:
R. Letetur cor meum, ut teneat
nomen tuum. *Pf.* 85.

Ad Benedictus. Ant. S. G.
Dirige pedes nostros in viam
pacis, Deus Israel. *Luc.* 1.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Notam.

Psalms 87.

Domine, Deus salutis
meae, * in die clamavi
vi & nocte coram te.

Intra in conspectu tuo oratio
mea: * inclina aurem tuam
ad precem meam;

Quia repleta est malis ani-
ma mea, * & vita mea inferno
appropinquavit.

Estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum: * factus
sum sicut homo sine adju-
tione, inter mortuos liber:

Sicut vulnerati dormientes
in sepulcris, quorum non es
memor amplius; * & ipsi de
manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu infe-
riori, * in tenebrosis, & in
ambra mortis.

Super me confirmatus est
furore tuus, * & omnes fluctus
tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos de
me: * posuerunt me abomi-
nationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar: * oculi mei languerunt
propter inopiam.

Clamavi ad te, Domine,
totà die: * expandi ad te ma-
nus meas.

Numquid mortuis facies
mirabilia? * aut medici sus-
citabant, & confitebantur
tibi?

Numquid narrabit aliquis in
sepulcro misericordiam tuam, *
& veritatem tuam in perdi-
tione?

Numquid cognoscentur in ténébris mirabilia tua, * & anima mea sicut terra sine aqua iustitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi; * & mané oratio mea præveniet te.

Ut quid, Dómine, repellis orationem meam? * avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ; * & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die; * circumdedérunt me simul.

Elongasti à me amicum & proximum, * & notos meos à miséria.

Psalms 142.

Dómine, exaudi orationem meam: * áuribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo; * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris, sicut mortuos seculi; * & anxius est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in omnibus operibus tuis; * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me, Dómine; * defecit spiritus meus. Non avertas faciem tuam à me; * & similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi mané misericordiam tuam; * quia in te speravi.

Noram fac mihi viam in qua ambulem; * quia ad te levavi animam meam.

Divisio Psalmi 142.

Exaudi me de inimicis meis, Dómine; ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Dómine, vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam; * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam; * quoniam ego servus tuus sum.

Ant. Notam fac mihi viam in qua ambulem; quia ad te levavi animam meam, Dómine. *Pf.* 142.

A D T E R T I A M.
Ant. 4. a. Afferte Dómino.

Psalms 28.

Afferte Dómino, filii Dei; * afferte Dómino filios arctum.

Afferte Dómino glóriam & honorem; afferte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in atrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas; Sagittæ tuæ acutæ, pópuli
Deus majestátis intónuit: * sub te cadent, * in corda inf-
Dóminus super aquas multas. micórum regis.

Vox Dómini in virtúte: * Sedes tua, Deus, in sécu-
vox Dómini in magnificéntia. lum séculi: * virga directi-
nis, virga regni tui.

Vox Dómini confringentis cedros; * & confringet Dó-
minus cedros Libani: Dilexisti justítiam, & odisti iniquitátem; * propterea
erexit te, Deus, Deus tuus,

Et commínuet eas tan- quám virulum Libani; * & dilectus quemádmodum filius unicomíum. ruis.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis: vox Dómini concutientis desertum; * & commovébit Dóminus desertum Cades. Myrrha, & gutta, & cáfia à vestimentis tuis, à dómibus eburneis; * ex quibus delectaverunt te filiz regum in honóre tuo.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condensa; * & in templo ejus omnes dicent glóriam. Astitit regína à dextris tuis in vestitu deaurato, * circumdata varietáte.

Dóminus dilúvium inhabitare facit, * & sedébit Dóminus rex in æternum. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam; * & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui:

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedíctet pópulo suo in pace. Et concupiscet rex decórem tuum, * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus; & adorábunt eum.

Psalms 44.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi. Et filiz Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis:

Lingua mea * cálamus scribæ velóriter scribentis. Omnis glória ejus filiz regis ab intus: * in simbriis aureis, circumamicta varietatibus.

Speciosus formá præ filiis hóminum: diffusa est grácia in lábiis tuis; * propterea benedixit te Deus in æternum. Adducentur regi vírgines post eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Accingere gládio tuo super femur tuum, * Potentissime. Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducentur in templum regis.

Spécie tuá & pulcritúdine tuá amende, * prospere procéde, Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constitútes eos principes super omnem terram.

Et regna propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam; * & dedúctet te mirabíliter dextera tua. Mémores erunt nóminis tui in omni generatióne & generatióne.

Propterea pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in sæculum sæculi.

Psalms 149.

CAntate Dómino cánticum novum: * laus ejus in ecclésia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum; * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano & psalterio psallant ei;

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, * & exaltábit mansuetos in salutem.

Exultábunt sancti in gloria: * lætábuntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gutture eorum; * & gládii ancípites in má nibus eorum,

Ad faciendam vindictam in nationibus, * increpationes in pópulis:

Ad alligandos reges eorum in compédibus, * & nóbiles eorú in mánicis férreis;

Ut fáciant in eis júdicium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Afferte Dómino glóriam & honórem. Ps. 28.

Capitulum. Coloss. 3.

OMne quodcunque fáctis, in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi; grátias agentes Deo & Patri per ipsum.

*R. br. Benedicam Dóminum * In omni tẽmpore. Benedicam. V. Semper laus ejus * in ore meo, * In omni tẽmpore. Glória Patri. Benedicam. Ps. 33.*

V. Laudábo Dóminum in vita mea: R. Psallam Deo meo, quám diu fuero. *Ps. 145.*

A D S E X T A M.

Ant. 1. g. Adjutor.

Psalms 45.

DEus noster refúgium & virtus: * adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timébimus, dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Somnerunt & turbatae sunt aquae eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis ímpetus lætíficat civitatem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus; non commóvetur: * adjuvábít eam Deus mané cáulculo.

Conturbatae sunt gentes; & inclinatae sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum, * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte ópera Dómini, quæ pofuit prodigia super terram, * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma, * & scuta combúret igni.

Vacate, & videte quóniam ego sum Deus: * exaltábo in gentibus, & exaltábo in terra.

Dóminus virtutum nobiscum, * susceptor noster Deus Jacob.

Psalms 47.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion, * Matera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: * conveniunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, * conturbati sunt, commoti sunt.

Tremor apprehendit eos: * ibi dolores ut parturientis.

In spiritu vehementi * conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: * Deus fundavit eam in æternū.

Suscipimus, Deus, misericordiam tuam * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiae Judæ, * propter judicia tua, Domine.

Circumdante Sion, & complectimini eam: * narrate in surribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus, & distribuite domos ejus, * ut enarratis in progenie altera;

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Psalms 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis, * scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum; * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea; * & ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum & principum, * horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ant. Adjutor noster Deus, propterea non timebimus.

*Pf. 45.**Capitulum. 2. Petr. 1.*

Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis; hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.

R. br. Querite Dominum, * Et confirmamini. Querite.

V. Querite * faciem ejus semper, * Et confirmamini. Gloria Patri. Querite Dominum.

Pf. 104.

V. Accedite ad eum, & illuminamini; *R.* Et facies vestre non confundentur. *Pf. 33.*

A D N O N A M.

*Ant. 8. c. Pauper.**Psalms 59.*

Deus, repulisti nos, & destruxisti nos: * iratus es, & miserus es nobis,

Communifisti terram, & con-
surbafisti eam: * sana contriti-
ones ejus: quia commota est.

Oftendifti pópulo tuo du-
ra: * potafti nos vino com-
punctionis.

Dedifti metuéntibus te fi-
gnificationem, * ut fúgiant à
facie arcus; .

Ut liberentur dilecti tui: *
falvum fac dexterá tuá, &
exaudi me.

Deus locútus est in sancto
fuo: * Lxtábor, & partibor
Sichimam, & convallem ta-
bernaculorum metibor.

Meus est Galaad, & meus
est Manaffes; * & Ephraim
fortitúdo capítis mei:

Juda rex meus, * Moab olla
spei meæ.

In Idumæam extendam cal-
ceamentum meum: * mihi
alienigenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitá-
tem munitam? * quis dedúcet
me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repu-
listi nos; * & non egrediéris,
Deus, in virtúibus nostris?

Da nobis auxiliúm de tri-
bulatióne, * quia vana salus
hóminis.

In Deo faciémus virtútem; *
& ipse ad nihilum dedúcet tri-
bulantes nos.

Psalms 73.

UT quid, Deus, repulisti
in finem? * irátus est furor
tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis
tuæ, * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hæreditá-
tis tuæ: * mons Sion, in quo
habitasti in eo.

Leva manus tuas in supér-

bias eórum in finem: * quare
ta malignátus est inimicus in
sancto!

Et gloriári sunt qui odérunt
te, * in médio solemnitatís tuæ.
Posúerunt signa sua, signa;
& non cognovérunt, sicut in
éxitu super summum.

Quasi in sylva lignórum fe-
cúribus exciderunt januas ejus
in idipsum: * in securi & ánci-
dejecerunt eam.

Incendérunt igni sanctus-
rium tuum: * in terra posu-
erunt tabernaculum nomi-
nis tui.

Dixerunt in corde suo cog-
natió eórum simul: * Quis
cete faciámus omnes dies
fustos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus
jam non est prophéta; * & nos
non cognosceret amplius.

Diviso Psalmi 73.

USquequò, Deus, impro-
perábit inimicus? * iri-
scat adversárius nomen tuum
in finem?

Ut quid avertis manum tuam
& dexteram tuam * de médio
sinu tuo in finem?

Deus autem, rex nos-
ter ante sécula, * operátus est sa-
lútem in médio terræ.

Tu confirmasti in virtute
tua mare; * contribulasti cá-
pita draconum in aquis.

Tu confregisti capita dra-
conis: * dedisti eum escam pú-
pulis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes & torren-
tes: * tu siccasti flúvios Echan.

Tuus est dies, & tua est
nox: * tu fabricátus es auró-
ram & solem.

Tu fecisti omnes términes

tertz : * zelatorem & ver, tu
mandasti ea.

Memor esto hujus, inimicus
meus impropere ait Domino ; *
& populus insipiens incitavit
nomen tuum.

Ne tradas bestias animas
confidentes tibi ; * & animas
pauperum tuorum ne oblivis-
cis in finem.

Respice in testamentum
tuum ; * quia repleri sunt, qui
curati sunt terræ, domibus
equitatum.

Ne avertatur humilis factus
infidus : * pauper & inops
habebunt nomen tuum.

Surge, Deus, iudica cau-
sa tuam : * memor esto im-
piorum tuorum, eorum
qui ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimi-
corum tuorum : * superbia eor-
um qui te oderunt, ascendit
super.

Ant. Pauper & inops lau-
dabunt nomen tuum, Domine.

Pf. 73.

Capitulum. Philip. 4.
Quaecumque sunt vera,
quaecumque pudica, quae-
cumque iusta, quaecumque san-
cta, quaecumque amabilia,
quaecumque bonæ famæ, si
qua virtus, si qua laus disci-
pline, hæc cogitate.

R. br. Mandasti iustitiam
& Testimonia tua. Mandasti
iustitiam & Testimonia tua.

V. Et veritatem tuam * ni-
miris, * Testimonia tua. Gló-
ria Patri. Mandasti iustitiam
& Testimonia tua.

V. Fecit iudicium & iusti-
tiam : R. Non tradas me ca-
pitulis tuis me. Pf. 118.

AD VESPERAS.

Ant. 4. D. Beati omnes.

Psalms 117.

BEATI omnes qui timent
Dominum, * qui am-
bulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum
quia manducabis : * beatus es,
& bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abun-
dans * in lateribus domus tuae.

Filii tui sicut novellæ olivæ
rum * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur ho-
mo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex
Sion ; * & videas bona Jerusa-
lem omnibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorum tuo-
rum, * pacem super Israel.

Ant. Beati omnes qui timent
Dominum, qui ambulant in
viis ejus.

Ant. 1. a. Surge, Domine.

Psalms 131.

Memento, Domine, Da-
vid, * & omnis man-
suetudinis ejus.

Sicut juravit Domino, * vo-
tum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernacu-
lum domus meæ, * si ascen-
dero in lectum strati mei :

Si dederò somnum oculis
meis, * & palpebris meis dor-
mitionem,

Et requiem temporibus meis,
donec inveniam locum Domi-
no, * tabernaculū Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in
Ephrata : * invenimus eam in
campis sylvæ.

Introibimus in tabernacu-
lum ejus : * adorabimus in
loco ubi steterunt pedes ejus.

Surge, Domine, in ré-

quem tuam; * tu & arca sanctificationis tue. *meas ad prælium, * & digitos meos ad bellum.*

Sacerdotes tui induantur iustitia; * & sancti tui exultent. *Miseriçordia mea, & refugium meum; * susceptor meus, & liberator meus.*

Propter David servum tuum, * non avertas faciem christi tui. *Protektor meus, & in ipso speravi: * qui subdit populum meum sub me.*

Ant. Surge, Domine, in requiem tuam; & sancti tui exultent. *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? * aut filius hominis, quia reputas eum?*

Ant. 7. ç. Sion requies mea. *Homo vanitati similis factus est: * dies ejus sicut umbra prætereunt.*

Divisio Psalmi 131. *Domine, inclina coelos tuos, & descende: * tange montes, & fumigabunt.*

Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: * emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.*

Si custodierint filii tui testamentum meum, * & testimonia mea hæc quæ docebo eos; *Emitte manum tuam de alto: eripe me, & libera me de aquis multis, * de manu filiorum alienorum,*

Et filii eorum usque in sæculum * sedebunt super sedem tuam. *Quorum os locutum est vanitatem; * & dextera eorum, dextera iniquitatis.*

Quoniam elegit Dominus Sion: * elegit eam in habitationem sibi. *Ant.* Deus meus, misericordia mea, & susceptor meus.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: * hæc habitabo, quoniam elegi eam. *Ant.* 6. F. Beatus.

Vidua ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus saturabo panibus. *Divisio Psalmi 143.*

Sacerdotes ejus induam salutari; * & sancti ejus exultatione exultabunt. *Deus, canticum novum cantabo tibi: * in psalterio decachordo psallam tibi.*

Illuc producam cornu David: * paravi lucernam christo meo. *Qui das salutem regibus; * qui redemisti David servum tuum de gladio maligno, eripe me,*

Inimicos ejus induam confusione; * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. *Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem; * & dextera eorum, dextera iniquitatis:*

Ant. Sion requies mea in sæculum sæculi: sancti ejus exultatione exultabunt. *Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.*

Ant. 2. D. Deus meus. *Filiæ eorum composuere, * circumornatae*

Psalmus 143.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus

Sabbato ad Completorium.

135

Circumornate ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, * eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum foetidae; abundantes in egressibus suis; * boves eorum crassae.

Non est ruina maceriae, neque transitus, * neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt: * beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

Ans. Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

Capitulum. Tit 2.

Salvator noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, *secundum bonorum operum.*

Hymnus.

Supreme motor cordium, Tu sanctitatis frugibus iustos ab orbe condito Tenore ditas perpeti.

Hic spes, fides & caritas Dulci coherent vinculo: Praesentis aevi post diem Manebit una caritas.

O caritas! o veritas! O lux perennis! en erit, Post tot labores, ut tuo Tandem fruamur Sabbato.

Hic mille per discrimina Semen gementes spargimas: Illic ovante splendidam Gestabimus messem manu.

Tu trine, tu potens Deus, Fructus adauge quos petis: Mox dona, justus arbiter, Caelo coronabis tua. Amen.

V. Beneficium est Domino populo suo; *R.* Et exaltabit mansuetos in salutem. *Ps.* 149.

Mimat. Pars Hyemalis.

Ad Magnificat. Antiph. &

Oratio, ut in Proprio.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Miserere mei.

Psalmus 50.

Miserere mei; Deus, * secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea, * & a peccato meo munda me;

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; * ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Audtui meo dabis gaudium & letitiam; * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua; * & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui; * & spiritu principali confirma me.

Docesbo iniquos vias tuas; * &

G

138 *In Feriis per Annum ad Laudes.*

fiunt Suffragia, seu Commem. communes, ut sequitur.

DE VIVIS VIGILANCE

[*In Officio Feriali tantum.*]

Ant. Peccata nostra Christus pertulit in corpore suo super lignum; ut peccatis mortui, justitiam vivamus. 1. Petr. 2.:

¶ Ipse redimet Israel &c. Ex omnibus iniquitatibus ejus. *Pf.* 129.

Orémus.

Perpetua nos, quaesumus, Domine, pace custodi, quos per lignum sanctae Crucis redimere dignatus es; Qui vivis & regnas Deus. &c. Amen.

[*Si sequatur Officium parvum B. Mariae, tunc fit integra conclusio: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. &c. Amen.*]

¶ Dominus vobiscum.

¶ Benedicamus Domino.

Deinde inchoatur Officium parvum, quod dicitur in Feriis & Festis simplicibus, de Praesentatione Domini, ad Dominicam in Passione.

[*Ubi verò non dicitur, ejus loco fit Suffragium sequens.*]

De B. Maria.

Ant. Benedicentur in te & in semine tuo cunctae tribus terrae. Gen. 28.

¶ Populi confitebuntur tibi in aeternum: &c. Memores erunt nominis tui. *Pf.* 44.

Orémus.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Dñe Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosae beatae Mariae semper Virginis intercessione, à praesenti libe-

rati tristitia, & aeterna peccatorum libertate; Per Christum Dominum nostrum. &c. Amen.

Commemor. de B. M. quae post Circumcisionem, & ab Octava Epiphaniae usque ad Praesentationem Domini, habetur proprio loco.

De Sancto Privato.

Ant. Justum à peccatoribus liberavit, & non dereliquit illum, & dedit illi claritatem aeternam. *Sap.* 10.

¶ Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, &c. Et misericordiam suam à me. *Pf.* 65.

Orémus.

Deus, qui per beatum Privatium Martyrem tuum atque Pontificem, infideles populos de tenebris ad lucem veritatis venire tribuisti: da nobis, ejus intercessione, in fide stabiles & à spe Evangelii quod praedicavit immobiles permanere; Per Christum Dominum nostrum. &c. Amen.

Postea fit Commem. de Patrono Ecclesiae.

Si autem Ecclesia dedicata sit sub titulo SS. Trinitatis, aut S. Spiritus, vel alicujus ex mysteriis Christi; ejusmodi Commem. fit post Orationem de Cruce, ante Suffrag. de Beata. Quod si in honorem sanctae Crucis dedicata sit, Commem. de Cruce fit etiam in Festis simplicibus. Si verò sub invocatione S. Mariae; non fit alia Commemoratio de ea quam hic habetur; pariter de S. Privato.

Deinde fit Commem. de omnibus Sanctis, & speciatim de iis quorum Reliquia habentur.

In Feriis per Annam ad Primam. 117

Ant. Hi sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitabit super illos. *Apost. 7.*

Ps. 9.
In eternum exultabunt, & habitabis in eis; *R.* Et gloriantur in te, Domine.

In Oratione sequenti, extra Ecclesiam omittitur vox [hac].
Orémus.

Prospicere, quæsumus, Domine, famulis tuis, per Sanctorum, quorum Reliquiæ in [hac] Ecclesia tua requiescunt, & omnium Sanctorum, merita gloriosa; ut eorum intercessione ab omnibus semper protegámur adversis; Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Ultimò, pro Pace.

Ant. Deus qui fecit nobiscum secundum suam misericordiam, det nobis jucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris. *Eccli. 30.*

Ps. 118.
Dominus virtutem populo suo dabit: *R.* Dominus benedicet populo suo in pace.

Orémus.

Deus, à quo saneta desideria, recta consilia & justa sunt opera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest, pacem; ut, & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublimitate formidine, tempora sint tua protectione tranquilla; Per Dominum... *Filiam tuum. R.* Amen.

Ps. 138.
Dominus vobiscum. *vel* Domine, exaudi.

Ps. 135.
Benedicamus Domino. *Deo gratias.*

A D P R I M A M.

Ps. 124.
Deus, in adiutorium, &c. *Hymnus.*

Jam lucis orto sidere,
Deum precemur supplices;
Nostras ut ipse dirigat,
Lux increata, semitas.

Nil lingua, nil peccet manus;
Nil mens inane cogitet:
In ore simplex veritas,
In corde regnet caritas.

Incepta dum fluxerit dies,
O Christe, custos pervigil,
Quas sævus hostis oblidet,
Portas tuere sensum.

Præsta diurnus ut tuæ
Subserviat laudi labor:
Auctore quæ te cepimus,
Da, te favente, prossequi.
Superba ne nimis caro
Menti licenter imperet,
Carnis domet superbiam
Portis cibique parcitas.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cura spiritu,
Nunc, & per omne sæculum:
Amen.

[*In Feriali Officio Psalmi & Antiphona dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.*

In Festis vero, Ant. semper sumitur de Proprio, vel de Comuni, & Psalmi tantum dicuntur de Feria, nisi aliter notetur.]

Capitulum. Ephes. 5.

Videte, fratres, quomodo cautè ambulétis, non quasi insipientes, sed ut sapientes; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

R. breve. Christe, Fili Dei vivi, * Misere nobis. *Reper.* Christe, Fili Dei vivi, * Misere nobis. *Ps. Qui sedes * ad*

138 *In Feriis per Annum ad Primam.*

dexteram Patris, [*Hic versus quandoque mutandus est, ut natusur in Proprio.*] * Miserere nobis, Glória Patri, & Filió, * & Spiritui sancto. *Repá, Christe, Fili Dei vivi, * Miserere nobis. Matth. 16. Tob. 2. Hebr. 1.*

V. Exurge, Dómine, adjuva nos; *R.* Et rédime nos propter nomen tuum. *Pf. 43.*

P R E C E S.

Quando ad Laudes dicta sunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.

In-Duplicibus & intrà Ollavas omittuntur sequentes V.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. *Pater noster. secretò.*

V. Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.

Credo in Deum. V. Carnis resurrectionem, *R.* Vitam æternam. Amen.

V. Et ego ad te, Dómine, clamavi; *R.* Et manè oratio mea præveniet te. *Pf. 87.*

V. Repleát os meum laude; *R.* Ut cantem glóriam tuam, totá die magnitudinem tuam. *Pf. 70.*

V. Averte faciem tuam à peccatis meis; *R.* Et omnes iniquitates meas dele. *Pf. 50.*

V. Cor mundum crea in me, Deus; *R.* Et spiritum rectum innova in visceribus meis. *Pf. 50.*

V. Ne proicias me à facie tua; *R.* Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me. *Pf. 50.*

V. Redde mihi lætítiam salutaris tui; *R.* Et spiritu principali confirma me. *Pf. 50.*

[*Quando Preces dicuntur flexis genibus, adduntur sequentes V. ante Adjutórium.*

V. Eripe me, Dómine, ab hómine malo; *R.* A viro iniquo: eripe me. *Pf. 139.*

V. Eripe me de inimicis meis, Deus meus; *R.* Et ab insurgéntibus in me libera me. *Pf. 58.*

V. Eripe me de operántibus iniquitátem; *R.* Et de viris sanguinum salva me. *Pf. 37.*

V. Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi, *R.* Ut reddam votum meum de die in diem. *Pf. 60.*

V. Dirige me, Dómine, in veritate tua, & doce me; *R.* Quia tu es Deus salvator meus. *Pf. 24.*

V. Deus, in adjutórium meum intende; *R.* Dómine, ad adjuvandum me festína, *Pf. 69.*

V. Reminiscere miseratiónum tuarum, Dómine, *R.* Et misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt. *Pf. 24.*

V. Bénedic, ánima mea, Dómino; *R.* Et ómnia quæ intrá me sunt, nómini sancto ejus. *Pf. 103.*

V. Bénedic, ánima mea, Dómino; *R.* Et noli oblivisci omnes retributiónes ejus. *Pf. 102.*

V. Qui propitiátur ómnibus iniquitatibus tuis; *R.* Qui sanat omnes infirmitates tuas. *Pf. 102.*

V. Qui rédimittit de interitu vitam tuam; *R.* Qui coronat te in misericórdia & miseratiónibus. *Pf. 102.*

V. Qui replet in bonis des-

In Feriis per Annum ad Primam. 133

Oratio : *R.* Renovabitur ut aequilæ juventus tua. *Pf.* 102.]

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini, *R.* Qui fecit celum & terram. *Pf.* 123.

Hebdomadarius facit Confessionem, mediocri voce dicens :

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptiste, sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, [& vobis, fratres ;] quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere, meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [& vos, fratres,] orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Chorus dicit :

Miserere tui omnipotens Deus ; & , dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. *Hebdomadarius respondet, Amen.*

Deinde Chorus facit Confessionem ; & ubi dictum est : vobis, fratres, & vos, fratres, dicit : tibi, pater, & te, pater.

[*Mulieres in suis Conventibus, loco fratres, & Pater, dicunt, sorores, & mater.]*

Faciã Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit :

Miserere vestri omnipotens Deus ; & , dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. *R.* Amen.

Qui solus recitat, semel di-

cit, Confiteor. omiſſis vocibus que clauduntur parentheſi, & addita particulâ &, ante voces omnibus & omnes. Deinde Miserereatur. ſemel, ad quod dicit, noſtri, noſtris, noſ.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. *R.* Amen.

Elevans vocem, dicit :

V. Exaudi nos, Deus, ſalutarius noſter, *R.* Spes omnium finium terræ. *Pf.* 64.

V. Miſerere noſtri, Domine, *R.* Miſerere noſtri. *Pf.* 122.

V. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, *R.* Quemadmodum ſperavimus in te. *Pf.* 32.

V. Domine, exaudi orationem meam ; *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

V. Dominus vobiscum, *R.* Et cum ſpiritu tuo.

Orémus.

Domine, Deus omnipotens, qui ad principium hujus diæ nos pervenire feciſti : tuâ nos hodie ſalva virtute ; ut ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam juſtitiam faciendam noſtra proſtédant eloquia ; dirigantur cogitationes & opera ; Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium ſuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus ; Per omnia ſæcula ſeculorum. *R.* Amen.

V. Dominus vobiscum, *R.* Et cum ſpiritu tuo.

V. Benedicamus Domino. *R.* Deo grâtiâs.

Si dicenda ſit Prima de Of-

246 *In Feriis per Annam ad Primam.*

ficio parvo B. Mariae, praeponitur Officio Capituli.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primo fit lectio Martyrologii, in cuius fine nihil respondetur; sed statim Hebdomadarius dicit:

¶ Pretiosa in conspectu Domini, R. Mors Sanctorum ejus. Ps. 115.

Sancta Maria, & omnes Sancti adjuvent nos in orationibus suis pro nobis ad Deum; ut secundum eum qui vocavit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti simus. R. Amen. Rom. 15, 1. Petr. 1.

Deinde, ubi legitur Necrologium, post ejus lectionem dicitur Psalm. De profundis. & in fine, Requiem. cum ¶¶. Requiescant in pace. Domine, exaudi. Dominus vobiscum. & Orazio Absolve, ut habeatur in fine III Nocturni Officii Defunctorum.

Postea dicitur, ¶. Deus, in adiutorium meum intende: R. Domine, ad adjuvandum me festina. Ps. 69.

¶. Deus, in adiutorium meum intende: R. Domine, ad adjuvandum me festina.

¶. Deus, in adiutorium meum intende: R. Domine, ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Kyrie, elison. Christe, elison. Kyrie, elison. Secretò, Pater. Alia voce, ¶. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos a malo.

¶. Respice in servos tuos,

& in opera tua; & dirige filios eorum: R. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos; & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Ps. 89.

Gloria Patri. & Sicut erat. Oremus.

Dirigere & sanctificare regere & gubernare dignare, Domine Deus, Rex caeli & terrae, hodie corda & corpora nostra, sensus, sermones & actus nostros, in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum; ut hinc, & in aeternum, te auxiliante, salvi & liberi esse mereamur, Salvator mundi; Qui vivis & regnas in secula seculorum. R. Amen.

Leitor: Jube, domne, benedicere. [Leatrix dicit, domina, solus vel sola recitans, Domine.]

Bened. Det Dominus leges suas in mentem nostram, & in corde nostro superferbat eas. R. Amen. Hebr. 8.

Tum fit lectio Canonis, qui pro singulis diebus habetur ad calcem: in cuius fine dicitur, Tu autem, Domine, miserere nostri. R. Deo gratias.

Post Lectionem, Hebdomadarius dicit: Adiutorium nostrum in nomine Domini, R. Qui fecit caelum & terram. Ps. 123.

Submissiori voce dicit: Benedicite. Leitor versus ad eum, Deus. Hebd. Deus pacis aperi nos in omni bono, ut faciamus ejus voluntatem, faciens in nobis quod placeat coram se. Leitor. Amen. Hebr. 13.

Post quamlibet Moram, si

In Feriis per Annum ad Tertiam, &c. 147

aliud Officium non sequatur, dicimus secreto: Fidelium animarum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Deinde: Pater noster.

A D T E R T I A M.
V. Deus, in adiutorium, &c.

Hymnus.

O Fons amoris, Spiritus,
O sancte donorum pa-
rens,

Tuas refusus intimis
Accende flammis cordibus.

Qui caritatis vinculo
Cum Patre nectis Filium,
Et nos amoris mutui
Arcibus coapta nexibus,

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc, & per omne seculum,
Amen.

[*In Feriali Officio Psalmi & Ant. dicuntur secundum Feriam, ut singulis diebus assignantur.*

In Festis vero, Ant. semper Junitur de Proprio, vel de Comuni, & Psalmi tantum dicuntur de Feria, nisi aliter notetur.]

Capitulum & B. breve sumuntur ubi sumitur Antiph. super Psalmos; & sic ad alias Horas.

P R E C E S.

Quando ad Laudes dicta sunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam, & Nonam, haec dicuntur flexis genibus.

Kyrie, elison. Christe,
Kyrie, elison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos a malo.

V. Domine, Deus virtutum,

converte nos; R. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

V. Exurge, Domine, adjuva nos; R. Et redime nos propter nomen tuum. *Pf. 43.*

V. Domine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. *Pf. 101.*

V. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

Oratio conveniens.

V. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

V. Benedicamus Domino; R. Deo gratias.

A D S E X T A M.
V. Deus, in adiutorium, &c.

Hymnus.

Jam solis excelsum jubas
Totum coruscat lumine;
Sinusque pandens aureos,
Ignita vibrat spicula.

Tu, Christe, qui mundum novam,

Sol verus, accendis face,
Fac nostra plenam caritas
Crescendo surgat ad diem.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc, & per omne seculum
Amen.

Ant. Psalmi, Cap. B. br. & Preces, si dicende sint, dicuntur ut supra ad Tertiam.

Oratio conveniens.

A D N O N A M.
V. Deus, in adiutorium, &c.

Hymnus.

Labente jam solis rota,
Inclinat in noctem dies;
Sic vita supremam cito
Festinat ad metam gradu.

O Christe, dum fixus cruces
Expandis orbi brachia,

144 *In Feriis per Annum ad Vesperas.*

Amate da crucem; tuo

Da nos in amplexu mori.

Deo Patri sit gloria,

Ejusque soli Filio,

Sancto simul cum Spiritu,

Nunc, & per omne seculum.

Amen.

Ant. Psalmi, Cap. R. br. & Preces, si dicende sunt, dicuntur ut supra ad Tertiam.

Oratio conveniens.

A D V E S P E R A S.

Preces, si dicende sunt, habentur supra ad Laudes, 135. In iis, loco Psalmi De profundis, dicitur Ps. 50. Miserere mei, Deus. pag. 133.

S U F F R A G I A

Quae fiunt ad Praesentat. Domini tantum ad Feriam III. Hebdom. Quinquagesimae.

De sancta Cruce.

[In Officio Feriali tantum.]

Ant. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Gal. 6.

Ps. In Deo salutare meum. Et gloria mea. Ps. 61.

Orémus.

PERPÉTUA nos, quaesumus, Domine, pace custodi, quos per lignum sanctae Crucis redimere dignatus es; Qui vivis & regnas Deus. R. Amen. *[Si sequantur Vesperae de B. Maria, tunc fit integra conclusio: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. R. Amen. & post Benedicamus, dicitur, Deus, in adiutorium.]*

[Ubi verò non dicitur Officium parvum, ejus loco fit Suffragium sequens.]

De B. Maria.

Ant. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

Ps. Ipse est Dominus Deus tuus; & adorabunt eum; R. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Ps. 44.

Orémus.

CONCÈDE nos famulos, quaesumus, Dñe Deus, perpétua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosae beatae Mariae semper Virginis, intercessione, à praesenti liberari tristitia, & aeterna perfrui laetitia; Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.]

Commemor. de Beata, quae fit post Circumcisionem, & ab Octava Epiphaniae, usque ad Praesent. Domini, habetur proprio loco.

De sancto Privato.

Ant. Qui vicerit ero illi Deus, & ipse erit mihi filius, Apoc. 21.

Ps. Cum ipso sum in tribulatione, R. Eripiam eum & glorificabo eum. Ps. 90.

Orémus.

DEUS, qui per beatum Privatam Martyrem tuum atque Pontificem, infidèles populos de tenebris ad lucem veritatis venire tribuisti: da nobis, ejus intercessione, in fide stabiles & à spe Evangelii quod praedicavit immobiles permanere; Per Christum Dominum nostrum, R. Amen.

Postea fit Commemor. de Patrono, ut dictum est supra, pag. 136.

In Feriis per Annum ad Completorium. 143

Deinde de omnibus Sanctis, & speciarim de iis quorum Corpora aut saltem Reliquiæ habentur.

Ant. Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.

Matt. 13.

V. Iusti confitebuntur nomini tuo, Domine; *R.* Et habitabunt recti cum vultu tuo.

Pf. 139.

Orémus.

Propitiare, quaesumus, Domine, famulis tuis, per Sanctorum, quorum Reliquiæ in [hac] Ecclesia tua requiescunt, & omnium Sanctorum, mérita gloriósa; ut eorum intercessione ab omnibus semper protegámur adversis; Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Ultimò, pro Pace.

Ant. Deus meminerit testamenti sui, & faciat pacem; nec deserat in tempore malo.

1. Mach. 1.

V. Dóminus Deus loquétur pacem *R.* In plebem suam. *Pf. 84.*

Orémus.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt ópera: da servis tuis illam quam mundus dare non potest, pacem; ut, & corda nostra mandátis tuis dedita, & hóstium sublátá formidine, tempora sint tuá protectióne tranquilla; Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. *R.* Amen.

V. Dóminus vobiscú, *R.* Et cum spíritu tuo.

V. Benedicámus Dómino, *R.* Deo grátias.

AD COMPLETORIUM.

Gonverte nos, Deus salutaris noster; *R.* Et averte iram tuam à nobis. *Pf. 84.*

V. Deus, in adiutorium meum, &c.

Antiphona & Psalmi convenientes.

In Adventu, Hymnus.

In noctis umbra desides
Dum Iomnus artus occu-
pat,

Ad te, Deus, fidelibus
Mens excubat suspiriis.

Desiderate géntibus;
Verbum Patris, mundi salus;
Audi preces geméntium,
Tandemque lapsos excita.

Adsis, Redemptor; & tuæ
Plebis relaxans crimina,
Adæ scelus quas cláuserat,
Reclúde cœlestes domos.

Qui liberátor advenis,
Fili, tibi laus máxima;
Cum Patre, cumque Spíritu;
In sempiterna sécula.

R. Amen.

*A Vigilia Natalis Domini
ad Præsentationem ejusdem ex-
clusivè.*

Hymnus.

Mundi salus qui nascetur
ris,

Jesu puer, nos respice:
Da moribus castis tuam
Referre nos infántiam.

Fessos diurno dum levat
Labóre nocturnus sopor,
Defende, Pastor, bestias
Tuas ab infectis oves.

O Virgo, quæ paris Deum;
Fovesque lactentem sinu,
Hunc flecte nobis quæ vales,
Benigna mater, grátia.

144 *In Feriis per Annum ad Completorium.*

Qui natus es de Virgine , Glória magna Patri ; com-
 Jesu , tibi sit glória , par sit glória Nato ;
 Cum Patre , cumque Spiritu , Ambórum tibi par , Spíritus
 In sempiterna sécula. Amen. alme , decus. Amen.

*A crastino Præsentationis
 Domini , ad Feriam IV Ci-
 perum exclusivè ,*

Hymnus.

GRates , peracto jam die ,
 Deus , tibi persolvimus ;
 Pronoque , dum nox inci-
 pit ,

Prosternimus vultu preces.

Quod longa peccavit dies ,
 Amarum exipiet dolor ;
 Somno gravatis ne nova
 Infigat hostis vulnera.

Infestus usque circuit
 Quærens leo quem devoret :
 Umbrâ sub alarum tuos
 Defende filios , Pater.

O quando lucescet tuus
 Qui nescit occasum dies !
 O quando sancta se dabit
 Quæ nescit hostem patria !

Deo Patri sit glória ,
 Ejusque soli Filio ,
 Sancto simul cum Spiritu ,
 Nunc , & per omne séculum .
 Amen.

*In omni Officio de B. Ma-
 ria , loco precedentis Hymni ,
 dicitur sequens*

Hymnus.

Virgo , Dei génitrix , quem
 totus non capit orbis ,
 In tua se claudit viscera , factus
 homo.

Hinc mérito dicent te sécu-
 la cuncta beatam :

Hinc pópuli matrem te domi-
 namque colunt.

Súscipe , quos pia plebs tibi
 pèndere certat , honóres :
 Annue , sollicitâ quam prece
 poscit , opeque .

Capitulum. 1. Petr. 5.

Sobrii estote , & vigilate ;
 quia adversarius vester dia-
 bolus , tanquam leo rugiens ,
 circuit quærens quem devoret :
 cui resistite fortes in fide .

*R. br. In manus tuas , Dó-
 mine , * Commendo spiritum
 meum . In manus . 7. Redemi-
 sti me , Dómine , * Deus veri-
 tatis : * Commendo . Glória
 Patri . In manus . Ps. 30.*

*7. Custodi me , Dómine ,
 ut pupillam oculi : R. Sub
 umbra alarum tuarum protege
 me . Ps. 16.*

*In Adventu , Ant. 5. a. Sa-
 lutare .*

*Temp. Nat. Ant. 4. D. In
 judicium .*

*Post Præsent. Ant. 3. c. Dó-
 mine .*

Canticum Simeonis . Luc. 2.

Nunc dimittis servum tuum ;
 Dómine , * secundum
 verbum tuum , in pace ;

Quia viderunt oculi mei *
 salutare tuum ,

Quod paraisti * ante faciém
 omnium populórum ,

Lumen ad revelatióem gén-
 tium , * & glóriam plebis tuæ
 Israel .

*In Adventu , Ant. Salutare
 tuum expectábo , Dómine .
 Genes. 49.*

*Temp. Nativ. Ant. In judi-
 cium ego in hunc mundum
 veni ; ut qui non vident vi-
 deant , & qui vident cæci
 fiant . Joan. 9.*

Post Præsent. Ant. Dómine ;

In Feriis per Annum ad Completorium. 143

tabis pacem nobis ; omnia mine : *R.* Misere nostri.
enim opera nostra operatus es *Pf.* 122.

P. R E C E S. *V.* Fiat misericordia tua,
Quando dicte sunt Preces in *D*omine, super nos, *R.* Quem
Vesperis, hæ dicantur flexis *Q*uam
genibus. *Pf.* 32. *admodum speravimus in te.*

In Duplicibus & intra Octa- V. Domine, exaudi orati-
vas omittuntur sequentes *V.* *nem meam ; R.* Et clamor
meus ad te veniat. *Pf.* 101.

K Yrie, eléison. *C*hrifte,
Kéléison. *K* yrie, eléison. *V.* Dominus vobiscu, *R.* Et
cum spiritu tuo.

*P*ater noster.

*O*remus.

V. Et ne nos inducas in
tentationem ; *R.* Sed libera
nos à malo.

*C*redo in Deum.

V. Carnis resurrectionem,
R. Vitam æternam. Amen.

V. Benedictus es, *D*omi-
ne, Deus patrum nostrorum ;
R. Et laudabilis, & glorió-
sus, & superexaltatus in sécu-
la. *Dan.* 3.

V. Benedictum nomen gló-
riæ tuæ sanctum ; *R.* Et lau-
dabile, & superexaltatum in
omnibus séculis. *Dan.* 3.

V. Benedictus es in fir-
mamento cœli ; *R.* Et lau-
dabilis, & gloriósus in sécula.
Dan. 3.

V. Benedicat nos Deus,
Deus noster : *R.* Benedicat
nos Deus. *Pf.* 66.

*Deinde fit Confessio, ut su-
prd ad Primam, 139.*

V. Exaudi nos, Deus salu-
tarius noster, *R.* Spes omnium
finium terræ. *Pf.* 64.

V. Misere nostri, *D*ó-

*V*isita, quaesumus, *D*omi-
ne, habitationem istam,
& omnes insidias inimici ab
ea longè repelle : Angeli tui
sancti habitent in ea, qui nos
in pace custódiant ; & bene-
dictio tua sit super nos semper ;
Per *D*ominum nostrum *J*esum
*C*hristum *F*ilium tuum, qui
tecum vivit & regnat in unitá-
te *S*píritus sancti *D*eus, per
omnia sécula *seculorum.*

R. Amen.

V. Dominus vobiscu, *R.* Et
cum spiritu tuo.

V. Benedicamus *D*omino ;
R. Deo grátias.

*Finis Completorio, sub-
missiori voce dicitur : Grátia*
*D*omini nostri *J*esu *C*hristi, &
*c*áritas *D*eï, & comunicatio
sancti *S*píritus sit cum omni-
bus vobis. *R.* Amen. 2. *Cor.* 13.

*Postea, dicitur una ex Anti-
phonis de B. Maria, ut sequitur.*

*Post completum Officium di-
citur secreto, Pater, Ave,
Credo.*



ANTIPHONÆ DE BEATA:

www.libtool.com.cn

In Adventu.

Alma Redemptoris mater,
 quæ p̄via cœli
 Porta manes, & stella maris,
 succurre cadenti,
 Súrgerè qui curat, p̄pulo: tu
 quæ genuisti,
 Naturá mirante, tuum san-
 ctum genitorem:
 Virgo prius ac postérius, Ga-
 brielis ab ore
 Sumens illud Ave, peccató-
 rum miserere.

✠. Deus in médio ejus;
 R. Non commovébitur. *Pf.*
 45.

Orémus.

Gratiam tuam, quæsumus,
 Dómine, méntibus no-
 stris infunde; ut qui, Angelo
 nuntiante, Christi Fílii tui in-
 carnationem cognóvimus, per
 passionem ejus & crucem ad
 resurrectiónis glóriam perdu-
 camur; Per eundem Chri-
 stum Dóminum nostrum.

R. Amen.

*A die Natalis Domini ad
 Presentationem ejusdem inclu-
 sive, Ant. Alma Redemptoris,
 suprà.*

✠. Homo natus est in ea:
 R. Et ipse fundávit eam Altis-
 simus. *Pf.* 86.

Orémus.

Deus, qui salutis æternæ;
 beátæ Mariæ virginitate
 fecundá, humano géneri præ-
 mia præstitisti: tribue, quæsu-
 mus, ut ipsam pro nobis in-
 tercedere sentiamus, per quam
 meruimus auctorem vitæ sus-
 cipere Dóminum nostrum Je-
 sum Christum Fílium tuum.
 R. Amen.

*A crastino Presentationis Do-
 mini ad Feriam III majo-
 ris Hebdomadæ.*

Ave, regina cœlórum,
 Ave, dómina Angeló-
 rum:

Salve, radix; salve, porta;
 Ex qua mundo lux est orta;
 Gaude, Virgo gloriósa,
 Super omnes speciósa:
 Vale, ó valde decóra,
 Et pro nobis Christum exórti:
 ✠. Elégit eam Dóminus
 R. In habitatióne sibi. *Pf.* 131

Orémus.

Concède, misericors Deus;
 fragilitati nostræ præsl-
 idium; ut qui sanctæ Dei Ge-
 nitrícis memóriam ágimus, in-
 tercessiónis ejus auxilio à no-
 stris iniquitatibus refurgámus;
 Per eundem Christum Dómi-
 num nostrum. R. Amen.



ABSOLUTIONES ET BENEDICTIONES

'Dicendæ in Officio Nocturno ante Lectiones.'

DOMINICA,
Et in Officiis ix. Lect. quæ non sunt de Sanctis.

IN I. NOCTURNO,

Et pro II & V Feria.

Absolutio. 2. Mach. 1.

Adaperiat Deus cor nostrum in lege sua, & in præceptis suis; & det nobis cor omnibus, ut colamus eum.

R. Amen.

Sic respondetur ad singulas Absolutiones & Benedictiones.

BENEDICTIONES.

1. Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det nobis spiritum sapientiæ.

R. Amen. Ephes. 1.

2. Filius Dei det nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum. 1. *Joan. 5.*

3. Spiritus veritatis doceat nos omnem veritatem. *Joan. 16.*

IN II. NOCTURNO,

Et pro III & VI Feria.

Absolutio. 3. Reg. 8.

Deus noster inclinet corda nostra ad se, ut custodiamus mandata ejus.

R. Amen.

BENEDICTIONES.

1. Pater Dñi nostri Jesu Christi benedicat nos in omni benedictione spiritali. *Ephes. 1.*

2. Sciâmus supereminentem scientiæ caritatem Christi, ut impleamur in omnem plenitudinam Dei. *Ephes. 3.*

6. Unctio quam accepimus à Deo, maneat in nobis & doceat nos de omnibus. 1. *Joan. 2.*

IN III. NOCTURNO.

Absolutio. 2. Mach. 1.

Deus memnerit testamenti sui quod locutus est, & exaudiat orationes nostras. *R. Amen.*

BENEDICTIONES.

7. Detur nobis sermo in aperitione oris nostri cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii. *Ephes. 6.*

8. Occurrâmus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei; ut non circumferamur omni vento doctrinæ. *Ephes. 4.*

9. Deus spei repleat nos omni gaudio & pace in credendo; ut abundemus in spe & virtute Spiritus sancti. *Rom. 15.*

Si pro ultima Lectione legatur aliud Evang. cum Homilia, tunc nona Bened. erit: Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. 2. Cor. 4.

Si tria legantur Evangelia, septima Benedictio erit: Detur nobis sermo in aperitione oris nostri cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii. Ephes. 6.

8. Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui

est imago Dei. 2. Cor. 4. 3. Fulgeat nobis illuminatio
 Evangelii gloriæ Christi, qui
 est imago Dei. 2. Cor. 4.

*Eadem dicitur in omni Feria,
 quando pro iij. Lectione legen-
 dum erit Evangelium cum Homi-
 lia.*

IN FESTIS SANCTORUM,
quæ sunt ix. Lectionum.

*Absol. & Bened. dicuntur in
 I & III Nocturno, ut supra;
 in II autem; ut sequitur.*

Absolutio. 3. Reg. 8.

Deus noster inclinet corda
 nostra ad se, ut custodi-
 amus mandata ejus. *Rt. Amen.*

BENEDICTIONES.

4. Deus det nobis illuminatos
 oculos cordis, ut sciamus
 quæ sit spes vocatiõis ejus
 in Sanctis. *Ephes. 1.*

5. Dignos nos faciat in par-
 tem sortis Sanctõrum, qui
 eripuit nos de potestate te-
 nebrarum. *Coloss. 1.*

6. Aperiantur oculus nostri, ut
 convertamur à tenebris ad
 lucem, & accipiamus for-
 tem inter Sanctos. *Act. 26.*

IN FESTIS SANCTORUM,
*quæ sunt trium Lectionum
 tantum.*

*Absolutio secundum Feriam;
 Benedictiones verò, ut sequitur.*

1. Deus det nobis, &c.

2. Dignos nos faciat, &c.

3. Aperiantur, &c. *ut supra*

Si pro tertia Lectione legen-

dum sit Evangelium cum Homi-

lia, tunc tertia Benedictio erit:

Fulgeat nobis illuminatio

Evangelii gloriæ Christi, qui

est imago Dei. 2. Cor. 4.

*Si tertia Lectione sit de Evangelio,
 tunc tertia Benedictio erit;*

Si nona Lectione sit de Sancto,
 Benedictio erit: Digni ha-
 beamur regno Dei, cum vé-
 nerit in Sanctis suis admi-
 rabilis fieri. 2. Theff. 1.

[Quando D. Episcopus Le-
 ctionem lecturus est, postquam
 ipse præmisit ex more, Jube,
 domne, benedícere: Dignior
 post ipsum dicit illi; Ora pro
 nobis, Pater. Ipse autem Epis-
 copus respondet: Oro ut caritas
 vestra magis ac magis abun-
 det in sciéntia & in omni sensu.
 Chorus; *Rt. Amen. Philip. 1.*

*Idem observatur ubi unicus
 est Presbyter.]*

Feria IV. & Sabbato.

Absolutio. 2. Mach. 1.

Deus meminerit testamen-
 ti sui quod locutus est, &
 exaudiat orationes nostras.

Rt. Amen.

BENEDICTIONES.

1. Pater Dómini nostri Jesu
 Christi det nobis Christum
 habitare per fidem in cor-
 dibus nostris. *Ephes. 3.*

2. Occurrámus omnes in uni-
 tatem fidei, & agnitiõnis
 Filii Dei; ut non circum-
 ferámur omni vento doctri-
 næ. *Ephes. 4.*

3. Deus spei répleat nos omni
 gáudio & pace in credendo;
 ut abundemus in spe & virtú-
 te Spiritûs sancti. *Rom. 15.*

*Si tertia Lectione sit de Evangelio,
 tunc tertia Benedictio erit;*

149

P R O P R I U M D E T E M P O R E. P A R S H Y E M A L I S.

S A B B A T O
ante Dominicam I. Adventūs.

AD VESPERAS.

Ant. & Pſal. Beāti omnes. cum ceteris de Pſalterio, 131. Capitulum. Jerem. 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dóminus, & fuscitábo David germen justum; & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & justitiam in terra. *R.* Deo grátias.

R. Roráte, cœli, desuper; & nubes pluant Justū: * Aperiátur terra, & germinet Salvatórem; & justitia oriátur simul. *Ps.* Christus Jesus factus est nobis sapiéntia à Deo; & justitia, & redemptio: * Aperiátur. Glória Patri. * Aperiátur. *Is.* 45. 1. *Cor.* 1.

Hymnus, Statúta decreto Dei. ut infrá, 159.

Ps. Oriétur in diebus ejus justitia & abundantia pacis: *R.* Et dominábitur usque ad términos orbis terrarū. *Pſ.* 71.

Ad Magnificat. Ant. J. Sicut terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat; sic Dóminus Deus germinabit justitiam & laudem corá universis géntibus. *Is.* 61.

Oratio, ut infrá ad Laudes.

COMPLETORIUM, *ut in Pſalterio; servatis quæ propria sunt Tempori Adventūs, ut suprâ, 143. & 144.*

Pars Hyemalis,

DOMINICA PRIMA
ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Dóminus Deum qui ventúrus est, * Veníte, adorémus. Apoc. 1.*

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus. Instantis. infrá, 157.

Pſalmi de Dominica, ut in Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Ecce Dóminus auditum fecit in extrémis terrarum: dicite filiæ Sion, Ecce Salvátor tuus venit. *Is.* 62.

Ant. 1. a. Rex tuus veniet tibi justus, & salvátor; & loquetur pacem géntibus. *Zach.* 9.

Ant. 7. d. Congregabit Israel; & custodiet eum sicut pastor gregem suum; redemit enim Dóminus Jacob, & liberávit eum. *Jerem.* 31.

Ps. Salvos nos fac, Dómine Deus noster, & congrega nos de nationibus; *R.* Ut confiteámur nómini sancto tuo. *Pſ.* 105.

Pater noster. Absol. & Benedictá. ut suprâ post Pſalterium.

Incipit liber Isaíæ Prophétæ.

Lectio j. Cap. 1.

Visio Isaíæ, filii Amos, quam vidit super Judam & Jerúsalem in diebus Ozíæ, Jóathan, Achaz, & Ezechíæ, regum Juda. *Au-*

H

dite, cœli; & auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutriti, & exaltâvi; ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepem domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Vni genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percussiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor morrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & livor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta; civitates vestre succense igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostilium. Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut civitas quæ vastatur. ¶ Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini ad me, & salvi eritis.

¶ Sic terminantur omnes Lectiones ex Isaia per Adventum, nihil respondendo.]

R. Attende, Domine, de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo: * Tu enim pater noster, & Abraham nescivis nos: † Tu, Domine, redemptor noster, § A sæculo nomen tuum: ¶ Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! ¶ Ad

juva nos, misertus nostræ; Domine: * Tu enim pater noster, & Abraham nescivis nos. ¶ Non aliud nomen est sub cœlo datum, in quo oporteat nos salvos fieri: † Tu, Domine, redemptor noster. ¶ Nos credidimus & cognovimus quia tu es Filius Dei; § A sæculo nomen tuum: ¶ Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! ¶ Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Chorus, ¶ Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! Repet. R. Attende. usque ad ¶. Adjuva nos. Is. 63. & 64. Marc. 9. Act. 4. Joas. 6.

Leitio ij.

Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodomam fuissetis, & quasi Gomorra similes essemus. Audite verbum Domini, principes Sodomorum: percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrae. Quod mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum: holocausta arserunt, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cum venissetis ante conspectum meum, quis quæsit hæc de manibus vestris, ut ambularetis in atriiis meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustæ: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, & festivitates alias non feram; iniqui sunt cœtus vestri. Calendæ vestras, & solemnitates vestras odit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Et

cum extendéritis manus vestras, avertam óculos meos à vobis : & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam; manus enim vestræ sanguine plenz sunt. Lavámini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab óculis meis : quiescite ágere perverse, discite benefácere : quærite judícium, subvenite oppresso, judicáte pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dóminus : si fuerint peccáta vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur ; & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedétis. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gládus devorábit vos ; quia os Dómini locútus est. Hæc dicit.

Re. Statim véniet ad tempus suum Dominátor : * Ipse quasi ignis constans purgábit filios Levi ; & erunt offerentes sacrificia in justítia : & placébit Dómino sacrificiū. * Lex constituit sacerdotes infirmitatem habentes ; sermo autem, qui post legem est, Filium in æternum perfectum : * Ipse.

Malach. 3. Hebr. 7.

Lectio iij.

Quomodo facta est métrix civitas fidéls, plena judícii ? justítia habitávit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scóriam : vinum tuum mixtum est aquá. Príncipes tui infidéles, sócii furum : omnes diligunt múnera, sequuntur retribuciones. Pupillo non júdi-

cant ; & causa viduæ non ingréditur ad illos. Propter hoc ait Dóminus Deus exercituum, Fortis Israel : Heu, consolabor super hóstibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scóriam tuam, & auferam omne stannú tuum. Et restituum júdices tuos ut fuerunt prius, & consiliários tuos sicut antiquitis : post hæc vocáberis Civitas justí, Urbs fidéls. Ston in judício redimétur, & redúctam in justítia. Hæc dicit.

Re. Quare mœróre contráheris, filia Sion ? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus périit ? * Liberáberis : † Redimet te Dóminus de manu inimicórum tuórum. * Venit Filius hóminis quærrere & saluum fácere quod perierat : * Liberáberis. Glória Patri. † Redimet. Mich. 4. Luc. 19.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Cum vénierit Ston Redemptor, hoc fœdus meum cum eis, dicit Dóminus : Spíritus meus qui est in te, non recédet. Is. 59.

Ant. 4. E. In misericórdia sempiterna misertus sum tui, Sion ; & fœdus pacis meæ non movébitur, dixit miserátor tuus Dóminus. Is. 54.

Ant. 6. F. Consolabor vos, & consolabimini : vidébitis, & gaudébit cor vestrum ; & cognoscétur manus Dómini servis eius. Is. 66.

* Propè est Dóminus ómnibus invocántibus eum : Re. Omnibus invocántibus eum in veritate. Ps. 144.

Sermo sancti Bernardi

Abbâtis.

Serm. 4. n. 1, 4 & 5, de Adv.

Domini.

Lectio iv.

Dignum est, fratres, ut totâ cum devotiõne Dõmini celebrëtis Adventum, delectâti tantâ consolatiõne, stupefacti tantâ dignatiõne, inflammâti tantâ dilectiõne. Nec verò solùm cogitëtis adventum quo venit quæ- rere & salvum facere quod perierat; sed & illum nihilõminus, quo veniet & assûmet nos ad seipsum. Utinam circa hos duos adventus jugi meditatiõne versèmini, ruminantes in cõrdibus vestris, quantum in priore præstitit, quantum promiserit in secundo. Advēniens enim Salvâtor reformâbit corpus humilitatis nostræ, configurâtum cõrpori claritatis suæ; si tamen prius fuerit cor reformâtum, & configurâtum humilitati cordis ipsius. Propter quod & dicebat: Dis- cite à me quia mitis sum & hūmilis corde. Ergo illâ virtutum formam teneamus, quam verbo & exemplo commendâvit Christus præsens in carne; siquidem omnis virtus nostra tam longè est à vera virtute, quàm longè est ab ea forma. ¶ Tu autem, Dõmine, miserere nostri. R. Deo grâtiâs.

¶ Sic terminantur Lectiõnes per annum, nisi aliter no- tetur.]

R. Ecce servus meus, dicit Dõminus: non contendet, ne- que clamâbit, nec audiëtur vox ejus foris, * Donec ponat

in terra judiciũ: & legem ejus insulæ expectâbunt. ¶. Nunc annūnciat hominibus ut omnes ubique poenitentiã agant, * Donec. Is. 42. Matth. 12. Al. 17.

Sermo 5. n. 1. Lectio v.

Tertius quidam adventus est médius inter illos, in quo delectabiliter dormiunt qui eum norunt. Illi enim duo manifesti sunt, sed non iste. In priori quidem, in terris visus, & cum hominibus conversatus est, quando, sicut ipse testâ- tur, & vidèrunt eum, & odè- runt. In posteriore verò, Vidè- bit omnis caro salutâre Dei nostri; &, Vidèbunt in quem transfixerunt. Médius occultus est, in quo soli eum in seipsis vident electi, & salvæ sunt animæ eorum. In primo ergo venit in carne & in infirmitate; in hoc médio, in Spíritu & virtute; in último, in gló- ria & majestâte. Per virtutem enim pervenitur ad glóriam, quia Dõminus virtutum ipse est rex glóriæ; & adventus iste médius via quædam est per quam à primo venitur ad último. In primo Christus fuit redemptio nostra; in último apparebit vita nostra; in isto réquies est & consolatio nostra.

R. Confortâre, omnis pò- pulus terræ; * Quóniam ego vobiscum sum, dicit Dõmi- nus exercituum: & Spíritus meus erit in médio vestrũm. ¶. Non dicent, Ecce hæc; aut, Ecce illic: ecce enim regnum Dei intrâ vos est; * Quóniam. Agg. 2. Luc. 17.

n. 2 & 3.

Lectio vj.

DE hoc adventu médio ipsum audite : Si quis diligit me ; inquit , sermões meos servábit ; & Pater meus diliget eum , & ad eum veniēmus. Legi álibi : Qui timet Dóminum , faciet bona ; sed plus áliquid dictum sentio de diligente , quia sermões Dei servábit. Ubi ergo servandi sunt ? Haud dúbium quin in corde , sicut ait Prophéta : In corde meo abscondi eloquia tua , ut non peccem tibi. Sic serva sermónem Dei , quomodo meliùs servare potes cibum córporis tui. Nam & ille panis vivus est , & cibus mentis. Ergo trajiiciátur in viscera quazdam animæ tuæ , tránseat in affectiões tuas & in mores tuos. Si sic verbum Dei serváveris , haud dúbium quin ab eo servéris. Veniet enim Fílius ad te cum Patre : veniet Prophéta magnus , qui renovábit Jerúsalem ; & ille nova faciet ómnia. Hoc enim faciet hic adventus , ut sicut portávimus imáginem terréni , sic portemus & imáginem cœlestis. Sicut fuit vetus Adam effúsus per totum hómínem , & totum occupávit ; ita modò totum obríneat Christus , qui totum creávit , totum redémit , totum & glorificábit.

R. Expectat Dóminus ut miseréatur vestri ; & ideo exaltábitur parcens vobis : * Deus iudicii Dóminus ; † Beáti omnes qui expectant eum. *Ps.* Apparebit expectántibus se in salútem. * Deus. Glória Patri. † Beáti. *Is.* 30. *Hebr.* 9.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Egre diétur sicut in die certáminis , & veniet Dóminus Deus meus , omnesque sancti cum eo. *Zach.* 14.

Ant. 3. d. Ecce venit in sanctis míllibus suis , facere iudicium , & arguere omnes impios. *Ep.* Jud.

Ant. 1. D. Judicábit iudicium plebis suæ , & oblectábit iustos misericórdiá suá. *Eccli.* 35.

Ps. Cùm exáserit in brevi ira ejus ; *R.* Beáti omnes qui confidunt in eo. *Ps.* 2.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo tempore ; Dixit Jesus discipulis suis : Erunt signa in sole , & luna , & stellis ; & in terris pressúra géntium. Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homilia 1. in Evang.

Dominus ac redemptor noster , fratres caríssimi , parátos nos invénire desíderans , senescentem mundum quæ mala sequantur denúnciat , ut nos ab ejus amore compescat. Appropinquantem ejus términum quantæ percussiões præveniant , innotescit ; ut si Deum metuere in tranquillitáte nólumus , vicinum ejus iudicium , vel percussiõibus attriti timeámus. Hæc nos , fratres caríssimi , idcirco dícimus , ut ad cautélæ stúdiùm vestræ mentes evigilent , ne securitáte tórpeant , ne ignorántiá languescant ; sed semper eas & timor

solicitet, & in bono opere sollicitudo confirmet, pensando in hunc modum: *http://penfan.com* Incipientibus, respicite, & le-tes hoc quod Redemptoris nostri voce subjungitur: Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ supervenient universo orbi.

Tu autem.

R. Erunt signa in sole, & lunâ, & stellis; & in terris pressura gentium: * Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & majestate. *Ps.* Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: * Tunc videbunt. *Luc.* 21. *Joel.* 2.

Lectio viij.

Virtutes cælorum movebuntur. Quid enim Dominus Virtutes cælorum, nisi Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus & Potestates appellat? quæ in adventu districti Judicis nostris tunc oculis visibilibus apparebunt, ut districtè tunc à nobis exigant hoc, quod nos modò invisibilis Conditor æquanimiter portat. Ubi & subditur: Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum potestate magna & majestate. Ac si apertè diceretur: In potestate & majestate visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt; ut virtutem eius tantò tunc districtius sentiant, quanto nunc cervicem cordis ad eius patientiã non inclinant. Sed quia hæc contra reprobos dicta sunt, mox ad electòrum consolationem verba vertuntur.

Nam & subditur: His autè fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra.

R. Deus manifestè veniet, Deus noster & non silèbit. Ignis in conspectu ejus exardescet: advocabit cælum, & terram discernere populum suum. * Congregate illi sanctos ejus. *Ps.* Timeate Dominum, & date illi honorem; * quia venit hora judicii ejus: * Congregate. *Ps.* 49. *Apoc.* 14.

Lectio ix.

Levate capita, est mentes nostras ad gaudia patriæ cælestis erigere. Qui ergo Deum diligunt, ex mundi fine gaudere atque hilarèscere jubentur; quia videlicet eum quem amant, mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim ut fidèlis quisque qui Deum videre desiderat, de mundi percussionibus lugeat, quem sintri eisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptum namque est: Quicumque voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur, atque per hoc inimicus Dei esse convincitur. Sed absit hoc à fidèlium cordibus; absit ab his qui & esse ætam vitam per fidem credunt, & eam per operationem diligunt. Ex mundi enim destructione lugere eorum est, qui radices cordis in ejus amore plantaverunt, qui sequentem vitam non querunt, qui illam neque esse sus-

ficantur. Nos autem qui co-
lestis patris gaudia æterna co-
gnovimus, festinare ad ea
quantocius debemus.

R. Latentur cæli, & extul-
tet terra, & dicant in nati-
onibus: Dominus regnavit.
* Tunc laudabunt ligna salutis
coram Domino; quia venit
judicare terram. * Expectatio
creaturæ revelationem filio-
rum Dei expectat; quia &
ipsa creatura liberabitur à ser-
vitate corruptionis. * Tunc
laudabunt. Gloria. ¶ *Repetitur*
R. Latentur. usque ad ¶. Ex-
pectatio. 1. *Par.* 16. *Rom.* 8.

¶ *Is ritus observatur in omni*
Officio ix. Lect. in quo non di-
citur Te Deum.]

¶ *Sacerd.* Surge, Deus, ju-
dica terram; *R.* Quoniam tu
hereditabis in omnibus genti-
bus. *Ps.* 81.

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica.

Ant. Cce cum nubibus cœ-
1. *D.* **E**li quasi Filius homi-
nis veniebat; & Antiquus die-
rum dedit ei potestatem, &
honorem, & regnum. *Dan.* 7.

Ant. 3. a. Omnes populi,
tribus, & linguæ ipsi servient.
Dan. 7.

Ant. 7. d. Potestas ejus, po-
testas æterna quæ non auferet-
tur, & regnum ejus quod non
corrumpetur. *Dan.* 7.

Ant. 5. C. Fluent ad eum
populi, & judicabit inter po-
pulos multos, & corrumpet
gentes fortes usque in longin-
quum. *Mich.* 4.

Ant. 4. f. Ambulabimus in
nómine Domini Dei nostri; &
regnabit Dominus in monte

Sion, ex hoc nunc & usque
in æternum. *Mich.* 4.

Capitulum. 1. *Tim.* 6.

Adventum Domini nostri
Jesu Christi suis tempó-
ribus ostendet beatus & solus
potens, Rex regum, & Domi-
nus dominantium: qui solus
habet immortalitatem, & lu-
cem inhabitat inaccessibilem:
quem nullus hominũ vidit, sed
nec videre potest: cui honor,
& impérium sempiternum.

Hym. Jordánis. *infra*, 157.

¶ Intende, prospere procé-
de, *R.* Et regna propter veri-
tatem, & mansuetudinem, &
justitiam. *Ps.* 44.

Ad Benedictus. *Ant.* 8. G.
Scitote quoniam prope est re-
gnum Dei: amen dico vobis,
quia non præteribit genera-
tio hæc, donec omnia fiant.
Luc. 21.

Oratio.

Excita, quæsumus, Domi-
ne, potentiam tuam, &
veni; ut ab imminéntibus pec-
catorum nostrorum periculis,
te mereamur protegente eripi,
te liberante salvari; Qui vivis
& regnas.

Oratio cujuslibet Dominicæ
Adventûs dicitur ad Horas per
Hebdomad. nisi aliter notetur.

AD HORAS, Antiph.
sumuntur ex Laudibus, quartâ
prætermittit; quod semper obser-
vatur, nisi aliter notetur.

Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 1. *D.* Ecce cum nubibus
cæli.

In R. br. ¶. Qui venturus
es in mundum, * Misereere no-
bis. *Joan.* 6.

Cetera ut in Psalterio.

Canones habentur ad calcem.

A D T E R T I A M.

Ant. 3. a. Omnes pópuli.

Capitulum. Zach. 14.

ERit Dóminus rex super omnem terram; in die illa erit Dóminus unus, & erit nomen ejus unum.

*R. br. Timébunt gentes * Nomen tuum, Dómine. Timébunt. V. Et omnes reges terre * glóriam tuam, * Nomen. Glória Patri. Timébunt.*

V. Dóminus vidébitur in glória sua: R. Et pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum. Ps. 101.

A D S E X T A M.

Ant. 7. d. Potestas ejus.

Capitulum. Dan. 7.

Judícium sedébit ut auferá-
tur poténtia, & conterà-
tur, & dispéreat usque in finē:
regnum autem, & potestas, &
magnitúdo regni quæ est sub-
ter omne cælum, detur pópulo
sanctórum Altíssimi; cujus
regnum, regnum sempiternum
est.

*R. br. Regnum tuum, Dómine, * Regnū ómnium seculórum. Regnum tuum. V. Et dominátio tua in omni generatiónē & generatiónem, * Regnum ómnium seculórum. Glória. Regnum. Ps. 144.*

V. Tua est, Dómine, poténtia & glória: R. Tu es super omnes principes. 1. Paral. 29.

A D N O N A M.

Ant. 4. f. Ambulábimus.

Capitulum. Ezech. 39.

Ponam glóriam meam in gentibus: & vidébunt omnes gentes judícium meum

quod fécerim, & mantum meam quam posúerim super eos; & scient domus Israel quia ego Dóminus Deus eórum à die illa, & deinceps.

*R. br. Lætentur & exultent gentes; * Quóniam júdicas pópulos in æquitáte. Lætentur. V. Et gentes * in terra dirigis; * Quóniam. Glória Patri. Lætentur. Ps. 66.*

R. Jubiláte in conspectu regis Dómini: R. Quóniam venit judicáre terram. Ps. 97.

A D V E S P E R A S.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. f. Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet, & bráchium ejus dominábitur. Allelúia. Is. 40.

Ant. 5. C. Ecce merces Dómini cum eo, & opus illius coram illo. Allelúia. Is. 40.

Ant. 7. a. De Jérúsalem dabit vocem suam Dóminus, spes pópuli sui, & fortitúdo filiórum Israel. Allelúia. Joel. 3.

Ant. 3. a. Replébitur terra, ut cognoscant glóriam Dómini. Allelúia. Habac. 2.

Ant. 4. D. Omnis qui invocáverit nomen Dómini, salvus erit; quia in monte Sion erit salvátio. Allelúia. Joel. 2.

Capitulum. Apocal. 22.

Qui justus est justificétur adhuc, & sanctus sanctificétur adhuc. Ecce vénio citò, & merces mea mecum est, redere unicuique secundum ópera sua.

Hymnus, Statuta. infra, 159.

V. Excita poténtiã tuam, & veni, R. Ut salvos faciãs nos. Ps. 79.

Ad Magnificat. *Ant.* 6. F.
Vigilate, omni tempore orantes;
ut digni habeamini stare ante
Filiū hōminis. Allelūia.
Luc. 21.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

IN FERIIS ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

ante diem 16 Decembris.

Invis. Dōminum Deum qui
ventūrus est, * Venite, ad-
orēmus. *Apoc.* 1.

*Die 16 Decembris, & deinceps,
dicitur sequens.*

Invis. Dōminus propè est:
* Venite, adorēmus. *Philip.* 4.

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Instantis adventum Dei
Poscāmus ardenti prece;
Festisq̄e munus inclytum
Præoccupēmus canticis.

Eterna Proles fēminæ
Non horret inclūdi sinu;
Fit ipse servus, ut jugo
Nos servitūtis eximat.

Mansuetus & clemens venit;
Occurre, festina, Sion:
Ultero tibi quam porrigit,
Ne dura pacem respuas.

Mox nube clarā fulgurans
Mundi redibit arbiter,
Suique membra cōporis
Cælo triumphator vehet.

Fœtus tenebrarum, die
Cedant propinquo crimina:
Adam reformetur vetus,
Imago succedat novi.

Qui liberator advenis,
Fili, tibi laus maxima
Cum Patre & almo Spiritu,
In sempiterna sæcula.

Amen.

*Antiphona & Psalmi de
Psalterio, secundum Feriam.*

* Anima mea desideravit
te in nocte: *R.* Sed & Spiritu
meo in precordiis meis de
mane vigilabo ad te. *Cantic.*
If. 26.

*Tria R. & R. sumuntur è Do-
minica præcedenti, ex I. & II.
Nocturno alternatim, ut nota-
tur in qualibet Feria.*

Non dicitur Te Deum.

* *Sacerd.* Misere nos, I.
Deus omnium, & respice nos;
R. Et ostende nobis lucem
miserationum tuarum. *Cantic.*
Eccli. 36.

AD LAUDES.

*Psalmi & Antiph. de Psal-
terio, secundum Feriam.*

Capitulum. Zach. 6.

Hæc ait Dōminus exerci-
tuum, dicens: Ecce vir,
Oriens nomen ejus; & sub-
ter eum oriētur, & ædificabit
templum Dōmino.

Hymnus.

Jordanis oras prævia
Vox ecce Baptistæ quatit:
Præconis ad grandes sonos
Ignāvus abscedat sopor.

Auctoris adventum sui
Tellus, & æther, & mare
Prægestiente sentiunt,
Et jam salūtant gaudio.

Mundemus & nos pectora:
Deo propinquantiam
Sternamus; & dignam domum
Tanto parēmus hospiti.

Tu nostra, tu, Jesu, salus;
Tu robur & solatium:
Arens ut herba, te sine
Mortale tabescit genus.

Ægris salutarem manum
Extende: prostratos leva:
Ostende vultum, jam suos
Mundo reflorescet decor.

Qui liberator advenis,

H v

Fili, tibi laus maxima
Cum Patre & almo Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.
V. Tu exurgens, Domine,
misereris Sion; R. Quia
venit tempus miserendi ejus.
Ps. 101.

Ad Benedictus. Antiph. propria, ut infra in qualibet Feria. Preces flexis genibus, ut in Psalterio, 135.

Oratio Dominica procedens, nisi propria assignetur.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Coniurge, con-
surge, induere fortitudinem,
brachium Domini: con surge
sicut in diebus antiquis. Is. 51.

In R. br. V. Qui venturus
es in mundum, * Miserere no-
bis. Joan. 6.

Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, 138.

AD TERTIAM.

Ant. 1. g. Obsecro, Domi-
ne, mitte quem missus es.
Exod. 4.

Capitulum. Isai. 62.

Propter Sion non tacebo,
& propter Jerusalem non
quiescam, donec egrediatur
ut splendor Justus ejus, &
Salvator ejus ut lampas ac-
cendatur.

R. br. Memento nostri, Do-
mine, * In beneplacito populi
tui. Memento. V. Visita nos
in salutari tuo, * In gloria.
Memento. Is. 105.

V. Quis dabit ex Sion salu-
tare Israel? R. Cum conver-
terit Deus captivitatem plebis
sue, exultabit Jacob, & ieta-
bitur Israel. Is. 52.

Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, 141.

AD SEXTAM.

Ant. 3. c. Ostende, Do-
mine, faciem tuam: pla-
care, Domine; ne moreria.
Dan. 9.

Capitulum. Isai. 46.

Audite me, duro corde,
qui longe estis a justitia:
prope feci justitiam meam;
non elongabitur, & salus mea
non morabitur.

R. br. Ostende nobis, Do-
mine, * Misericordiam tuam.
Ostende. V. Et salutare tuum
da nobis: * Misericordiam.
Gloria Patri. Ostende. Is. 84.

V. Mirifica misericordias
tuas, R. Qui salvos facis spe-
rantes in te. Is. 16.

Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, 141.

AD NONAM.

Ant. 1. f. Expectatio Israel,
Salvator ejus in tempore tri-
bulationis, ne derelinquas nos.
Jerem. 14.

Capitulum. Jerem. 50.

In tempore illo, ait Domi-
nus: Queretur iniquitas
Israel, & non erit: & pecca-
tum Juda, & non inveniatur;
quoniam propitius ero eis quos
relinquero.

R. br. Prope timentes Do-
minum * Salutare ipsius. Pro-
pe. V. Ut inhabitet gloria in
terra nostra, * Salutare ipsius.
Gloria Patri. Prope.

V. Justitia ante eum amba-
labit: R. Et ponet in via gres-
sus suos. Is. 84.

Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, 141.

AD VESPERAS.

*Psalmi & Antiph. de Psal-
terio, secundum feriam.*

Feriâ secundâ intrâ Hebdom. I. Adventûs. 159

Capitulum. Habac. 2.

Apparebit in finem, & non mentietur: si motam fecerit, expecta illum; quia veniens veniet, & non tardabit.

Hymnus.

Statura decreto Dei Tandem propinquant tempora:

Empirus tot annorum morâ
Assulget è caelo dies.

Patris nefando crimine
Proles jacebat saucia:
In mortis umbra conditum
Sedebat humanum genus.

Morti secundæ debitos
Et sempiternis ignibus
Horrenda justî Jûdicii
Manebat expectatio.

Heu? quis ruinae tam gravis

Sarcinae damna; quæ manus
Afferre tam grandi queat
Patrem medellam vulnere?

Tu, Christe, tu solus tuo
Delapsus è throno Deus,
Imâgini potes tuæ
Formam decusque reddere.

Rorate, cœli, desuper;
Justumque fecundis sinu
Complexa tellus, perditio
Orbi salutem germinet.

Sit sempiterna laus tibi,
Verbum Patris factum caro,
Cum Patre, cumque Spiritu,

Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

¶ Adjutor meus & protector meus tu es: R. Deus meus, ne tardaveris. Ps. 39.

Ad Magnificat. Antiph. propria, ut infra in qualibet Feria.

Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, n. 42.

COMPLETORIUM, ut in Psalterio servatis quæ Tempori Adventûs sunt propria.

Preces, quando dicuntur, ut supra, 145.

FERIA SECUNDA

De Isaiâ Propheta.

Leitio j. Cap. 2.

Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Dômini in vertice montium, & elevabitur super colles; & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Dômini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exhibet lex, & verbum Dômini de Jerusaleme. Et judicabit gentes, & arguet populos multos, & consabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Domus Jacob, venite, & ambulemus in lumine Dômini. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob; quia replati sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt. Hæc dicit.

R. Dixit Dôminus: Domus Juda miserabor, * Et salvabo eos: & erit ubi dicitur eis: Non populus meus vos; dicitur eis, Filii Dei viventis. ¶ Mitram Filium meum dilectum, * Et. Of. 1. Luc. 20.

Leitio ij. Cap. 3.

Ecce enim dominator Dôminus exercituum auferet à Jerusaleme & à Juda vallidum

& fortem, omne robor panis, & omne robor aquæ: fortem, & virum bellatorem, iudicem & prophetam, & ariolum, & fenem; principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorum; & effeminati dominabuntur eis. Hæc dicit.

R. Statim veniet ad templum suum. 151.

Leitio iij. Cap. 4.

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui salvati fuerint de Israel. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerúsalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerúsalem: si abluerit Dóminus sordes filiárum Sion, & sanguinem Jerúsalem laverit de médio ejus in spiritu iudicii, & spiritu ardóris. Et creabit Dóminus super omnem locum montis Sion, & ubi invocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte, super omnem enim glóriá protéctio. Hæc dicit.

R. Quare mœrore. 151.

Ad Benedíctus. Ant. 2. D. Non tardat Dóminus promissionem suam: advéniet dies Dómini. 2. *Petr. 3.*

Ad Magníficat. Ant. 8. G. Ecce prædixi vobis omnia: cum vidéritis hæc fieri, scitote quòd in próximo sit in óstiiis. *Marc. 13.*

FERIA TERTIA;

De Isáia Prophéta.

Leitio j. Cap. 5.

CANTÁBO dilecto meo canticum patruélis meæ vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepívit eam, & lapides elégit ex illa, & plantávit eam electam, & ædificávit turrin in médio ejus; & tórcular extruxit in ea; & expectávit ut fáceret uvæ, & fecit labruscas. Nunc ergo, habitatóres Jerúsalem, & viri Juda, judicáte inter me & vineam meam. Quid est quod debui ultrá fácere vineæ meæ, & non feci ei? An quòd expectávi ut fáceret uvæ, & fecit labruscas? Hæc dicit.

R. Ecce servus. 152.

Leitio ij.

ET nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ: Auferam sepem ejus, & erit in direptionem; diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem. Et poná eam desertam: non putábitur, & non fodiétur; & ascendent vepres, & spinæ: & núbibus mandábo ne pluant super eam imbrem. Vinea enim Dómini exercituum domus Israel est, & vir Juda germen ejus delectábile: & expectávi ut fáceret iudicium, & ecce iniquitas; & justítiam, & ecce clamor. Væ qui conjúngitis domum ad domum, & agrum agro copulátis usque ad términum loci; numquid habitábitis vos soli in médio terræ? In áuribus meis sunt hæc, dicit Dóminus exercituum. Hæc dicit.

Feriâ quartâ intrâ Hebdom. I. Adventûs. 161

R. Confortâre. 152.

Leçtio iij.

VE qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad vespèram, ut vino æſtuétis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris: & opus Dómini non reſpícitis, nec ópera mánuum ejus conſiderátis. Propterea captivus ductus eſt pópulus meus, quia non hábuit ſciéntiam; & nóbiles ejus interierunt fame, & multitúdo ejus ſiti exáruit. Propterea dilatávit infernus ánimam ſuam, & apéruit os ſuum absque ullo término; & descendunt fortes ejus, & pópulus ejus, & ſublimēs, glorióſque ejus ad eum. Et incurvábitur homo, & humiliábitur vir, & óculi ſublimium deprimentur. Et exaltábitur Dóminus exercituum in judicio, & Deus ſanctus ſanctificábitur in juſtítia. Hæc dicit.

R. Expectat. 153.

Ad Benedíctus. Ant. 1. a.

Quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus, expectantes & properantes in adventu diéi Dómini? 2. *Petr. 3.*

Ad Magníficat. Ant. 7. d.

Atténdite ne graventur corda veſtra in crápula, & ebrietate, & curis hujus vitæ. *Luc. 21.*

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

Leçtio j. Cap. 5.

VE qui tráhitis iniquitatem in funiculis vanitátis, & quaſi vinculum plauſtri peccátum. Qui dicitis: Feſtínet, & citò véniat opus ejus, ut videámus,

& apprópiet; & véniet conſilium Sancti Iſrael, & ſciémus illud. **Vz. qui** dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes ténébras lucem, & lucē ténébras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. **Vz** qui ſapientes eſtis in óculis veſtris, & coram vobismetipſis prudentes. **Vz** qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem: qui juſtificátis impium pro munéribus, & juſtítiam juſti aufertis ab eo, Hæc dicit.

R. Dixit Dóminus. 159.

Leçtio ij.

Propter hoc, ſicut devorat ſtípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; ſic radix eórum quaſi favilla erit, & germen eórum ut pulvis aſcendet. Abjecerunt enim legem Dómini exercituum, & elóquium Sancti Iſrael blaſphemaverunt. Ided irátus eſt furor Dómini in pópulum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuffit eum; & conturbáti ſunt montes, & facta ſunt morticina eórum quaſi ſtercus in médio plateárum. In his ómnibus non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta. Et elevábit ſignū in nationibus procul, & ſibilábit ad eum de finibus terræ: & ecce feſtíus velociter véniet. Hæc dicit.

R. Statim véniet. 151.

Leçtio iij. Cap. 8.

Dominum exercituum ipſum ſanctificáte: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter. Et erit vobis in ſancti-

162 *Ferid quinta intrâ Hebdom. I. Adventûs.*

ficationem: in lapidem autem offensivâ & in petram scandali duâbus dômibus Israel; in liquorem & in ruinam habitâncibus Jerusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimônium, signa legem in discipulis meis. Et expectâbo Dôminum qui abscondit faciêm suam à domo Jacob, & præstolâbor eum. Hæc dicit.

R. Quare morôre. 151.

Ad Benedictus. Ant. 1. g. Sagitate immaculâti & inviolâti ei inveniri in pace. *a. Petr. 3.*

Ad Magnificat. Ant. 3. c. Vos similes hominibus expectantibus dômimum suum; ut, cum vènerit, confestim aperiant ei. *Luc. 12.*

FERIA QUINTA.

De Isâia Propheta.

Leçtio j. Cap. 10.

ET erit in die illa: non adjiciet residuum Israel, & hi qui fugerint de domo Jacob, innisi super eo qui percurrit eos; sed innitetur super Dôminum sanctum Israel in veritate. Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem. Si enim fuerit pópulus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo: consummatio abbreviata inundabit justitiam. Consummationem enim & abbreviationem Dôminus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit Dôminus Deus exercituum: Noli timere, pópulus meus habitator Sion, ab Assur: in virga per-

cütiet te, & bâculum suum levâbit super te in via Ægypti. Adhuc enim pûculum modicumque, & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum. Hæc dicit.

R. Ecce servus. 152.

Leçtio ij. Cap. 11.

IN die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur; & erit sepulcrum ejus gloriosum. Et erit in die illa: Adjiciet Dôminus secundò manum suam ad possidendum residuum pópuli sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Elam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et levâbit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Juda colliget à quatuor plagis terræ. Hæc dicit.

R. Confortare. 152.

Leçtio iij. Cap. 14.

Propè est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserebitur enim Dôminus Jacob, & eliget adhuc de Israel; & requiescere eos faciet super humum suam: adjungetur advena ad eos, & adherèbit dômui Jacob. Et tenèbunt eos pópuli, & adducunt eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Dômini in servos & ancillas; & erunt capientes eos qui se ceperant, & subjicient exactores suos. Et erit in die illa: cum requiescens dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à servitute dura quâ ante servisti,

fames parabolam istam contra regem Babilōnis, & dices: Quomodo cessavit exactor, qui ēvit tribūtum? Constrivit Dōminus bæculum impiōrum, virgam dominānciam, cædentem pōpulos in indignatiōne, plagā insanābili, subjicientem in furōre gentes, persequentem crudeliter. Conquievit & sicut omnis terra, gavisā est & exultavit. Hæc dicit.

Et. Expectat. 153.

Ad Benedictus. Ant. 4. A. Grātia vobis & pax à Deo, ut nihil desit in ulla grātia expectāntibus revelatiōnem Dōmini. 1. Cor. 1.

Ad Magnificat. Ant. 3. F. Ecce venio: beātus qui vigilat, & custōdit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Apoc. 16.

FERIA SEXTA.

De Isāia Propheta.

Leſtio j. Cap. 16.

EMitte Agnum, Dōmine, dominatōrem terræ, de Petra deserti ad montem filiz Sion. Et erit: Sicut avis fugiens, & pulli de nido volantes, sic erunt filiz Moab in transcensu Arnon. In consiliū, coge conciliū: pone quasi noctem umbram tuam in meridie. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitābunt apud te profugi mei: Moab, esto latibulum eorum à facie vastatōris: finitus est enim pulvis, consummātus est miser: defecit qui conculcābat terram. Et preparābitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo David, iudicans & quærens iudicium, &

velociter reddens quod iustum est. Hæc dicit.

Et. Dixit Dōminus. 159.

Leſtio ij. Cap. 17.

ET erit in die illa: Atenuabitur glōria Jacob, & pioguedo carnis ejus marcescet. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium ejus spicas leget: & erit sicut quærens spicas in valle Rāphaim. Et relinquētur in eo sicut racemus, & sicut excusio olæ duarum vel trium olivarum in summitate rami, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dōminus Deus Israel. In die illa inclinābitur homo ad fastidorem suum, & oculi ejus ad Sanctum Israel respicient; & non inclinābitur ad altaria quæ fecerunt manus ejus; & quæ operati sunt dīgiti ejus, non respiciet, lucos & delūbra. Hæc dicit.

Et. Statim veniet. 151.

Leſtio iij. Cap. 19.

IN die illa erit altare Dōmini in medio terræ Egypti; & titulus Dōmini juxta terminū ejus erit in signum & in testimoniū Dōmino exercituum in terra Egypti. Clamābunt enim ad Dōminum à facie tribulantis, & mittet eis salvatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscētur Dōminus ab Egypto, & cognoscant Egypti Dōminum in die illa, & colent eum in hostiis & in muneribus; & vota vovēbunt Dōmino, & solveat. Et percūtiēt Dōminus Egyptum plagā, & sanābit eam: & revertentur ad Dōminum; &

placábitur eis, & sanábit eos. Hæc dicit.

R. Quare moróre. 151.

Ad Benedictus. Ant. 1. D. Integer spírítus vester, & ánima, & corpus sine queréla in adventu Dómini nostri Jesu Christi servétur. 1. *Theff. 5.*

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Sicut fulgur coruscans de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt, fulget; ita erit Fílius hóminis in die sua. *Luc. 17.*

S A B B A T O.

De Isaiá Prophéta.

Leñio j. Cap. 28.

IN die illa erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ, & sertum exultatiónis residuo pópuli sui: & spírítus iudicii sedenti super iudícium, & fortitúdo reverténtibus de bello ad portam. Verùm hi quæque præ vino nesciérunt, & præ ebrietate erravérunt: sacerdos & prophéta nesciérunt præ ebrietate, absorpti sunt à viño, erravérunt in ebrietate, nesciérunt videntem, ignoravérunt iudícium. Omnes enim mensæ replétæ sunt vómitu, sordiumque, ita ut non esset ultrà locus. Quem docébit sciéntiam? & quem intelligere faciet auditum? ablaçtatos à lacte, avulsos ab ubéribus. Hæc dicit.

R. Ecce servus. 152.

Leñio ij.

Propter hoc audíte verbum Dómini, viri illusóres, qui dominámini super pópulum meum qui est in Jerúsalem. Dixistis enim: Percússimus fœdus cum morte, & cum inferno fécimus pactum. Fla-

gellum inundans cùm transierit, non véniet super nos; quia posuimus mendácium spem nostram, & mendácio protecti sumus. Idcirco hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lápidem, lápidem probátum, angularem, pretiósium, in fundamento fundátum; qui crediderit, non festínet. Et poná in pondere iudícium, & justítiam in mensúra: & subvertet grandis spem mendácii, & protectiõnem aquæ inundábunt. Et delébitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit; flagellum inundans cùm transierit, éritis ei in conculcatiõnem. Hæc dicit.

R. Confortáre. 152.

Leñio iij. Cap. 29.

VÆ qui profundi estis corde, ut à Dómino abscondátis consílium; quorum sunt in ténebris ópera, & dieunt: Quis videt nos, & quis novit nos? Perversa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cõgitet, & dicat opus factóri suo: Non fecisti me; & figmentum dicat fictóri suo: Non intélligis. Nonne adhuc in módico & in brevi convertétur Líbanus in Charmel, & Charmel in saltum reputábitur? Et audient in die illa surdi verba libri, & de ténebris & caligine óculi cæcorum vidébunt. Et addent mites in Dómino lætítiam, & páuperes hómines in Sancto Israel exultábunt; quóniam defécit qui prævalebat, consummátus est illusor, & succissi

sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem. Hæc dicit.

R. Expectat. 153.

Ad Benedictus. Ant. 3. a.
Exaltabitur Dóminus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

Is. 5.

AD VESPERAS.
Psalmi & Ant. de Psalterio.
Capitulum. Deut. 18.

Prophétam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dóminus Deus tuus: ipsum áudies.

Hymnus, Statuta. 159.

¶ Accédite ad eum, & illuminámini; R. Et fácies vestræ non confundentur. *Ff. 33.*

Ad Magnificat. Ant. 2. D.
Miserans miserébitur tui Dóminus, & non fáciat avolare à te ultrà doctórem tuum; & erunt óculi tui videntes præceptórem tuum. *Is. 30.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

DOMINICA II.

ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Dóminum Deum qui venturus est, * Veníte, adorémus. Apoc. 1.*

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Instantis. ut supra, 157.

Psalmi ut in Psalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Scriptum est in Prophétis: Erunt omnes docibiles Dei. Joan. 6.

Ant. 2. D. Non caligábunt óculi vidéntium, & aures audiéntium diligenter auscultábunt. Is. 32.

Ant. 3. d. Cor stultórum in-

telliget sciéntiam, & lingua balbórum velociter loquétur, & plané. *Is. 32.*

¶ Déxeram tuam sic notam fac, Dómine, R. Et eruditos corde in sapiéntia. *Pf. 89.*
De Isáa Prophéta.

Leñio j. Cap. 32.

Ecce in iustitia regnabit rex; & príncipes in iudicio præerunt. Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestáte, sicut rivi aquárum in siti, & umbra petrá prominentis in terra deserta. Non caligábunt óculi vidéntium, & aures audiéntium diligenter auscultábunt. Et cor stultórum intelliget sciéntiam, & lingua balbórum velociter loquétur, & plané. Non vocabitur ultrà is qui insípiens est, Princeps; neque fraudulentus appellabitur Major. Hæc dicit.

R. Vos testes mei, dicit Dóminus, & servus meus quem elégi; * Ut sciátis & credátis mihi, & intelligátis quia ego ipse sum. ¶ Qui de celo venit, super omnes est: & quod vidit, & audívit, hoc testátur; * Ut sciátis & credátis, *Is. 43. Joan. 3.*

Leñio ij. Cap. 33.

Audíte, qui longè estis; quæ fécerim; & cognóscite, vicíni, fortitúdinem meam. Contérriti sunt in Sion peccatóres, possédit tremor hypócritas. Quis póterit habitáre de vobis cum igne devorante? Quis habitábit ex vobis cum ardóribus sempiternis? Qui ámbulat in iustitiis, & loquitur veritátem: qui prójicit

avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum; iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longè. Hæc dicit.

R. Pópulus durâ cervice convertetur; & scient quia ego sum Dóminus Deus eorum: & * Dabo eis cor, & intelligent; aures, & audient: & laudabunt me. *Ps.* Scriptum est: Dedit illis Deus oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. * Dabo eis. *Baruch. 2. Rom. 11.*

Lectio iij. Cap. 35.

Lætabitur deserta & invia, & exultabit solitudo, & florébit quasi lílium. Germínans germinábit, & exultabit lætabunda & laudans: glória Libani data est ei: decor Carméli, & Saron. Ipsi videbunt glóriam Dómini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolútas, & gènuâ debílla roborate. Dícite pusillánimis: Confortámini, & nolite timere: ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipse veniet, & salvábit vos. Tunc aperientur óculi cæcorum, & aures surdorum patébunt. Tunc saliet sicut cervus, claudus: & aperta erit lingua mutórum; quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitúdine. Et quæ erat árida,

erit in stagnum; & sitiens, in fontes aquarum. Hæc dicit.

R. Properábunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendámus ad montem Dómini, & * Docébit nos de viis suis, & † Ibimus in sémittis ejus. *Ps.* Messias venit, qui dicitur Christus: cùm vénerit ille, nobis annuntiábit ómnia: * Docébit. Glória Patri. † Ibimus. *Mich. 4. Joan. 4.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Magnificátus est Dóminus: implévit Sion júdicio & jústítiá; & erit fides in temporibus tuis. *Is. 33.*

nc. 4. f. Divitiæ salutis sapiéntia & sciéntia: timor Dómini ipse est thesaurus ejus. *Is. 33.*

Ant. 5. a. Tempus requirendi Dóminum, cùm vénerit qui docébit vos jústítiam. *Osec. 10.*

Ps. Propè es tu, Dómine; *R.* Et omnes víz tuæ véritas. *Is. 118.*

Sermo sancti Leonis Papæ. *Serm. 1. de Jejunio decimi mensis, & Collectis. C. 1.*

Lectio iv.

SI fidéliter, dilectíssimi, satque sapienter creatiόνis nostræ intelligámus exórdium, inveniémus hóminem idéo ad imáginem Dei cónditum, ut imitátor sui esset auctóris: & hanc esse naturálem nostrí géneris dignitátem, si in nobis quasi in quodam spéculo divínæ benignitátis forma respléndeat. Ad quam quotidie nos útiq; reparat grátia Salvatóris, dum quod cécidit in Adam primo, erigi-

ter in secundo. Causa autem reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, quem non diligeremus, nisi nos prior ipse diligeret, & tenebras ignorantie nostræ, lux veritatis luce discuteret.

R. Sapiëntia suscipit inquirentes se, & præbit in via justitiæ: * Qui serviunt ei, obloquentes erunt Sancto; & eos qui diligunt illam, diligit Deus. ¶. Nos Spiritu ex fide, spem justitiæ expectamus in Christo Jesu: * Qui. *Eccli. 4. Galat. 5.*

Lectio v.

Quod quomodo impletum sit, Joannes Apostolus commemorat, dicens: Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Et iterum: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat; & ut in nobis formam suæ bonitatis inveniat, dat unde ipsi quoque quod operatur, operemur: accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suæ caritatis inflammans; ut non solum ipsum, sed etiam quidquid diligit, diligamus. Nam si inter homines ea demum firma amicitia est, quam morum similitudo sociarit, cum tamen paritas voluntatum sæpè in reprobos tendat affectus; quantum in nobis optandum atque nitendum est, ut in nullo ab his quæ Deo sunt placita, discrepemus? De quo

dicit Propheta: Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus; quia non aliter in nobis erit dignitas divinæ majestatis, nisi imitatio fuerit voluntatis.

R. Sensum tuum, Domine, quis sciet, * Nisi tu sapiëntiam miseris de altissimis; & sic correctæ sunt semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placuit didicerint homines? ¶. Ego carnalis sum, venundatus sub peccato; quod enim operor, non intelliго, * Nisi. *Sap. 9. Rom. 7.*

Cap. 2.

Lectio vj.

Dicente itaque Domino, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua; & Diliges proximum tuum sicut te ipsum, suscipiat fidelis anima auctoris sui atque rectoris immarcessibilem caritatem, totamque se etiam ejus subjiciat voluntati, in cuius operibus atque iudiciis nihil vacat à veritate justitiæ, nihil à miseratione clementiæ. Quoniam etsi magnis quis laboribus & multis fatigetur incommodis, bona est illi causa tolerandi, qui se adversis vel corrigi intelligit, vel probari. Caritatis verò istius pietas perfecta esse non poterit, nisi diligatur & proximus. Quoniam non ita tantum intelligendi sunt qui nobis amicitiam aut propinquitatem junguntur, sed omnes prorsus homines, cum quibus nobis natura communis est, sive illi hostes sint, sive socii, sive liberi, sive servi. Unus enim nos Com-

ditor finxit, unus nos Creator animavit. Dedit autem nobis majores diligendi proximi causas etiam gratiæ christi-
tiânæ latitudo.

R. Quis suscitavit ab oriente Justum? Vidérunt extrema terræ, appropinquaverunt & accesserunt: * Unusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet: Confortare. *¶* Ut unánimes honorificétis Patrem Dómini nostri Jesu Christi, suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei: * Unusquisque proximo. Glória Patri. * Unusquisque proximo. *Isaiæ. 41. Rom. 15.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Flos de radice Jesse ascendet; & requiescet super eum Spíritus sapiéntiæ & intellectûs. *Is. 11.*

Ant. 6. F. In sciéntia sua justificábit ipse multos, & iniquitátes eórum ipse portábit. *Is. 53.*

Ant. 7. d. Scient errantes spírítu intellectum; & munitiores discent legem. *Is. 29.*

¶ Deus, cognoscámus in terra viam tuam: *R.* In ómnibus géntibus salutáre tuum. *Pf. 66.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 11.

IN illo tempore; Joannes cum audisset in vinculis ópera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectámus? Et reliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri.

In Matth. Lib. 2. C. 11.

Joannes non quasi ignórans interrogat; ipse enim ceteris ignorántibus demonstráverat, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi; & Patris vocem audierat intonantis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complácuti. Sed quomodo Salvátor interrogat ubi sit pósitus Lázarus, ut qui locum sepulcri indicábant, saltém sic pararentur ad fidem & vidérent mórtuum resurgentem; sic & Joannes interficiendus ab Heróde, discipulos suos mittit ad Christum, ut per hanc occasiõnem videntes signa atque virtutes, créderent in eum, & magistro interrogante sibi dicerent.

R. Deus ipse veniet, & salvábit vos: tunc aperientur óculi cæcorum, & aures surdorum patébunt: tunc * Sállet sicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutórum. *¶* Cæci vident, claudi ámbulant, leprosi mundantur, surdi audiunt: * Sállet sicut cervus. *Is. 35. Matth. 11.*

Lectio viij.

Joannes interrogáverat per discipulos, Tu es qui venturus es, an alium expectámus? Christus signa demonstrat; non ad ea respondens quæ interrogátus fuerat, sed ad scándalum nuntiórum. Ite, inquit, & dicite Joanni signa quæ cernitis; cæcos videntes, & claudos ambulantes, & reliqua. Et, quod his non minus

est, Páuperes evangelizantur. Vel páuperes spírítu, vel certé ópibus páuperes; ut nulla inter nóbiles & ignóbiles, inter dívites & egénos, in prædicatióne distántia sit. Hæc magistri rigórem, hæc præceptoris cõmprobant veritátem; quando omnis apud eum qui salvári potest, æqualis est. Quòd autem ait: Et beátus qui non fúerit scandalizátus in me, internúctios percutit, sicut in consequéntibus demonstrábitur.

R. Audient in die illa furti verba libri, & * De ténébris & caligine óculi cæcórum videbunt; & páuperes hómines in Sancto Israel exultábunt. *Ps.* Mòrtui resurgunt, páuperes evangelizantur: * De ténébris. *Is.* 29. *Matth.* 11.

Leóio ix.

SI supérior senténcia contra Joannem proláta fúerat in eo quod ait, Beátus est qui non fúerit scandalizátus in me, quómodo nunc Joannes tantis laudibus prædicábitur? Sed quia turba circumstans interrogatiónis mystériũ nesciébát, & putábát Joannem dubitáre de Christo, quem ipse monstráverat dígito; ut intelligerent Joannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis; Quid, inquit, existis in desertum? Numquid ob hoc, ut hóminem viderétis cálamò símilem, qui omni vento circumfertur, & levitáte mentis de eo ambigeret, quem ántea prædicárat? An fórsitan stimulis contra me irvidiæ cógitur, & prædicátió ejus vanam sectábitur gló-

riam, ut ex ea quærat lucra? Cur divitias cúpiat? ut áffluat dapibus? locustis vescitur, & melle sylvestri. An ut móllibus vestiátur? pili camelórum tegmen ejus sunt. Istiúsmodi cibus & vestis, cárcceris hospítio recipiuntur; & prædicatió veritátis tale habet habitáculum. Qui autem adulatóres sunt, & sectantur lucra, & quæruunt divitias, & delíciis áffluunt, & móllibus vestiuntur; isti in dómibus regum sunt. Ex quo osténditur, rigidam vitam & austéram prædicatiónem vírãre debére aulas regum, & móllibus hóminum palátia declináre. Sed quid existis vídère? Prophétam? Etiam dico yobis, & plusquam Prophétam. In eo Joannes Prophétis ceteris major est, quòd quem illi prædicáverunt esse ventúrum, hic venisse dígito demonstrávit.

R. Beátus homo qui audit me: qui me invénerit, invéniet vitam, & háuriet salútem à Dómino; * Qui autem in me peccáverit, lædet ánimam suam. *Ps.* Beátus qui non fúerit scandalizátus in me; * Qui autem. Glória. *Repet.* *R.* Beátus homo. *usque ad Ps.* Beátus. *Prov.* 8. *Matth.* 11.

Ps. Sacerd. Audítã fac mihi manè misericórdiam tuam; *R.* Quia in te sperávi. *Ps.* 142.

A D L A U D E S.

Ant. **D**ominus formans me a. D. **D**ex útero servum sibi, ut reddám Jacob ad eum, dixit: Ecce dedi te in lucem géntium. *Is.* 49.

Ant. 8. c. Evangelizáre pau-

péribus misit me, prædicâre captivis remissionem, & cæcis visum. *Luc. 4.*

Ans. 3. c. Misit me ut prædicârem annum placabilem Dómino, ut consolârer omnes lugentes. *Is. 61.*

Ans. 4. D. Ducam cæcos in viam quam nesciunt; & in semitis quas ignoraverunt, ambulâre eos faciam. *Is. 42.*

Ans. 5. a. Ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta. *Is. 42.*

Capitulum. Isaïæ 50.

Quis ex vobis timens Dóminum, áudiens vocem servi sui? Qui ambulávit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nómine Dómini, & innitatur super Deum suum.

Hymnus. Jordánis oras prævia. 157.

☩. Emitte lucem tuam, Deus, ☩. Et veritatem tuam. *Pf. 42.*

Ad Benedictus. Ans. 1. D. Multos curávit Jesus à languoribus, & plagis, & spiribus malis; & cæcis multis donávit visum, & dixit: Euntes renuntiâre Joanni quæ audistis & vidistis. *Allelúia. Luc. 7.*

Oratio.

Excita, Dómine, corda nostra ad præparandas Unigéniti tui vias: ut per ejus adventum, purificâtis tibi méntibus servíre mereâmur; Qui tecum vivit & regnat, in unitate.

A D P R I M A M.

Ans. a. D. Dóminus.
In ☩. br. ☩. Qui venturus es in mundum, *Joan. 6,*

A D T E R T I A M.

Ans. 8. c. Evangelizâre.

Capitulum. Is. 48.

Hæc dicit Dóminus redemptor tuus Sanctus Israël: Ego Dóminus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via quâ ámbulas.

☩. *br.* Audiam quid loquatur * Dóminus Deus. Audiam.

☩. Quóniam loquetur pacem * in plebem suam * Dóminus Deus. Glória. Audiam. *Pf. 84.*

☩. Diriget manufectos in iudicio; ☩. Docébit mites vias suas. *Pf. 24.*

A D S E X T A M.

Ans. 3. c. Misit me.

Capitulum. Is. 54.

Ponam universos filios tuos doctos à Dómino, & multitudinem pacis filiis tuis; & in iusticia fundaberis.

☩. *br.* Disciplina tua, Dómine, * Correxit me in finem. Disciplina tua. ☩. Et disciplina tua * ipsa me docébit: * Correxit. Glória Patri. Disciplina. *Pf. 17.*

☩. Misericórdia tuâ, Dómine, plena est terra: ☩. Justificationes tuas doce me. *Pf. 118.*

A D N O N A M.

Ans. 5. a. Ponam.

Capitulum. Is. 60.

Erit tibi Dóminus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctûs tui. Pópulus autem tuus omnes iusti: in perpétuum hæreditábunt terram, germen plantatiónis mez, opus manûs mez ad glorificandum.

☩. *br.* Tu es * Lucerna mea, Dómine. Tu es. ☩. Et tu illuminábis * tenebras meas: * Lu-

Feriâ secundâ intrâ Hebdom. II. Adventûs. 171

cerna mea, Dómine. Glória Patri. Tu es. 2. Reg. 22.

7. Dóminus illuminatio mea, & salus mea; R. Quem timébo? Ps. 26.

A D V E S P E R A S,

Ant. **E**cce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante faciem meam: & statim véniet Dominátor. Allelúia. Malach. 3.

Ant. 5. C. Quàm pulcri super montes pedes annuntiantis bonum, prædicantis salútem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! Allelúia. Is. 52.

Ant. 2. D. Præparábitur in misericórdia sólium, & sedébit super illud in veritate in tabernáculo David, júdicans & velociter reddens quod iustum est. Allelúia. Is. 16.

Ant. 4. E. Dóminus dilexit eum, faciet voluntátem suam. Ego, ego adduxi eum, & directa est vja ejus. Allelúia. Is. 48.

Ant. 7. a. Venite in conspectu ejus: commoveátur à facie ejus omnis terra, quia venit. Allelúia. 1. Paralip. 16.

Capitulum. Mat. 40.

Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerúsalem: exalta, noli timére, Dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester.

Hymnus, Statuta. 159.

7. Justitia & júdicium præparatio sedis tuæ, Dómine: R. Misericórdia & veritas præcedent faciem tuam. Ps. 88.

Ad Magnificat. Ant. 1. D. Dixit Jesus ad turbas de Joan-

ne: Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. Allelúia. Matth. 11.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

F E R I A S E C U N D A.

De Isáia Prophéta.

Lesio j. Cap. 41.

Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: accédant, & tunc loquantur, simul ad júdicium propinquémus. Quis suscitávit ab oriente Justum, vocávit eum ut sequeretur se? Dabit in conspectu ejus gentes, & reges obtinébit; dabit quasi pulverem gládio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus. Persequétur eos, transibit in pace, sémita in pedibus ejus non apparebit. Quis hæc operátus est & fecit, vocans generatiónes ab exórdio? Ego Dóminus, primus & novíssimus ego sum. Hæc dicit.

R. Vos testes. 165.

Lesio ij.

ET tu, Israel, serve meus, Jacob quem elégi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extrémis terræ, & à longinquis ejus vocávi te, & dixi tibi: Servus meus es tu, elégi te, & non abjéci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortávi te, & auxiliátus sum tibi, & suscépit te dextera Justii mei. Ecce confundentur & erubescunt omnes qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi, Quæres eos, & non in-

172 *Feriá tertiá intrá Hebdom. II. Adventús.*

venies, viros rebelles tuos : non extinguet : in veritate edú-
erunt quasi non sint ; & veluti cer judicium. Non erit tristis,
consumptio, homines bellan- neque turbulentus, donec pon-
tes adversum te. Hæc dicit. nat in terra iudicium ; & legem
ejus insulæ expectábunt. Hæc
dicit Dóminus Deus, creans

R. Pópulus. 166.

Leñio iij.

EGo Dóminus Deus tuus ap-
prehendens manum tuam,
dicensque tibi : Ne timeas,
ego adjúvi te. Noli timére,
ermis Jacob, qui mórtui estis
ex Ísrael : ego auxiliátus sum
tibi, dicit Dóminus, & re-
demptor tuus Sanctus Ísrael.
Ego pósui te quasi plaustrum
tritúrans novum, habens rostra
ferrántia : tritúrabis montes, &
comminues ; & colles quasi
púlverem pones. Ventilábis
eos, & ventus tollet, & turbo
disperget eos ; & tu exultábis
in Dómino, in Sancto Ísrael
lætáberis. Hæc dicit.

R. Properábunt. 166.

Ad Benedictus. Ant. 8. G.
In die salutis auxiliátus sum
tus ; & dedi te in fœdus pó-
puli, ut diceres his qui in té-
nebris : Revelámini. *Is. 49.*

Ad Magnificat. Ant. 5. a.
Dedi te in lucem géntium, ut
edúceres de domo cárceris se-
dentes in ténebris. *Is. 42.*

FERIA TERTIA.

De Ísafa Prophéta.

Leñio j. Cap. 42.

ECce servus meus, sus-
cipiam eum : electus
meus, complácut sibi
in illo ánima mea : dedi Spí-
ritum meum super eum ; judí-
cium géntibus próferet. Non
clamábit, neque accipiet per-
sónam, nec audiétur vox ejus
foris. Cálamum quassátum non
cónteret, & linum súmigans

non extinguet : in veritate edú-
cer judicium. Non erit tristis,
neque turbulentus, donec pon-
nat in terra iudicium ; & legem
ejus insulæ expectábunt. Hæc
dicit Dóminus Deus, creans
cœlos, & extendens eos : fir-
mans terram, & quæ gérmí-
nant ex ea : dans statum pópulo
qui est super eam, & spíritum
calcántibus eam. Hæc dicit.
R. Sapiéntia. 167.

Leñio ij.

EGo Dóminus vocávi te in
Justítia, & apprehendi ma-
num tuam, & servávi te. Et
dedi te in fœdus pópuli, in
lucem géntium ; ut aperíres
óculos cæcórum, & edúceres
de conclusióne vincetum, de
domo cárceris sedentes in té-
nebris. Ego Dóminus, hoc est
nomen meum : glóriam meam
álteri non dabo, & laudem
meam sculptílibus. Quæ pri-
ma fuérunt, ecce venérunt :
nova quoque ego annúntio :
ántequam orientur, audíra vo-
bis fáciam. Cantáte Dómino
cánticum novum, laus ejus ab
extrémis terræ : qui descén-
ditis in mare, & plenitúdo
ejus ; insulæ, & habitátóres
eárum. Hæc dicit.

R. Sensum tuum. 167.

Leñio iij.

ET ducam cæcos in viam
quam nesciunt ; & in sé-
mitis quas ignoravérunt, am-
buláre eos fáciam : ponam té-
nebras coram eis in lucem,
& prava in recta : hæc verba
feci eis, & non derelíqui eos.
Conversi sunt retrorsum : con-
fundantur confusióne qui con-
fidunt in scúlptili, qui dicunt
constátili :

Ferid quartá intrá Hebdom. II. Adventis. 173

conſártili : Vos dii noſtri. Sur-
di, audite; & cæci, intuémini
ad videndum. Quis cæcus, niſi
ſervus meus? & ſurdus, niſi
ad quem núnctios meos miſi?
Quis cæcus, niſi qui venúmdatus eſt? & quis cæcus, niſi
ſervus Dómini? Hæc dicit.

R. Quis ſuſcitávit. 168.

Ad Benedíctus. Ant. 3. a.
Congregábo eos ab extrémis
terræ, inter quos erunt cæcus
& claudus; quia factus ſum
Iſraéli pater. *Jerem. 31.*

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Salvábo claudicantem; & dabo
vos in laudem, cùm conver-
terero captivitátem veſtram,
dicit Dóminus. *Sophon. 3.*

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

Leñio j. Cap. 43.

ET nunc hæc dicit Dó-
minus creans te, Jacob,
& formans te, Iſrael:
Noli timére, quia redémi te,
& vocávi te nómine tuo; meus
eſtu. Cùm tranſieris per aquas,
tecum ero, & flúmina non
opérent te: cùm ambuláveris
in igne, non comburéris, &
flamma non ardébit in te. Quia
ego Dóminus Deus tuus Sanctus
Iſrael, Salvátor tuus, dedi
propitiatióem tuam Ægyptum,
& Saba pro te. Ex quo honorábilis
factus es in óculis meis, & glo-
rióſus, ego dilexi te; & dabo
hómines pro te, & pópulos
pro ánima tua. Hæc dicit.

R. Vos teſtes mei. 165.

Leñio ij.

NOli timére, quia ego tecum
ſum: ab oriente ad-
ducam ſemen tuum, & ab oc-
Pars Hyemalis.

cidente congregábo te. Dicam
aquiloni: Da; & auctro: Noli
prohibére; affer filios meos de
longinquo, & filias meas ab
extrémis terræ. Et omnem qui
ínvocat nomen meum, in gló-
riam meam creávi eum, for-
mávi eum, & feci eum. Educ
foràs pópulum cæcum, & ócu-
los habentem; ſurdum, & au-
res ei ſunt. Hæc dicit.

R. Pópulus. 166.

Leñio iij.

EGO ſum, ego ſum Dómi-
nus; & non eſt abſque
me Salvátor. Ego annuntiávi
& ſalvávi: auditum feci, &
non fuit in vobis aliénus. Vos
teſtes mei, dicit Dóminus, &
ego Deus. Et ab initio ego
ipſe, & non eſt qui de manu
mea éruat? operábor, & quis
avertet illud? Hæc dicit Dó-
minus redemptor veſter, Sanctus
Iſrael: Propter vos miſi in
Babylónem, & detraxi veſtes
univerſos, & Chaldeos in ná-
vibus ſuis gloriantes. Ego Dó-
minus Sanctus veſter, creans
Iſrael Rex veſter. Hæc dicit.

R. Properábunt. 166.

Ad Benedíctus. Ant. 8. c.
Derelinquam in médio tui póp-
ulum páuperem, & egénium;
& ſperábunt in nómine Dómi-
ni. *Sophon. 3.*

Ad Magnificat. Ant. 4. A.
Ego Dóminus exáudiam páu-
peres: Deus Iſrael, non dere-
linquam eos. *Iſ. 41.*

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

Leñio j. Cap. 44.

ET nunc audi, Jacob ſer-
ve meus, & Iſrael quem
Elégi. Hæc dicit Dó-
I

174 *Feriá quintá intrá Hebdom. II. Adventús.*

minus faciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus: Noli timére, *serve meus Jacob, & rectissime quem elégi.* Effundam enim aquas super sitiētem, & fluenta super áridam: effundam Spíritū meum super semen tuum, & benedictiōnē meam super stirpem tuam. Et gerrinábunt inter herbas, quasi sálices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet: Dómini ego sum: & ille vocábit in nómine Jacob; & hic scribet manu suá: Dómino; & in nómine Ísrael assimilábitur. Hæc dicit.

℞. Sapiéntia. 167.

Leñio ij.

Hæc dicit Dóminus, redemptor tuus, & formator tuus ex útero: Ego sum Dóminus, faciēns ómnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum; irrita faciēns signa divinórum, & ariolos in furórem vertens; convertens sapientes retrorsum, & sciéntiam eórum stultam faciēns; fúscitans verbum servi sui, & consilium nuntiórum suórum complens; qui dico Jerúsalem: Habitáberis; & civitatibus Juda: *Edificabimini, & deserta ejus fuscitábo;* qui dico profundo: Desoláre, & flúmina tua arefaciam; qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntátem meam complébis; qui dico Jerúsalem: *Edificáberis; & templo: Fundáberis.* Hæc dicit.

℞. Sensus tuum. 167.

Leñio iij. Cap. 45.

EGo fuscitávi eum ad justitiam, & omnes vias ejus dirigam: ipse *ædificábit civi-*

tátem meam, & captivitátem meam dimittet, non in prætiōne, in munéribus, dicit Dóminus Deus exercítuum. Hæc dicit Dóminus: Labor *Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sábaim viri sublímes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulábunt, vincti máncis pergent; & te adorábunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Ísrael Salvátor.* Confúsi sunt, & erubuerunt omnes: simul abiérunt in confusiōnem fabricatóres errorum. Ísrael salvátus est in Dño salute æterná: non confundemini, & non erubescétis usque in séculum séculi. Hæc dicit.

℞. Quis fuscitávit. 168.

Ad Benedict. Ant. 6. F. Dominus Jacob, venite, & ambulémus in lumine Dómini. Is. 2.

Ad Magnificat. Ant. 7. ç. De Sion egrediétur lex, & verbum Dómini de Jerúsalem. Mich. 4.

F E R I A S E X T A.

De Isaia Prophéta.

Leñio j. Cap. 49.

Audíte, insulæ; & aténdite, pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me; de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei. Et pósuit os meum quasi gládium acútum: in umbra manús suæ protexit me, & pósuit me sicut sagittam electam, in pháretra sua abscondit me. Et dixit mihi: *Servus meus es tu, Ísrael, quia in te gloriabor.* Hæc dicit.

℞. Vos testes mei. 165.

Feriá sextá intrá Hebdom. II. Adventús. 175

Lectio ij.

ET nunc dicit Dóminus, formans me ex útero servum sibi, ut redúcam Jacob ad eum, & Israel non congregábitur: & glorificátus sum in óculis Dómini, & Deus meus factus est fortitúdo mea. Et dixit: Parúm est ut sis mihi servus ad fuscitandas tribus Jacob, & fœces Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extrémum terræ. Hæc dicit Dóminus redemptor Israel, Sanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominórum: Reges videbunt, & consúrgerint príncipes, & adorábunt propter Dóminum, quia fidélis est, & Sanctum Israel qui elégit te. Hæc dicit.

R. Pópulus. 166.

Lectio iij.

HÆc dicit Dóminus: In témpore plácito exaudívi te, & in die salutis auxiliátus sum tui: & servávi te, & dedi te in fœdus pópuli, ut fuscitáres terram, & possidéres hæreditates dissipátas; ut díceres his qui vincti sunt: Exite; & his qui in ténebris: Revelámini. Super vias pascentur, & in ómnibus planis páscua eórum. Non esúrient, neque stíent, & non percútiet eos æstus & sol; quia miserátor eórum reget eos, & ad fontes aquárum potábit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & sémitæ mez exaltabuntur. Hæc dicit.

R. Properábunt. 166.

Ad Benedictus. Ant. 5. C.
Fílii Sion, exultáte & lætá-

mini in Dómino Deo vestro; quia dedit vobis doctórem justitiæ. *Joel. 2.*

Ad Magnificat. Ant. 1. a.
Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem gentibus. *Is. 55.* [*Nisi dicenda sit Antiph. O Sapiéntia.*]

S A B B A T O.

De Isaia Prophéta.

Lectio j. Cap. 49.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo signum meum. Et áfferent filios tuos in ulnis, & filias tuas super húmeros portábunt. Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutritrices tuæ: vultu in terram demisso adorábunt te, & pulverem pedum tuórum lingent. Et scies quia ego Dóminus, super quo non confundentur qui expectant eum. Numquid tollétur à forti præda? aut quod captum fúerit à robusto, salvum esse póterit? Quia hæc dicit Dóminus: Equidem, & captivitas à forti tollétur; & quod ablátum fúerit à robusto, salvábitur. Eos verò qui judicaverunt te, ego judicábo; & filios tuos ego salvábo. Hæc dicit.

R. Sapiéntia. 167.

Lectio ij. Cap. 50.

HÆc dicit Dóminus: Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimísi eam? aut quis est créditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceléribus vestris dimísi matrem vestram. Quia veni, & non erat vir: vocávi, & non

erat qui audiret. Numquid abbreviata & parvula facta est manus mea, ut non possum redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare: ponam flumina in sicum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Hæc dicit.

R. Sensum tuum. 167.

Lectio iij.

Juxta est qui justificat me, quis contradicet mihi? Stephanus simul, quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? Qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Hæc dicit.

R. Quis suscitavit. 168.

Si incæptæ fuerint Ant. majores O. tunc ad Laudes & per Horas dicuntur Antiphonæ propriæ, ut ordinantur infra, ante Officium Vigiliæ Natalis Domini.

Ad Benedictus. Ant. 7. 9. Ponam verba mea in ore ejus; loqueturque ad eos omnia quæ præcæpero illi. *Deur. 18.*

AD VESPERAS.

Psalmi & Ant. de Psalterio.

Capitulum. Isaiæ 59.

Timébunt qui ab occidente, nomen Domini; & qui ab ortu solis, glóriam ejus; cum vénerit quasi flúvius violentus quem Spíritus Domini

cogit, & vénerit Sion Redemptor.

Hymnus, Statuta. 159.

✠. Vistitasti terrá, Domine,

R. Et inebriasti eam. *Pf. 64.*

Ad Magnificat. Ant. 5. a.

Hauriétis aquas in gáudio de fontibus Salvatoris; & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus. *Is. 12.*

[*Nisi dicenda sūt Ant. O.*]

Oratio, ut infra ad Laudes.

**DOMINICA TERTIA
ADVENTUS.**

AD OFFICIUM NOCT.

Ante 16. Decembris, Invit. Dóminum Deum qui venturus est, ✠ Veníte, adoremus.

Apoc. 1.

Die 16. & postea, Invit. Dóminus propè est, ✠ Veníte, adoremus. *Philip. 4.*

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Instantis. 157.

Psalmi ut in Psalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Dicit Dóminus: Reversus sum ad Sion, & habitábo in médio Jerúsalem; & vocábitur civitas veritátis. *Zach. 8.*

Ant. 5. a. In diébus illis, ait Dóminus, vénient filii Israel, & filii Juda simul, & Dóminum Deum suum quærent. *Jerem. 50.*

Ant. 3. c. Hæreditábunt terram electi mei qui requisierunt me; & vos qui dereliquistis Dóminum, omnes coarctis. *Is. 65.*

✠. Pópulum húmitem salutum facies, Domine; R. Et

Oculus superbórum humiliá-
bis. *Pf.* 17.

De Isafa Prophéta.

Lectio j. Cap. 51.

Audíte me, qui sequimini quod iustum est, & queritis Dóminum: attendite ad petram unde excissi estis, & ad cavernam laci de qua præcissi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ péperit vos; quia unum vocávi eum, & benedixi ei, & multiplicávi eum. Consolábitur ergo Dóminus Sion, & consolábitur omnes ruínas ejus: & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Dómini. Gáudium, & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio, & vox laudis. Attendite ad me, pópule meus; & tribus mea, me audíte: quia læx à me éxiet, & iudicium meum in lucem populórum requiescet. Propè est Iustus meus, egressus est Salvátor meus, & bráchia mea pópulos iudicábunt: me insulæ expectábunt, & bráchium meum sustinébunt. Leváte in cælum óculos vestros, & vidéte sub terra deorsum; quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atterétur, & habitatóres ejus sicut hæc interíbut: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustítia mea non deficiet. Hæc dicit.

R. Ego quasi nutritius Ephraim, portábam eos in bráchiis meis; & nesciérunt quòd curárem eos: * In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritátis. *¶* Nemo potest

venire ad me, nisi Pater qui misit me, tráxerit eum: omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me: * In funiculis. *Of.* 11. *Joan.* 6.

Lectio ij.

Audíte me, qui scitis iustum; pópulus meus, lex mea in corde eórum: nolite timére oppróbrium hóminum, & blasphemías eórum ne metuátis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis; & sicut lanam, sic devorábit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustítia mea in generatiónes generatiónum. Confurge, confurge, induere fortitudinem, bráchium Dómini: confurge sicut in diebus antiquis, in generatióibus seculórum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberáti? Hæc dicit.

R. Dicit Dóminus ad Jerúsalem: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. * Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvátor. *¶* Dómine, quid factum est, quia manifestatúrus es nobis te ipsum, & non mundo? * Verè. *If.* 45. *Joan.* 14.

Lectio iij.

Ego autem sum Dóminus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus ejus: Dóminus exercituum nomen meum. Pósvi verba mea in ore tuo, & in umbra manús meæ protexi te; ut plantes cælos, & fundes ter-

ram, & dicas ad Sion : Pópulus meus es tu. Elevare, elevare, conurge, Jerúsalem, quæ bibisti de manu Dómini cálicem iræ ejus : usque ad fundam cálicis sopóris bibisti, & potasti usque ad fæces. Non est qui sustentet eam ex ómnibus filiis quos genuit; & non est qui apprehendat manum ejus ex ómnibus filiis quos enutrivit. Duo sunt quæ occurrerunt tibi : quis contristabitur super te? Vástitas, & contritio, & fames, & gládus : quis consolábitur te? Hæc dicit.

R. Expectatio Israel, Salvátor ejus, Dómine, * Quare futurus es in terra velut vir vagus? † Dómine, nomen tuum invocátum est super nos, ne derelinquas nos. † Tu es Fílius Dei, tu es Rex Israel : * Quare. Glória. † Dómine. Jerem. 14. Joan. 1.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Mundámini: præcedet vos Dóminus, & congregábit vos Deus Israel. Is. 52.

Ant. 1. a. Ille asperget gentes multas: super ipsum continebunt reges os suum. Is. 52.

Ant. 7. d. Ego suscitavi eum ad justitiam, & omnes vias ejus dirigam, dicit Dóminus Deus exercítuum. Is. 45.

† Deus meus, impolluta via ejus: R. Protector est ómnium sperantium in se. Ps. 17.

Sermo sancti Leónis Papæ. Serm. 16. de Jejunio decimi mensis, & de Eleemosynis 6.

Leóio iv.

EVangélicis sanctiónibus, dilectíssimi, multum auctoritatis præbet doctri-

na legalis, cum quædam de mandato veteri ad novam observantiam transferuntur; & ex ipsa ecclesiastica devotíone demonstratur, quod Dóminus Jesus Christus non venit legem solvere, sed adimplere. Cæsántibus enim significatiónibus quibus Salvatoris nostri nuntiabatur adventus, & peractis figuris quas abstulit ipsa præsentia veritatis; ea quæ vel ad régulas morum, vel ad simplicem Dei cultum ratio pietatis instituit, in eadem apud nos formâ, in qua sunt condita, perseverant: & quæ utriusque testamento erant congrua, nullâ sunt commutatíone variata. Ex his autem est etiâ decimi mensis solemne jejuniû, quod à nobis nunc annuû est consuetudine celebrandum; quia plenum justitiæ est atque pietatis grátias divínæ ágere largitati, pro fructibus quos in usus hóminum secundum summæ providentiæ temperamentum terra produxit. Quod ut prompto ánimo nos facere monstrémus, non solum continentiam jejunii, sed etiam eleemosynarum curam oportet assûmi; ut de terra quæque cordis nostri germen justitiæ & fructus caritatis oriatur, & misericórdiam Dei, pauperum ipsius miserendo, mereámur.

R. Jejunium decimi erit dómni Juda in gáudium, & in solemnitates præclaras: * Veritatem & pacem diligite. †. In Spíritu sancto orantes, vosmet ipsos in dilectíone Dei servate, expectantes misericórdiam

Dómini nostri Jesu Christi :

* Veritatem. Zach. 8. Ep. Jud.

Lectio v.

Efficacissima enim est ad Exorandum Deum postulatio, cui pietatis opera suffragantur; quoniam qui suum ab inope non avertit animum, citò ad se Dómini convertit auditum, dicente Dómino: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est: Dimittite, & dimittetur vobis. Quid hâc justitiâ benignius? Quid hâc retributione clementius, ubi sententia judicaturi in potestate ponitur judicandi? Date, inquit, & dabitur vobis. Quam citò diffidentiz sollicitudo, & avaritiz est amputata cunctatio; ut quod reddituram se promittit veritas, secûra expendat humanitas. Constans esto, christiane largitor: da quod accipias, sere quod metas, sparge quod colligas. Noli metuere dispéndium, noli de dubio suspirare proventu. Substantia tua, cum bene erogatur, augetur; & concupiscere justum misericordiz lucrum, æterni quæstus est sectari commercium.

R. Hoc est jejûnium quod elégi, dicit Dóminus: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; * Tunc invocabis, & Dóminus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adsum. * Cum vénerit Fílius hóminis, dicit his qui à dextris ejus erunt: Venite; esurivi enim, & dedistis mihi manducare; * Tunc. *Is.* 58. *Matth.* 25.

Lectio vj.

Qui ergo pecúnias amat, & multiplicare opes suas immódicis optat augmentis, hoc potius sanctû sœnus exerceat, & hâc usurarum arte dutescat, ut non hóminum laborantium capret necessitates. Sacratissimus prophéta David cum diceret: Dómine, quia habitabit in tabernáculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? responso divinæ vocis instruitur, & eum ad æternam réquiem pertinere cognoscit, qui, inter alias piæ conversationis régulas, pecúniam suam non dedit ad usuram; & à tabernáculo Dei ostenditur alienus, & à sancto monte ejus extraneus, qui dolosum quæstum de pecuniæ suæ captat usûris: & dum per aliéna cupit damna ditari, æternâ dignus est egestate puniri. Vos itaque, dilectissimi, qui ex toto corde promissionibus Dómini credidistis, fugientes avaritiz lepram immunissimam, donis Dei piè & sapienter utimini. Et quoniam de ipsius largitate gaudetis, date operam ut possitis gaudiorum vestrorum habere confortes. Multis enim, quæ vobis suppetunt, defunt; & in quorundam indigentiâ, matéria vobis data est divinæ bonitatis imitandæ: ut per vos etiam in alios beneficia divina transirent, & bene dispensantes temporalia, acquireretis æterna.

R. Qui prójicit avaritiam, & excutit manus suas ab omni múnere: qui obturat aures suas, ne audiat sánguine, &

claudit oculos suos ne videat malû , * Regem in decore suo videbunt oculi ejus . * Uniuscujusque opus dies Dómini declarabit ; si cuius opus manserit , mercédem accipiet : * Regem. Glória. * Regem. *Is.* 33. 1. *Cor.* 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Vox clamantis in deserto : Parate viam Dómini. *Is.* 40.

Ant. 8. G. Poenitentiam agite ; appropinquavit enim regnum cœlorum. *Matth.* 3.

Ant. 4. d. Confortamini , & nolite timere : Ecce Deus vester. *Is.* 35.

¶ Quæ est expectatio mea ? nonne Dóminus ? R. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. *Pf.* 38.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 1.

IN illo tempore ; miserunt Judæi ab Jerosólymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem , ut interrogarent eum : Tu quis es ? Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ .

Homil. 7. in Evang.

EX hujus nobis lectionis verbis , fratres caríssimi , Joannis humilitas commendatur : qui cum tantæ virtutis esset , ut Christus credi potuisset , elegit sólidè subsistere in se , ne humanâ opinione raperetur inaniter super se . Nam confessus est , & non negavit : & confessus est , quia Non sum ego Christus . Sed quia dixit , Non sum ; negavit planè quod non erat , sed non

negavit quod erat ; ut veritatem loquens , ejus membrum fieret ; cuius sibi nomen fallaciter non usurparet . Cum ergo non vult appetere nomen Christi ; factus est membrum Christi ; quia , dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere , illius celsitudinem meruit veraciter obtinere .

R. Hoc est testimónium Joannis , quando miserunt Judæi ad eum : * Non sum ego Christus , non sum Eliás , non sum Prophéta . ¶ Dómine , non est exaltatum cor meum , neque elati sunt oculi mei : * Non. *Joan.* 1. *Pf.* 130.

Lectio viij.

Inquisitus à discipulis Dóminus de Eliæ adventu , respondit : Eliás jam venit , & non cognoverunt eum , sed fecerunt in eum quæcumque voluerunt . Et , si vultis scire , Joannes ipse est Eliás . Requisitus autem Joannes , dicit : Non sum Eliás . Quid est hoc , fratres caríssimi , quia quod Veritas affirmat , hoc Prophéta Veritatis negat ? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur , hoc quod inter se contrárium sonat , quomodo contrárium non sit , invenitur . Ad Zachariam namque de Joanne Angelus dicit : Ipse præcedet ante illum in spíritu & virtute Eliæ . Qui idcirco venturus in spíritu & virtute Eliæ dicitur , quia sicut Elias secundum Dómini adventum præveniet , ita Joannes prævenit primus . Sicut ille præcurfor venturus est Judicis , ita iste præcurfor est factus Redemptóris . Joannes

Igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Joannes denegat de persona.

R. Confessus est Joannes, & non negávit; & confessus est: Quia non sum ego Christus. * Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est. V. Ante Dominum qui elegit me, vilior fiam plusquam factus sum: * Ipse est.

Joan. 1. 2. Reg. 6.

Leóio ix.

Joannes Vocem se esse asserit, quia Verbum præcedit. Adventum itaque Dominicum præcurrens, Vox dicitur; quia per ejus ministerium Patris Verbum ab hominibus auditur. Qui etiam in deserto clamat; quia derelictæ destituteque Judææ solatium Redemptoris annúnciat. Quid autem clamat, insinuat cum subjungit: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. Via Domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Via Domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum illius vita præparatur. Unde scriptum est: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

R. Vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: Non sum ego Christus; sed * Quia missus sum ante illum. Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est. V. Præparate viam, planum facite iter: ecce Salvator venit;

* Quia. Glória. Repet. R. Vos usque ad V. Joan. 3. Is. 62.

V. Sacerd. Exultabit cor meum in salutari tuo: R. Cantabo Domino qui bona tribuit mihi. Ps. 12.

AD LAUDES.

Ant. Veniet ex Sion qui I. D. Veripiat, & avertat impietatem à Jacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Rom. 11.

Ant. 2. D. Dabo eis cor unum & viam unam, ut timeant me universis diebus, & bene sit eis. Jerem. 32.

Ant. 3. à. Fériam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me. Jerem. 32.

Ant. 4. D. Salvos eos faciam, & emundabo eos; & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Ezech. 37.

Ant. 5. a. Pastor unus erit omnium eorum: in judiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea. Ezech. 37.

Capitulum. Jerem. 30.

R. Evertetur Jacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet; quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te.

Hymnus, Jordánis. 157.

V. Deus in domibus Sion cognoscetur, R. Cum suscipiet eam. Ps. 47.

Ad Benedictus. Ant. 7. G. Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis: ipse est qui post me venturus est. Joan. 1.

Oratio.

AUrem tuam, quæ sumus, Dômine, præcibus nostris accommoda, & mentis nostræ tenebras grâtiâ tuæ visitationis illustra; Qui vivis,

A D P R I M A M.

Ant. 1. D. Veniet ex Sion.

*In R. br. V. Qui venturus es * in mundum. Joan. 6.*

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Dabo eis.

Capitulum. Jerem. 33.

ERit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationē cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis: & pavēbunt, & turbabuntur in universis bonis, & in omni pace quam ego faciā eis.

*R. br. Visita nos, Dômine, * In salutari tuo. Visita nos. V. Ad videndum in bonitate * electorum tuorum, * In salutari tuo. Glória. Visita. Ps. 109.*

V. Benefac, Dômine, bonis, R. Et rectis corde. Ps. 124.

A D S E X T A M.

Ant. 3. à. Fériam eis.

Capitulum. Hebr. 8.

HOC est testamentum quod disponam dōmni Israel post dies illos, dicit Dôminus: Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas; & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in pópulum.

*R. br. Exurge, Dômine Deus, * In præcepto quod mandasti. Exurge. V. Et synagoga populorum * circumdabit te, * In Glória. Exurge. Ps. 7.*

V. Non discédimus à te, vivificabis nos: R. Et nomen tuum invocábimus. Ps. 79.

A D N O N A M.

Ant. 5. a. Pastor unus.

Capitulum. Mich. 2.

CONGREGATIONE congregábo, Jacob, totum te: in unum condúcā reliquias Israel; páriter ponā illum quasi gregem in ovili, quasi pecus in médio caulárum: tumultuabuntur à multitudīne hóminum.

*R. br. Qui regis Israel, intende: * Qui dedúcis velut ovem Joseph. Qui regis. V. Qui sedes super Chérubim, * manifestáre; * Qui dedúcis. Glória. Qui regis. Ps. 79.*

V. Nos pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ, R. Confitebimur tibi in séculum. Ps. 78.

A D V E S P E R A S.

Ant. 3. a. D. Icit Dôminus redemptor tuus, Israel: Ego sum Dôminus, súscitans verbum servi sui, & consiliū nuntiōrum suórum complens. Allelúia. Is. 44.

Ant. 1. D. Locútus sum super Prophétas, & ego visiónem multiplicávi, & in manu Prophetárum assimilátus sum. Allelúia. Os. 12.

Ant. 5. C. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa; quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Allelúia. Is. 52.

Ant. 4. A. Bonas faciēte vias vestras, & stúdia vestra; & habitábo vobiscum. Allel. Jer. 7.

Ant. 6. F. Sciant omnes gentes quia est qui redimat, & liberet Israel. Allelúia. 1. Mach. 4.

Feriá secundá intrá Hebdom. III. Adventús. 183

Capizulum. 1. Mach. 4.

Nunc clamémus in cor-
lum; & miserébitur no-
strí Dóminus, & memor erit
testamenti patrum nostrórum.

*Hymnus. Statúta decreto
Dei. 159.*

✠. Misericórdia Dómini ab
æterno & usque in æternum,
R. His qui servant testamen-
tum ejus. *Pf. 102.*

Ad Magnificat. Ant. 3. à.
Qui post me ventúrus est,
ante me factus est; cujus ego
non sum dignus ut solvam ejus
corrígã calceamenti. *Joan. 1.*

[*Nisi dicatur Ant. O.*]

F E R I A S E C U N D A .

De Isala Prophéta.

Leñtio j. Cap. 51.

Audi hoc; paupércula,
& ébria non à vino.
Hæc dicit dominátor
tuus Dóminus, & Deus tuus,
qui pugnávit pro pópulo suo:
Ecce tuli de manu tua cáli-
cem sopóris, fundum cálicis
indignatiónis meæ; non adjí-
cies ut bibas illum ultrá. Et
ponam illum in manu eórum
qui te humiliavérunt, & di-
xérunt animæ tuæ: Incurvá-
re, ut transeámus; & posuisti
ut terram corpus tuum, &
quasi viam transeúntibus. Hæc
dicit.

R. Ego quasi. *177.*

Leñtio ij. Cap. 52.

Quam pulcri super mon-
tes pedes annuntiantis
& prædicantis pacem, annun-
tiantis bonum, prædicantis
salútem, dicentis Sion: Re-
gnábit Deus tuus! Vox specu-
latorum tuórum: levavérunt
vocem, simul laudábunt; quia

óculo ad óculum vidébunt,
cum converterit Dñs Sion.
Gaudete, & laudáte simul,
deserta Jerúsalem, quia conso-
látus est Dóminus pópulum
suum, redémit Jerúsalem. Pa-
rávit Dóminus bráchium san-
ctum suum in óculis ómnium
géntium: & vidébunt omnes
fines terræ Salutare Dei nostri.
Hæc dicit.

R. Dicit. *177.*

Leñtio iij.

Recédite, recédite, exíte
inde, pollúrum nolite
tángere: exíte de médio ejus,
mundámini, qui fertis vasa Dó-
mini. Quóniam non in tumul-
tu exibitis, nec in fuga pro-
perábitis; præcédet enim vos
Dóminus, & congregabit vos
Deus Israel. Ecce intélliget
servus meus, exaltábitur, &
elevábitur; & sublimis erit
valde. Sicut obstupuérunť su-
per te multi, sic inglórius erit
inter viros aspectus ejus, &
forma ejus inter filios hómi-
num. Iste asperget gentes mul-
tas, super ipsúm continébunt
reges os suum: quia quibus
non est narrátum de eo, vidé-
runt; & qui non audiéunt,
contempláti sunt. Hæc dicit
Dóminus.

R. Expectátio. *178.*

Ad Benedictus. Ant. 4. A.

Expectábo Dóminum, qui abs-
condit fáciem suam à domo
Jacob; & præstolábor eum.
Is. 8.

Ad Magnificat. Ant. 4. C.
Super Dómino non confun-
dentur qui expectant eum.
Is. 49.

[*Nisi dicatur Ant. O.*]

FERIA TERTIA.

De Isaiã Propheta.

Leãtio j. Cap. 54.

LAUDA, stérilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas; quóniam multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum, dicit Dóminus. Dilata locum tentórii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende; ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clavos tuos consólida. Ad dexteram enim & ad lævam penetrabis: & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabit. Hæc dicit.

R. Jejúniũ. 178.

Leãtio ij.

NOLI timere, quia non confundéris, neque erubesces: non enim te pudébit, quia confusiónis adolescentiæ tuæ obliviscéris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia dominábitur tui qui fecit te: Dóminus exercituum, nomen ejus; & redemptor tuus, Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocábitur. Quia ut mulierem derelictã & moerentem spiritu vocávit te Dóminus, & uxórem ab adolescentiã abjectã, dixit Deus tuus. Ad punctum in módico dereliqui te, & in miseratióibus magnis congregábo te. In momento indignatiónis abscondi faciẽm meam parumper à te, & in misericórdia sempiterna miserus sum tui, dixit redemptor tuus Dóminus. Hæc dicit.

R. Hoc est jejúniũ. 179.

Leãtio iij.

Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui jurávi ne inducerem aquas Noë ultrã super terrã; sic jurávi ut non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim commovebuntur, & colles contremiscent; misericórdia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movébitur, dixit miserátor tuus Dóminus. Paupércula, tempestãte convulsa, absque ulla consolatióne. Ecce ego sternam per ordinem lápides tuos, & fundábo te in sapphíris; & ponam jáspidem propugnacula tua, & portas tuas in lápides sculptos, & omnes términos tuos in lápides desiderábiles, universos filios tuos doctos à Dño, & multitudinem pacis filiis tuis: & in justitia fundaberis. Hæc dicit.

R. Qui prójicit. 179.

Ad Benedictus. Ans. 5. C.

Ego, ego ipse consolabor vos: Dóminus exercituum nomen meum. *Is. 51.*

Ad Magnificat. Ant. 1. a.

Clama ad me, & exáudiam te: & suscirábo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel. *Jerem. 33.*

[Nisi dicatur Ant. O.]

FERIA QUARTA
QUATUOR TEMPORUM.

De Isaiã Propheta.

Leãtio j. Cap. 55.

QUærite Dóminũ, dum inveniri potest: invocáte eum, dum propé est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitatiónes suas, & revertátur ad Dóminum; & miserébitur ejus: & ad Deum nostrum, quóniam

Teriá quartá intrá Hebdóm. III. Adventás. 185

multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dóminus. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Hæc dicit.

R. Súscita, Dómine, prædicatiónes quas locúti sunt in nómine tuo Prophætæ prióres: * Da mercédem sustinentibus te, ut Prophætæ tui fidéles inveniántur; & exaudi oratiónes fervórum tuórum. *Ÿ. Dómine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es, advénit tempus reddere mercédem servis tuis: * Da mercédem. Eccli. 36. Apoc. 11.*

Lectio ij.

ET quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illic ultra non revértitur, sed inébríat terram, & infundit eam, & germináre eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; sic erit verbum meum quod egrediétur de ore meo: non revértetur ad me vácuum, sed fáciat quæcumque vólui, & prosperábitur in iis ad quæ misi illud. Quia in lætítia egrediémíni, & in pace deducémíni: montes & colles cantábunt coram vobis laudem, & ómnia ligna regiónis plaudent manu. Pro salíunca ascendet ábies, & pro urtica crescet myrtus: & erit Dóminus nominátus in signum æternum, quod non auferétur. Hæc dicit.

R. Consolámini, consolámini, pópule meus, dicit Deus vester; quóniam * Compléta

est malítia Jerúsalem, dimissa est iniquitas illius. *Ÿ. Vobis remissio peccatórum annúciátur, & ab ómnibus quibus non potuistis in lege Móysi justificári: * Compléta est. Is. 40. Act. 13.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio iij. Cap. 1.

IN illo tempore; Missus est Angelus Gábriel à Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David; & nomen virginis, María. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Cap. 1. Luc. in Festo Annuntiar. tom. 7.

EXórdium nostræ redemptionis, fratres caríssimi, hodierna nobis sancti Evangelii lectio comunendat, quæ Angelum à Deo de cœlis missum narrat ad Vírginem; ut novam in carne nativitatem Filii Dei prædicáret; per quam nos, abjectá vetustáte nóxiá, renovári atque inter filios Dei computári possimus. Aptum profectò humanæ restauratiónis princípium fuit, ut Angelus à Deo mitterétur ad Vírginem partu consecrandam divíno; quia prima perditiónis humanæ fuit causa, cum serpens à diabolo mittebátur ad mulierem spírítu supérbie decipiendam: imó ipse in serpente diabolus veniebat, qui genus humanum, deceptis parentibus primis, immortalitatis glóriá nudáret.

186 *Feriâ quintâ intrâ Hebdom. III. Adventûs.*

R. Ave, grâtiâ plena; Dóminus tecum: * *Spiritus sanctus* supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

Ideoque & † Quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. ✽. Creávit Dóminus novum super terram: Fémina circumdabit virum. * *Spiritus sanctus*. Glória. † Quod. *Luc. 1. Jerem. 31.*

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Ne timeas, María; concipies in útero, & páries Filium: hic erit magnus, & Filius Altíssimi vocabitur. *Luc. 1.*

Preces, ut in Psalterio. 135.

Oratio.

Propè esto, Dómine, omnibus expectántibus te in veritatè; ut in adventu Filii tui Dómini nostri, plácitis tibi áctibus præsentémur; Per eundem. *Et dicitur ad Laudes & ad Horas tantum.*

Ad Magnificat. Ant. 1, f. Dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum; & regni ejus non erit finis. *Luc. 1.*

[*Nisi dicatur Ant. O.*]

Oratio Dominica præcedentis.

FERIA QUINTA.

De Isâa Propheta.

Leñio j. Cap. 56.

Hec dicit Dóminus: Custodite judícium, & fácite justítiam; quia juxtà est salus mea ut veniat, & justítia mea ut revelétur. Beátus vir qui facit hoc, & filius hóminis qui apprehendet istud: custodiens sabbatum, ne pólluat illud; custodiens manus suas,

R. Ego quasi. 177.

Leñio ij.

ET non dicat filius ádvenæ qui adhæret Dómino, dicens: Separatióne dividet me Dóminus à pópulo suo. Et non dicat eunúchus: Ecce ego lignum áridum. Quia hæc dicit Dóminus eunúchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui; & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen mélius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios ádvenæ qui adhærent Dómino, ut colant eum, & diligant nomen ejus, ut sint ei in servos; omnem custodientem sabbatum ne pólluat illud, & tenentem fœdus meum: adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo oratiónis meæ. Holocauستا eórum, & victimæ eórum placebunt mihi super altári meo; quia domus mea domus oratiónis vocabitur cunctis pópulis. Hæc dicit.

R. Dicit Dóminus. 177.

Leñio iij.

Ait Dóminus Deus qui congregat dispersos Israhel: Adhuc congregábo ad eum congregátos ejus. Omnes béstie agri, venite ad devorandum, universæ béstie saltus. Speculatóres ejus cæci omnes, nescierunt universi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes sómnia. Et canes lat-

prudéntissimi nesciérunt saturitatem : ipsi pastóres ignoravérunt intelligéntiam : omnes in viam suam declinavérunt , unusquisque ad avaritiam suá à summo usque ad novíssimum. Hæc dicit.

R. Expectatio. 178.

Ad Benedíctus. Ant. 7. G. Ecce ego vénio , ait Dóminus : & applicabuntur gentes multæ ad Dóminum , & erunt mihi in pópulum. Zach. 2.

Ad Magnificat. Ant. 2. D. O. ut infrá ante Officium Vigiliæ Navalís Domini.

F E R I A S E X T A
Q U A T U O R T E M P O R U M .
De Isáia Prophéta.

Lectio j. Cap. 58.

CLama , ne cesses : quasi tuba exalta vocem tuam , & annúntia pópulo meo scélera eórum , & dómui Jacob peccáta eórum. Me étenim de die in diem querunt , & scire vias meas volunt , quasi gens quæ justitiam fécerit , & judícium Dei sui non dereliquerit. Rogant me judícia justitiæ ; appropinquáre Deo volunt. Quare jejúnávimus , & non aspexisti ; humiliávimus ánimas nostras , & nescisti ? Ecce in die jejúnii vestri inventur voluntas vestra , & omnes debitóres vestros repétitis. Ecce ad lites & contentiónes jejunátis , & percútitis pugno impiè. Hæc dicit.

R. Jejúnium. 178.

Si hæc die occurrat Festum sancti Thomæ , sequens Lectio dividitur in duas , divisióne facta ad * Asteriscum.

Lectio ij.

Nolíte jejunáre sicut usque ad hanc diem , ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est jejúnium quod elégi , per diem affligere hómínem ánimam suam ? Numquid contorquére quasi circulum caput suum , & saccum & cinerem stérnere ? Numquid istud vocávi jejúnium , & diem acceptábilem Dómino ? Nonne hoc est magis jejúnium quod elégi ? Dissolve colligatiónes impietátis , solve fasciculos deprimentes ; dimitte eos qui confracti sunt , liberos , & omne onus dirumpe. * Frange esurienti paném tuum , & egénos vagosque induc in domum tuam : cum videris nudum , óperi eum , & carnem tuá ne despéxeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum , & sánitas tua citiùs oriétur , & antelabit faciém tuam justítia tua , & glória Dómini colliget te. Tunc invocábis , & Dóminus exáudiet ; clamábis , & dicet : Ecce adsum. Si abstuleris de médio tui caténam , & desieris exténdere dígitum , & loqui quod non prodest. Cum esuderis esurienti ánimam tuam , & ánimam afflictam repléveris , oriétur in ténebris lux tua , & ténebræ tuæ erunt sicut merídiés. Hæc dicit.

R. Hoc est jejúnium. 179.
Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio iij. Cap. 1.

Exurgens María in díebus illis , ábit in montána cum festinatióne in civitátem Juda ; & intrávit in domum.

124 *Sabbato intrâ Hebdom. III. Adventûs.*

Zachariæ, & salutâvit Elizabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii
Episcopi.

In Luc. lib. 2.

Contuendum est quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur; Maria ad Elizabeth, Christus ad Joannem. Denique etiam postea, ut sanctificaret baptismum Joannis, Dominus venit ad baptismum. Cito quoque adventus Mariæ & presentis Dominicæ beneficia declarantur. Simul enim ut audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus; & repleta est Spiritu sancto. Vide distinctionem, singulorumque verborum proprietates. Vocem prior Elizabeth audivit, sed Joannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordine audivit, iste exultavit ratione mysterii; illa Mariæ, iste Domini sensit adventum. Istæ gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus; duplicique miraculo prophétant matres spiritu parvulorum. Exultavit infans, repleta est mater. Non prius mater repleta quam filius; sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, replevit & matrem.

R. Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?
* Et beata quæ credidisti, quoniam † Perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.
V. Benedictus Dominus, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum;

* Et beata. Glória Patri. † Perficientur. *Luc. 1. Judith. 13.*

AD LAUDES & per Horas, Antiphonæ propriæ, ut infra ante Officium Vigiliæ Natalis Domini; & sic in sequentibus Feriis.

Ad Benedictus. Ant. 4. A. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

Oratio.

Excita, Domine, quesumus, potentiam tuam, & veni; ut hi qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adversitate liberentur; Qui vis & regnas.

Ad Magnificat. Ant. 2. D. O. ut infra. Oratio, Aurem tuam. 18a.

S A B B A T O

QUATUOR TEMPORUM.

De Isaia Propheta.

Leitio j. Cap. 61.

Spiritus Domini super me, sed quod unxerit Dominus me: ad annuntian- dum mansuetis misit me, et mederer contritis corde, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem; ut predicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro; ut consolarem omnes lugentes; ut ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fores justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates desertas, dispersas in ge-

berationem & generationem.
Hæc dicit.

Et Sion, non dissolvantur manus tuæ: Dominus Deus tuus in medio tuæ, fortis; ipse salvabit: * Gaudébit super te in læticia, silébit in dilectione sua, exultábit super te in laude. *Ps.* Fecit Dominus redemptionem plebis suæ: * Gaudébit. *Soph.* 3. *Luc.* 1.

*Si hæc die occur. Festum sancti Thomæ, sequens Lætio dividitur in duas, divisione factâ ad * Asteriscum.*

Lætio ij.

ET stabunt aliéni, & pascent pécora vestra: & filii peregrinórum agricolæ & vinitóres vestri erunt. Vos autem Sacerdótes Dómini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicétur vobis. Fortitudinem géntium comedétis, & in glória eárum superbiétis. Pro confusione vestra dúplici, & rubóre, laudábunt partem suam: propter hoc in terra sua dúplicia possidébunt, læticia sempiterna erit eis. Quia ego Dominus diligens iudícium, & ódio habens rapinam in holocausto; & dabo opus eórum in veritate, & fœdus perpetuum fériam eis. * Et scient in Géntibus semen eórum, & germen eórum in médio populórum: omnes qui viderint eos, cognoscent illos; quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Gaudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decorátum co-

rónâ, & quasi sponsam ornátam monilibus suis. Sicur e in terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus Deus germinábit iustitiam, & laudem coram universis géntibus. Hæc dicit.

Et Sion, non vocáberis ultra Derelicta; & terra tua non vocábitur ámplius Desolata: habitábunt in te filii tui. * Totâ die & totâ nocte in perpetuum non tacébunt, donec stabiliat laudem in terra Dóminus. *Ps.* Vénient ab Oriente, & Occidente, & Aquilóne, & Austro: * Totâ die. *Is.* 62. *Luc.* 13.

Lætio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lætio iij. Cap. 1.

Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaiâ prophéta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Hom. 6. in Evang.

Quod græcè Angelus, hoc latínè Nuntius dicitur. Rectè ergo qui nuntiáre supernum Iudicem mittitur, Angelus vocátur; ut dignitatem servet in nómine quam explet in operatione. Altum quidem nomen est, sed vjta nómine inférior non est. Utinam, fratres caríssimi, non ad iudícium nostrum dicámus; quia omnes qui sacerdotií nómine censentur, Angeli vocantur, Prophétâ attestante, q̄

ait : Lâbia sacerdotis custodiunt scientiam ; & legem requirunt ex ore ejus ; quia Angelus Dómini exercituum est. Séd hujus altitudinem nóminis etiam vos , si vultis , potestis mereri. Nam unusquisque vestrum in quantum sufficit , in quantum gratiam supernæ aspirationis accepit , si à pravitate proximum révocat , si exhortari ad bene operandum curat , si æternum regnum vel supplicium erranti denúnciat , cum sanctæ annuntiationis verba impendit , profectò Angelus existit.

R. Fuit Joannes in deserto baptizans , & prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum : * Et egrediebatur ad eum omnis Judææ régio , & Jerosolymitæ universi. * Ipse est directus divinitus in poenitentiam gentis : * Et. Glória. * Et. Marc. 1. Eccli. 49.

Ad Benedictus. Ant. 8. c. Prædicabat Joannes , dicens : Venit fortior me post me , cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Marc. 1.

Oratio.

DEus , qui conspicias quia ex nostra pravitate affligimur : concede propitius , ut ex tua visitatione consolémur ; Qui vivis & regnas.

AD VESPERS.

Psalmi & Antiph. de Psalterio.

Cavutulum. Genes. 49.

NON auferetur sceptrum de Juda , & dux de femore ejus , donec veniat qui mittendus est ; & ipse erit expectatio gentium.

Hymnus , Statuta. 159.

Virgam virtutis tuæ eruditet Dóminus ex Sion : R. Dóminare in médio inimicorum tuorum. Ps. 109.

Ad Magnif. Ant. O. Oratio , Excita. infra ad Laudes.

DOMINICA IV.

ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminus propè est : * Venite , adoremus. Philip. 4. Ps. 94. Venite. 2.

Hymnus , Instantis. ut supra , 157. Psalmi ut in Psalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Juda , te laudabunt fratres tui : manus tua in cervicibus inimicorum tuorum ; adorabunt te filii patris tui. Genes. 49.

Ant. 8. G. Dómine , introduce Judam ad populum suum : manus ejus pugnabunt pro eo , & adjutor illius contra adversarios ejus erit. Deut. 33.

Ant. 2. D. Coetus ejus permanebit , & erit dux ejus ex eo ; & princeps de médio ejus producetur. Jerem. 30.

Deus locutus est in sancto suo : R. Juda rex meus. Ps. 59.

De Isaiâ Propheta.

Leçtio j. Cap. 63.

Quis est iste qui venit de Edom , tinctis vestibus de Bosra ? Iste formosus in stola sua , gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor justitiam , & propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum , & vestimenta tua sicut calcantium in

torculari? Torcular calcávi solus, & de géntibus non est vir mecum: calcávi eos in furóre meo, & conculcávi eos in ira mea: & aspersus est sanguis eórum super vestimenta mea, & ómnia indumenta mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptiónis meæ venit. Circumspexi, & non erat auxiliátor: quæsi vi, & non fuit qui adjuváret; & salvávit mihi bráchium meum, & indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, & inebriávi eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eórum. Hæc dicit.

R. Cátulus leónis Juda: * Ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi læzæna; quis suscitábit eum? *¶* Vicit leo de tribu Juda, radix David: * Ad prædam. *Genes. 49. Apoc. 5.*

Lectio ij.

Miserationum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus quæ reddidit nobis Dóminus, & super multitudinem bonórum dómni Israël, quæ largítus est eis secundum indulgéntiam suam, & secundum multitudinem misericordiárum suárum. Et dixit: Verúm tamen pópulus meus est, filii non negantes; & factus est eis Salvátor. In omni tribulatione eórum non est tribulátus, & Angelus faciæ ejus salvávit eos: in dilectione sua, & in indulgéntia sua ipse redémit eos, & portávit eos, & elevávit eos cunctis diébus séculi. Ipsí autem ad iracúndiam pro-

vocavérunt, & affixerunt spirítu Sancti ejus; & conversus est eis in inimicum, & ipse debellávit eos. Hæc dicit.

R. Convertam conversiónem Juda, ait Dóminus; & erit in die illa: * Sérvient Dómino Deo suo, & David regi suo quem suscitábo eis, & egredietur de eis laus. *¶* Salus ex Judæis est; sed venit hora, & nunc est, quando veri adorátóres adorábunt Patrem: * Sérvient. *Jerem. 30. Joan. 4.*

Lectio iij.

ET recordátus est diérum séculi Móysi, & pópuli sui. Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastóribus gregis sui? Ubi est qui pósuit in médio ejus spirítum Sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Móysen bráchio majestátis suæ; qui scidit aquas ante eos, ut fáceret sibi nomen sempiternum? Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem? Quasi animal in campo descendens, Spirítus Dómini ductor ejus fuit: sic adduxisti pópulum tuum, ut fáceres tibi nomen glóriæ. Hæc dicit.

R. In diébus illis, apprehendent hómines ex ómnibus linguis géntium simbriam viri Judæi, dicentes: * Ibimus vobiscum; † Audívimus enim quóniam Deus vobiscum est. *¶* Manifestú est quòd ex Juda ortus sit Dóminus noster: * Ibimus. Glória. † Audívimus. *Zach. 8. Hebr. 7.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. d. Radix Jesse qui stat in signum populórum,

ipsum Gentes deprecabuntur.
If. 11.

Anr. 5. a. Erit in petram scândali duâbus dômbus Israel; & offendent ex eis plûrimi, & cadent. If. 8.

Anr. 8. c. Cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitúdo Géntium intrâret, & sic omnis Israel sâlvus fieret. Rom. 11.

ÿ. Copiôsa apud Dóminum redemptio: R. Et ipse rédimet Israel. Pf. 129.

Ex libro sancti Cypriáni
Episcopi & Mártiris.

De idolorum vanitate.

Lesio iv.

QUOD Christus sit, & quomodo per ipsum nobis salus vénerit, sic est ordo, sic râtio. Judæis primùm erat apud Deum grátia: sic olim justî erant, sic majôres eorum religiõibus obediébant. Inde illis & regni sublimitas floruit, & géneris magnitúdo provénit. Sed illi negligentes, & indisciplinâti & superbi póstmodum facti, & fiduciâ patrum inflâti, dum divína præcepta contemnunt, datam sibi grátiam perdidérunt. Quàm verò fuerit illis profána vita, quæ contracta sit violatæ religiõnis offensâ, ipsi quoque testantur, qui etsi voce tacent, exitu confitentur. Dispersi & palabundi vagantur, soli & cœli sui prófugi, per hospítia aliéna jactantur. Necnon Deus antè prædixerat fore ut, vergente sêculo, & mundi fine jam próximo, ex omni gente & pópulo & loco cultôres sibi allé-

geret Deus multò fidiôres y & meliôris obsequii, qui indulgéntiam de divinis munéribus haurirent, quam acceptam Judæi, contemptis religiõibus, perdidissent. Hujus igitur grátia disciplinzque árbitrè & magister, Sermo & Filius Dei mittitur, qui per Prophétas omnes retro illuminátor & doctor humani géneris prædicabátur.

R. Ecce óculi Dómini Dei super regnum peccans, & cõnteram illud à facie terræ: * Verúm tamen cõnterã domum Jacob. ÿ. Dico vobis; auferétur à vobis regnum Dei, & dâbitur genti facienti fructus ejus: * Verúm tamen. Amos 9. Matth. 21.

Lesio v.

HIC est virtus Dei, hic râtio, hic sapiéntia ejus & glória. Hic in Virginem illâbitur; carnem, Spíritu sancto cooperante, indûitur. Deus cum hómine miscétur. Hic Deus noster, hic Christus est, qui mediátor duórum, hómínem induit, quem perdúcat ad Patrem. Quod homo est, esse Christus vóluit, ut & homo possit esse quod Christus est. Sciébant & Judæi Christum esse ventúrum, nam hic illis semper, Prophétis admonéntibus, annuntiabátur; sed significáto dúplici ejus adventu, uno qui exercitio & exemplo hómínis fungerétur, áltero qui Deum faterétur, non intelligendo primum adventum qui in passióne præcessit occultus, unum tantum credunt qui erit in potestáte manifestus. Quod

autem hoc Judæorum pópulus intelligere non pótuit, delictórum méritum fuit. Sic erant sapiéntiæ & intelligéntiæ cæcitate multati, ut qui vitâ indigni essent, habérent vitam antè óculos, nec vidérent.

R. Dies multos sedébunt filii Israel sine rege, & sine príncipe, & sine sacrificio: & * Post hæc revertentur, & quærent Dóminum Deum suum, & David regem suum; & pavébunt ad Dóminum, & ad bonum ejus. *Ps.* Numquid sic offéndérunt ut caderent? Absit; sed illórum delicto, salus est géntibus, ut illos æmulentur: * Post. *Of. 3. Rom. 11.*

Lectio vj.

Itaque cum Christus Jesus, secundum à Prophétis antè prædicta, verbo & vocis império dæmónia de homínibus excúteret, paralyticos restríngeret, leprosfos purgáret, illumináret cæcos, claudis gressum daret, mórtuos rursus animáret, cogeret sibi elementa famulári, servíre ventos, mária obedire, ínferos cedere: Judæi qui illum crediderant hominem tantum de humilitate carnis & córporis, existimábant magum de licéntia potestátis. Hoc eos factúros & ipse prædixerat, & Prophetárum ómnium testimónium sic antè præcèsserat, oportere illum pati, non ut sentíret tantum mortem, sed ut vínceret; & cum passus esset, ad superiores denuó régredi, ut vim divínæ majestátis osténderet. Fidem itaque rerum cursus in-

plévit. Hunc comitámur, hunc séquimur, hunc habémus itineris ducem, lucis príncipem, salutis auctórem, cælum páriter & Patrem quærentibus, & credéntibus pollicentē. Quod est Christus, érimus Christiáni, si Christum fuérimus imitáti.

R. In die illa, dicit Dóminus, * Suscitábo tabernáculum David, quod cécidit: & † Reædificábo illud sicut in diébus antiquis, ut possideant omnes nationes. *Ps.* Deus visitávit súmere ex géntibus pópulum nómini suo; & huic concordant verba Prophetárum: * Suscitábo. Glória. † Reædificábo: *Amos 9. Act. 15.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Tempus tribulatiónis est Jacob, & ex ipso salvábitur; & non dominabuntur ei amplius aliéni. *Jerem. 30.*

Ant. 6. F. Congregabuntur filii Juda, & filii Israel páriter; & ponent sibi met caput unum, & ascendent de terra. *Of. 1.*

Ant. 4. f. Fáciam eos in gentem unam in terra in móntibus Israel, & rex unus erit ómnibus imperans, nec dividetur amplius. *Ezech. 37.*

Ps. Annúntient nomen Dómini, & laudem ejus in Jerúsalem, *R.* In conveniendo pópulos in unum. *Pf. 101.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 3.

Anno quinto-décimo imperii Tibérii Cæsaris, procurante Póntio Piláto Judæam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii
Papæ.

Homil. 20. in Evangl. *comuetn* Dan. 2. Apoc. 11.

Redemptoris nostri Præcursor quo tempore prædicationis verbum accepit, memorato Romæ Reipublicæ principe, & Judææ régibus, designatur. Quia enim illi prædicare veniebat, qui & ex Judæa quosdã, & multos ex Géntibus redempturus erat, per regem Géntium & principes Judæorum prædicationis ejus tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Judæa pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terréni principatûs ostendit; quóniam & in Romána Republica unus præfuisse describitur, & in Judææ regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim Redemptoris nostri dicitur: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Liqueat ergo quoddã ad finem regni Judæa pervenerat, quæ tot régibus divisa subjacebat. Apertè quoque non solum quibus régibus, sed etiam quibus sacerdotibus actû sit, demonstratur: quia illum Joannes Baptista prædicaret, qui simul rex & sacerdos existeret, Lucas Evangelista prædicationis ejus tempora per regnum & sacerdotium designavit.

R. Suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur: * Comminuet autem & consumet universa regna. V. Factum est regnum hujus mundi, Dómini nostri

& Christi ejus; & regnabit in sæcula sæculórum: * Commi-

nuetn Dan. 2. Apoc. 11.

Leção viij.

ET venit in omnem regionem Jordánis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatórum. Cantis legéntibus liquet, quia Joannes non solum baptismum pœnitentiæ prædicavit, verum etiam quibusdam dedit; sed tamen baptismum suum in remissionem peccatórum dare non potuit. Remissio etenim peccatórum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur: Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatórum; quóniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat; ut sicut incarnatum Verbum Patris præcurreret verbo prædicationis, ita baptismum pœnitentiæ quo peccata solvuntur, præcurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt.

R. Consurge, consurge, induere fortitudinem tuã, Sion: * Induere vestimentis glóriæ tuæ, Jerúsalem civitas Sancti; quia non adjiciet ultrã ut perirãseat per te immundus. V. Deus secundum promissionem eduxit Israel Salvatorem Jesum, prædicante Joanne ante faciem adventûs ejus baptismum pœnitentiæ: * Induere.

If. 52. Añ. 13.

Leção ix.

Sicut scriptum est in libro Sermónum Isaïæ prophætæ: Vox clamantis in deserto, Parate viam Dómini, rectas

facite sémitas ejus. Omnis qui sicem rectã & bona ópera prædicat, quid aliud quàm venienti Dómino ad corda audiéntium viam parat? ut hæc vis grãtiæ pénétre, ut lumen veritãtis illustret. Omnis vallis implébitur, & omnis mons & collis humiliábitur. Quid hoc loco vállium nómine, nisi húmiles! quid móntium & cólilium, nisi superbi hómines designantur? In adventu ergo Redemptóris valles implétæ, montes verò & colles humiliãti sunt; quia nimfrú in fide Mediatóris Dei & hóminum hóminis Christi Jesu, & Gentilitas plenitudinem grãtiæ accépt, & Judæa per errórem perfidiz hoc unde tumébat, perdidit. Et erunt prava in directã, & áspera in vias planas. Prava directã sunt, cùm malórum corda per injustitiam detorta, ad justitiz régulam diriguntur: & áspera in vias planas immutantur, cùm immites atque iracundæ mentes, per infusíonem supernæ grãtiæ, ad lenitatem mansuetúdinis rédeunt.

R. Constituit Deus humiliãre omnem montem excelsum, & convalles replere in æqualitãtem terræ; * Ut ambulet Israel diligenter in honorẽ Dei. V. Scriptum est in libro sémónum Isaiæ prophétæ; Erunt prava in directã, & áspera in vias planas; * Ut ambulet. Glória, Repet. R. Constituit. usque ad V. Scriptum est. Baruch. 5. Luc. 3.

V. Sacerd. Exaudi nos, Deus salutãris noster, R. Spes ómium finium terræ. Ps. 64.

A D L A U D E S.

Ant. **L** Audãte, cœli: jubilate, extréma terræ: resonãte, montes, laudatióne; quóniam redémmit Dóminus Jacob, & Israel gloriãbitur. Allelúia. Is. 44.

Ant. 1. D. Ego levãvi manum meam, ut ramos germínētis, & fructum asserãtis pópulo meo; propè enim est ut veniat, quia ecce ego ad vos. Allelúia. Ezech. 36.

Ant. 5. a. Erit ibi sémita & via, & via sanctã vocãbitur: non transibit per eam pollutus; & ambulábunt qui liberãti fuerint. Allelúia. Is. 35.

Ant. 2. D. Omnia ligna reglónis plaudent manu; & erit Dóminus nominãtus in signũ æternum, quod non auferétur. Allelúia. Is. 55.

Ant. 3. a. Revelãbitur glória Dómini; & vidébit omnis caro páriter quòd os Dóminũ locútum est. Allelúia. Is. 40.

Capitulum. Isaiæ 62.

Vidébunt gentes Justum tuum, & cuncti reges Inclytum tuum; & vocãbitur tibi nomen novum quod os Dómini nominãbit.

Hymnus, Jordãnis. 157.

V. Ibunt de virtúte in virtútem: R. Vidébitur Deus decórum in Sion. Ps. 83.

Ad Benedictus. Ant. 4. d. Vidébit omnis caro Salutãre Dei. Luc. 3.

Oratio.

EXcita, quæsumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni, & magnã nobis virtúte succurre: ut per auxilium grãtiæ tuæ, quod nostra peccãta

præpédiunt, indulgencia tuâ
propitiatiõnis accelleret; Qui.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Laudate, coeli.

In R. br. ¶. Qui venturus
es * in mundum. *Joan.* 6.

A D T E R T I A M.

Ant. 1. D. Ego.

Capitulum. *Isaiæ* 35.

Solitudo germinans germi-
nabit, & exultabit lætâ-
bunda & laudans: glória Libani
data est ei; decor Carméli &
Saron: ipsi vidébunt glóriam
Dómini, & decórē Dei nostri.

R. br. Gaudébunt campi:
* Exultábunt ligna sylvarum.
Gaudébunt. ¶. A fácie Dómi-
ni, * quia venit, * Exultábunt.
Glória Patri. Gaudébunt cam-
pi. *Pf.* 95.

¶. Exultatiõne colles accin-
gentur, & valles: *R.* Clamá-
bunt, etenim hymnum dicent.
Pf. 64.

A D S E X T A M.

Ant. 5. a. Erit ibi.

Capitulum. *Jerem.* 4.

Si revertéris, Israel, ait Dó-
minus, ad me convertere.
Si abstúleris offendícula tua à
fácie mea, non commovébe-
ris; & jurábis, Vivit Dómi-
nus, in veritate, & in judi-
cio, & in justitia; & benedí-
cent eum gentes, ipsumque
laudábunt.

R. br. Apud Dóminū * Gres-
sus hóminis dirigentur. Apud.
¶. Et viam ejus * volet. * Gres-
sus. Glória. Apud. *Pf.* 36.

¶. In sémíta judiciórum tuó-
rum, Dómine, sustinúmus
te: *R.* Nomen tuum, & me-
moriále tuum in desidério áni-
mæ. *Cant.* *Is.* 26.

A D N O N A M.

Ant. 3. a. Revelábitur.

Capitulum. *Philip.* 4.

Gaudéte in Dómino sem-
per: iterum dico, Gau-
déte: modéstia vestra nota sit
ómnibus homínibus; Dómi-
nus propè est.

R. br. Oculi nostri * Ad Dó-
minum Deum nostrum. Oculi
nostri. ¶. Donec * misereátur
nostri. * Ad Dóminum. Gló-
ria Patri. *Oculi.* *Pf.* 122.

¶. *Juxta* est Dóminus iis qui
tribuláto sunt corde: *R.* Et hú-
miles spíritu salvábit. *Pf.* 33.

A D V E S P E R A S.

Ant. **A**udite me, domus
1. D. **A**Jacob, qui portá-
mini à meo útero: ego feci,
& ego feram: ego portábo,
& salvábo. *Allelúia.* *Is.* 46.

Ant. 3. a. Ego scio cogita-
tiõnes quas ego cõgito super
vos, cogitatiõnes pacis, & non
afflictiõnis. *Allel.* *Jerem.* 29.

Ant. 7. a. Cùm quæseritis me
in toto corde vestro, invéníar à
vobis; & redúcam captivitátē
vestram. *Allelúia.* *Jerem.* 29.

Ant. 4. **A.** Congregábo vos
de universis gèntibus & de
cunctis locis, & reverti vos
fáciem. *Allelúia.* *Jerem.* 29.

Ant. 5. **C.** Vobiscum sum
ego, ut salvos vos fáciem: &
dabo vobis misericórdias, &
miserébor vestri. *Allelúia.* *Je-
rem.* 42.

Capitulum. *Ezech.* 20.

IN odorem suavitátis susci-
piam vos, cum edúxero
vos de pópulis, & congregá-
vero vos de terris in quas dis-
persi estis, & sanctificábor in
vobis in óculis natiõnum.

Hymnus,

Feria secundá intrá Hebdom. IV. Adventus. 197

Hymnus, Statuta. 159.

¶ Converte, Dómine, caritativitatem nostram, *R. Sicut torrens in austro. Ps. 125.*

Ad Magnificat. Ant. 2. D. O. ut infra, 201.

Oratio, ut supra ad Laudes.

F E R I A S E C U N D A.

De Isáa Prophéta.

Leñio j. Cap. 63.

Attende de coelo, & vide de habitáculo sancto tuo, & glóriz tuæ: ubi est zelus tuus, & fortitúdo tua, multitúdo víscerum tuórum & miseratiónum tuárum? Super me continuérunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israel ignorávit nos: tu, Dómine, pater noster, redemptor noster; à século nomen tuum. Quare errare nos fecisti, Dómine, de viis tuis: indurasti cor nostrum, ne timerémus te? Convertere propter servos tuos tribus hæreditatis tuæ. Quasi nihilum possederunt pópulum sanctum tuum hostes nostri: conculcaverunt sanctificatióem tuam. Facti sumus quasi in princípio, cum non dominarérís nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos. Hæc dicit.

R. Cátulus leónis Juda. 191.

Leñio ij. Cap. 64.

Utinam dirumperes cœlos, & descenderes! à facie tua montes destúerent, sicut exístio ignis tabéscerent, aquæ ardèrent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. Cum féceris mirabilia, non sustinébimus: descendisti,

Pars Hyemalis,

& à facie tua montes destúerunt. A século non audierunt, neque auribus percepérunt: oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te. Occurrísti lætanti, & facienti justítiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu irátus es, & peccávimus: in ípsis fúimus semper, & salvávimur. Hæc dicit.

R. Convertam. 191.

Leñio iij.

ET nunc, Dómine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & ópera mánuum tuárum omnes nos. Ne irascáris, Dómine, fatis, & ne ultra memínérís iniquitátis nostræ: ecce, respice, pópulus tuus omnes nos. Civitas Sancti tui facta est deserta; Sion deserta facta est; Jerúsalem desolata est. Domus sanctificatióis nostræ & glóriz nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustiónem ignis, & ómnia desiderabilia nostra versa sunt in ruínas. Numquid super iis continébis te, Dómine, tacébis & afflíges nos vehementer? Hæc dicit.

R. In diébus illis. 191.

Ad Benedictus. Ant. 1. D. Próteget Dóminus Jerúsalem, prótegens & liberans, tránsiens & salvans. Is. 31.

Ad Magnificat. Ant. 2. D. O. ut infra, 201.

F E R I A T E R T I A.

De Isáa Prophéta.

Leñio j. Cap. 65.

Quæsierunt me qui ante non interrogabant; invenerunt qui non quæ-

K

stérunt me. Dixi : Ecce ego ;
 ecce ego ad gentem quæ non
 invocábat nomen meum. Exp-
 pandi manus meas totâ die ad
 pópulum incrédulum, qui grá-
 ditur in via non bona post
 cogitatiónes suas. Pópulus qui
 ad iracúndiam próvocat me ,
 ante fáciem meam semper : qui
 immolant in hortis, & sacrific-
 cant super láteres : qui hábitant
 in sepulcris, & in delúbris ido-
 lórum dórmunt : qui cóme-
 dunt carnem suillam ; & jus
 profánam in vasis eórum. Qui
 dicunt : Recéde à me , non ap-
 propinques mihi, quia immun-
 dus es; isti fumus erunt in furó-
 re meo, ignis ardens totâ die.
 Hæc dicit.

R. Ecce óculi Dómini
 Dei. 192.

Letitio ij.

ECce scriptum est coram
 me : non tacébo , sed red-
 dam & retribuam in sinum eó-
 rum iniquitátes vestras , &
 iniquitátes patrum vestrórum
 simul , dicit Dóminus , qui sa-
 crificáverunt super montes , &
 super colles exprobráverunt
 mihi ; & remétiar opuseórum
 primum in sinu eórum. Hæc
 dicit Dóminus : Quómodo si
 inveniátur granum in botro ,
 & dicátur : Ne díssipes illud ,
 quóniam benedíctio est ; sic fá-
 ciám propter servos meos , ut
 non disperdam totum. Et edú-
 cam de Jacob semen , & de Ju-
 da possidentem montes meos :
 & hæreditábunt eam electi
 mei , & servi mei habitábunt
 ibi. Hæc dicit.

R. Dies multós sedébunt.
 193.

Letitio iij.

ECce dicit Dóminus Deus :
 Ecce servi mei cóme-
 dent , & vos esuriétis : ecce ser-
 vi mei bibent , & vos sitiétis :
 ecce servi mei lætabuntur , &
 vos confundémini : ecce servi
 mei laudábunt præ exultatióne
 cordis , & vos clamábitis præ
 dolore cordis , & præ contri-
 tióne spíritus ululábitis. Et di-
 mittétis nomen vestrú in jura-
 mentum electis meis : & inter-
 ficiet te Dóminus Deus , & ser-
 vos suos vocábit nómine alio.
 In quo qui benedíctus est super
 terram , benedicétur in Deo,
 amen ; & qui jurat in terra , ju-
 rábit in Deo, amen : quia obli-
 víoni tráditæ sunt angústie
 prióres, & quia absconditæ sunt
 ab óculis meis. Hæc dicit.

R. In die illa. 193.

Ad Benedíctus. Ant. 5. a.
 Dabo vos in nomen & in lau-
 dem ómnibus pópulis terræ ,
 cum convértero captivitátem
 vestram. *Sophon. 3.*

Ad Magnificat. Ant. 2. D.
O. ut infra. 201.

FERIA QUARTA.

De Isáia Prophéta.

Letitio j. Cap. 65.

ECce enim ego creo coelos
 novos, & terrá novam : &
 non erunt in memória
 prióra, & non ascendent super
 cor. Sed gaudebitis & exultá-
 bitis usque in sempiternum in iis
 quæ ego creo ; quia ecce ego
 creo Jerúsalem exultatiónem , &
 pópulum ejus gáudium. Et
 exultábo in Jerúsalem , & gau-
 debo in pópulo meo : & non
 audiétur in eo ultrá vox fleús
 & vox clamóris. Hæc dicit.

Feria quinta intra Hebdom. IV. Adventus. 199

R. Catusus leonis. 191.

Leſio iij.

Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos; quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et edificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non edificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei; & opera manuum eorum inventerabunt. Hec dicit.

R. Convertam. 191.

Leſio iij.

Lecti mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione; quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis. Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas; & serpenti pulvis, panis ejus: non nocentur, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus. Hec dicit.

R. In diebus illis. 191.

Ad Benedictus. Ant. 4. D.
Captivitas a forti tollitur; & quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur. *Is. 49.*

Ad Magnificat. Ant. 2. D.
O. ut infra. 201.

FERIA QUINTA.

De Isaiâ Propheta.

Leſio j. Cap. 66.

Hec dicit Dominus: Caelum sedes mea, terra autem scabellum

pedum meorum: quæ est ista domus quam edificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt universa ista, dicit Dominus. Ad quem autem respiciam, nisi ad paupericulum, & contritum spiritum, & trementem sermones meos? Hec dicit.

R. Ecce oculi. 198.

Leſio ij.

Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum: qui maculat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis; quia vocavi, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis; & quæ nolui, elegerunt. Hec dicit.

R. Dies. 193.

Leſio iij.

Audite verbum Domini, qui trémittis ad verbum ejus. Dixérunt fratres vestri odientes vos, & abjicientes propter nomen meum: Glorificet Dominus, & videbitur in lætitia vestra; ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. Hec dicit.

R. In die illa. 193.

K ij

Ad Benedictus. Ant. 4. E. consolabimini. Vidébitis, & Pópulus Dei, citò vidébis perditionē inimici tui. *Baruch. 4.*
Ad Magnificat. Ant. 2. D. O. *ut infra, 201.*

F E R I A S E X T A,
 De Isaiâ Prophéta.

Lectio j. Cap. 66.

ANtequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum, Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos? Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dóminus? si ego qui generationem ceteris tribuo, stérilis ero, ait Dóminus Deus tuus? Hæc dicit.

R. Cápulus leónis. 191.

Lectio ij.

Lætâmini cum Jerúsalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio, universi qui lugétis super eam; ut sugátis, & repleamini ab úbere consolationis ejus; ut mulgeátis, & delictis affluátis ab omnimoda glória ejus. Quia hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinabo super eam quasi flúvium pacis, & quasi torrentem inundantem glóriam géntium quam sugétis: ad úbera portabimini, & super génua blandientur vobis. Hæc dicit.

R. Convertam. 191.

Lectio iij.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos; & in Jerúsalem

gaudébit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinábunt, & cognoscétur manus Dómini servis ejus, & indignábitur inimicis suis. Quia ecce Dóminus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ ejus, réddere in indignatione furorē suum, & increpationem suam in flamma ignis; quia in igne Dóminus judicábit, & in gládio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Dómino. Qui sanctificabuntur, & mundos se putábant in hortis post januam intrinsecus; qui comedébant carnem suillam, & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit Dóminus. Hæc dicit.

R. In diébus illis. 191.

Ad Benedictus. Ant. 4. f. Dominábitur tui, qui fecit totum, & redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocábitur. *Is. 54.*

ANTIPH. MAJORES.

Inchoatur decimâ quintâ die Decembris vespere; & unaquaque dicitur ter, 1. ante Magnificat. 2. ante Glória Patri. 3. post. Sicut erat.

Si Vesperæ fiants de Festo, tunc pro commemoratione Adventûs, dicitur. Ant. O occurrens, hoc modò: Ant. integre dicitur: tum Glória Patri. sine Sicut erat. Iterum Ant. Deinde Sicut erat. Tertiò denique dicitur Ant. cum V. Adjutor. si sit Feria, vel cum V. proprio, si sit Sabbatum aut Dominica, & Oratione conveniente.

DIE XV. DECEMBRIS.

Antiph. 2. D.
O Sapientia, quæ ex ore
 Altissimi prodisti, attingens à fine usque ad finem, fortiter suaviterque disponens omnia, veni ad docendum nos viam prudentiæ. *Eccli. 24. Sup. 8. Is. 40.*

DIE XVI. 2. D.

O Adohai, & Dux domus
 Israel, qui Moyfi in igne flammæ rubi apparuisti, & ei in Sina legem dedisti; veni ad redimendū nos in brachio extento. *Judith. 16. 1. Paral. 17. Act. 7. Exod. 6. 4. Reg. 17.*

DIE XVII. 2. D.

O Radix Jesse, qui stas in
 signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur; veni ad redimendum nos, jam noli tardare. *Is. 11. & 52. Ps. 25. & 39.*

DIE XVIII. 2. D.

O Clavis David, & sceptrum domus Israel: qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit; veni, & educ vinculum de domo carceris, sedentem in tenebris & umbra mortis. *Is. 22. Jerem. 51. & 52. Ps. 106.*

DIE XIX. 2. D.

O Oriens, splendor lucis æternæ, & sol justitiæ; veni, & illumina sedentes in tenebris & umbra mortis. *Zach. 3. Sap. 7. Malach. 4. Ps. 12. & 106.*

DIE XX. 2. D.

O Sancte Sanctorum, speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius; veni ut deleatur in-

quitas, & adducatur justitia sempiterna. *Dan. 9. Sap. 7.*

DIE XXI. 2. D.

O Rex Gentium, Deus Israel, & Salvator, lapisque angularis, qui facis utraque unum; veni, & salva hominem quem de limo formasti. *Jerem. 10. Is. 45. & 18. Ephes. 2. Is. 35. Gen. 2.*

DIE XXII. 2. D.

O Emmmanuel, Rex & legifer noster; expectatio gentium, & desideratus eorum; veni ad salvandum nos, Dñe Deus noster. *Is. 8. & 33. Genes. 49. Agg. 2. Zach. 9.*

DIE XXIII. 2. D.

O Pastor Israel, & dominator in domo David, cujus egressus ab initio, à diebus æternitatis; veni ut pascas populum tuum in fortitudine, & reges in justitia & judicio. *Mich. 5. Ezech. 34. Is. 32.*

*Ex quo harum Antiph. solemnitas inchoata est, scilicet nocte 16. Decembris, dicitur Invitarorium, Dominus propè est, * Venite, adoremus. Philip. 4.*

Eadem die decimâ-sexta Decembris, manè inchoantur Antiphonæ Laudum feriarum propriæ (quæ etiam dicuntur ad Horas, quartâ prætermittâ) inchoando ab his Antiphonis quæ assignantur Feria, 16. die occurrenti, sive fuerit Feria tertia, aut alia, sive Sabbatum. Si verò fuerit Dominica, inchoantur postridie. Quæ autem occurrunt die quâ fit Officium de sancto Thoma, dicuntur in prævigilia Natalis Domini, scilicet 23. die Decembris. Quod si hæc

die occurreris Dominicâ IV. omittuntur eo anno.

Ad Vesperas autem in his Ferialis dicuntur Antiphona de Psalterio; sed non dicuntur Preces.

FERIA SECUNDA
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

*Ant. R*espice, Dómine, de 3. c. *R*edomo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. *Baruch. 2.*

*Ant. 8. c. D*ómine, pater noster es tu: ecce, respice, pópulus tuus omnes nos. *Is. 64.*

Ant. 2. D. Misérére Ísrael, quem coæquasti primogénito tuo: reple glóriâ tuâ pópulum tuum. *Eccli. 36.*

Ant. 7. d. Deus cœlórum, exaudi: memento, Dómine, testamenti tui, ut omnes gentes agnoscant quia tu es Deus. *Judith. 9.*

Ant. 4. a. Salva, Dómine, pópulum tuum, reliquias Ísrael. *Jerem. 31.*

FERIA TERTIA
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

*Ant. R*ecordáre, Dómine, 1. a. *R*oppróbrium nostrū; servi domináti sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eórum. *Thren. 5.*

Ant. 4. E. Tu, Dómine, pater noster, redemptor noster: convertétere propter servos tuos. *Is. 63.*

Ant. 7. c. Quare in perpétuum obliviscéris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? *Thren. 5.*

Ant. 1. g. Ne tradas nos in perpétuum, & ne dissipés

testamentum tuum, neque inferas misericórdiam tuam à nobis. *Dan. 3.*

Ant. 2. D. Dabis, Deus, veritátem Jacob, misericórdiam Abraham; quæ jurásti pátribus nostris à diébus antiquis. *Mich. 7.*

FERIA QUARTA
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

*Ant. R*ecordáre, Dómine, 2. D. *R*ene, ne irritum fácias fœdus tuum nobiscum: nonne tu es Deus noster quem expectávimus? *Jerem. 14.*

Ant. 8. G. Vetus error ábitit: servábis pacem, Dómine; pacem, quia in te sperávimus. *Is. 26.*

Ant. 7. d. Cùm féceris iudícia tua in terra, iusticiam discent habitatóres orbis: Dómine, exaltétur manus tua. *Is. 26.*

Ant. 1. f. Dómine, Deus noster, posséderunt nos dómínus absque te: tantùm in te recordémur nóminis tui. *Is. 26.*

Ant. 6. F. Inclína, Dómine, aurem tuam, & audi: áperi, Dómine, óculos tuos, & vide: Deus noster, salva nos. *Is. 37.*

FERIA QUINTA
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

*Ant. M*itte, Dómine, 1. a. *M*piéntiam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tue. *Sap. 9.*

Ant. 6. F. Nunc séquimur te, Dómine, in toto corde, & tímémus te, & quærimus faciem tuam, ne confundas nos. *Dan. 3.*

Ant. 7. c. Dómine, rex omnipotens, non est qui possit tui resistere voluntati, si decreveris salvare Israel. *Esther. 13.*

Ant. 3. c. Erue nos in mirabilibus tuis, & da glóriam nómini tuo; & confundantur qui ostendunt servis tuis mala.

Dan. 3.

Ant. 2. D. Cóngrega omnes tribus Jacob; ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua. *Ec. 36.*

FERIA SEXTA
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 4. A. Mitte Agnum, Dómine, dominatórem terræ, de Petra deserti ad montem filiz Sion. *Is. 16.*

Ant. 8. c. Non est in tempore hoc sacrificium coram te, ut possimus invenire misericórdiam tuam; sed in ánimo contrito, & spíritu humilitátis suscipiamur. *Dan. 3.*

Ant. 5. a. Si iniquitates nostræ responderint nobis, Dómine; fac propter nomen tuum, quóniam tibi peccávimus. *Jerem. 14.*

Ant. 3. c. Dómine, opus tuum, in médio annórum vivífica illud. *Habac. 3.*

Ant. 1. d. Cùm irátus fueris, misericórdiæ recordaberis: Deus ab austro véniet, & Sanctus de monte Pharan. *Habac. 3.*

SABBATO
post xv. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 8. G. ErúsaLEM, quæ bibisti de manu Dómini cálicem ire ejus. *Is. 51.*

Ant. 5. a. Ecce tuli de manu tua cálicem sopóris, fundi cálicis indignationis meæ: non adjicies ut bibas illum ultrá. *Is. 51.*

Ant. 2. D. Noli timere, quia non confundéris; quia dominábitur tui, qui fecit te. *Is. 54.*

Ant. 7. b. Ad punctum in módico dereliqui te, & in misericórdiis magnis congregábo te. *Is. 54.*

Ant. 4. A. Misericórdia meæ non recédet a te, & fœdus pacis meæ non movébitur. *Is. 54.*

DIE XXIV. DECEMBRIS.
IN VIGILIA

NATALIS DOMINI.

¶ Si venerit in Dominica.
Officium fit hoc modo:

AD OFFICIUM NOCT.

Invi. de Vigilia, ut infrá. Hymnus, Instantis adventus, ut suprá, 157.

Antiph. Psalmi & 777. de Dominica IV. Adventus, ut suprá, 190.

In I. & II. Noct. Lectiones & BeBe. de Dominica IV. Adventus.

*In III. Nocturno. 7. Animus nostra. ut infrá. Lectiones de Homilia Vigilia, divisionibus factis ad ** Asteriscos; & nihil legitur de Hom. Dominica.*

Be. vij. Quod in Maria. sine Gloria Patri. Be. viij. Hæc ipsa hora. Be. ix. Sanctifica. cum Glória Patri. infrá, ut in Vigilia. Et repetitur. Be. Sanctifica. usque ad 7. exclusivè.

Non dicitur Te Deum. 7. Sacerd. Deus illuminet. infrá.

Reliqua de Vigilia, sine commemorazione Dominica.

AD LAUDES & HORAS.

*Psalmi de Dominica, omisso
samen ad Prim. Symbolo Qui-
cumque. Ant. Capis. & B. B. B.
brev. cum Versic. ut infrá.]*

¶ *Si autem Vigilia ista ve-
nerit in Feriis, Officium fit ut
sequitur.*

AD OFFICIUM NOCT.

Simplex.

Invit. Cras erit vobis salus:

* Venite, & adoráte Dómi-
num. 1. *Reg. 11. 1. Paral. 16.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus, Instantis. 157.

Antiph. & Psalmi de Feria.

¶ *Anima nostra sústinet Dó-
minum; Bz. Quóntam adjútor
& protector noster est. Pf. 32.*

De Isaia Prophéta.

Lectio j.

Cap. 66.

Venio ut congregem
cum omnibus génti-
bus & linguis: & vé-
nient, & vidébunt glóriam
meam. Et ponam in eis si-
gnum; & mittam ex eis qui
salvati fuerint, ad gentes in
mare, in Africam & Lydiam,
tendentes sagittam; in Itáliam
& Græciam, ad insulas longè;
ad eos qui non audierunt de
me, & non viderunt glóriam
meam. Et annuntiábunt gló-
riam meam Géntibus, & addú-
cent omnes fratres vestros de
cunctis géntibus donum Dó-
mino in equis, & in quadri-
gis, & in lecticis, & in mulis
& in carrúcis, ad montem
sanctum meum Jerúsalem, di-
cít Dóminus; quómodó si
inferant filii Israël munus in
vase mundo in domum Dómi-
ni. Hæc dicit.

Bz. Hæc ipsa horá quæ nunc

est, * Cras mittam ducem su-
per pópulum meum, & salvá-
bit pópulum meum; venit
enim clamór eórum ad me.
¶ Dedit Deus palàm facere
servis suis quæ oportet fieri
citò: * *Cras. 1. Reg. 9. Apoc. 1.*

Lectio ij.

Et assúmam ex eis in sa-
cerdótes & Levitas, dicit
Dóminus. Quia sicut coeli novi
& terra nova, quæ ego
facio stare coram me, dicit
Dóminus, sic stabit semen ve-
strum & nomen vestrum. Et
erit mensis ex mense, & sábba-
tum ex sabbato: véniet omnis
caro, ut adoret coram facie
mea, dicit Dóminus. Et egre-
dientur, & vidébunt cadavera
virórum qui prævaricáti sunt
in me: vermis eórum non mori-
riétur, & ignis eórum non
extinguétur; & erunt usque
ad satietátem visiónis omni
carni. Hæc dicit.

*Bz. Sanctífica pópulum, &
dic eis: * Sanctificámini in
crástinum. ¶ Ecce nunc tem-
pus acceptábile: ecce nunc
dies salutis: * Sanctificámini.*

Jasue 7. 2. Cor. 6.

Lectio sancti Evangelíi secun-

dum Matthæum.

Lectio ij.

Cap. 1.

Cum esset desponsáta ma-
ter Jesu Maria Joseph,
antequàm convenirent, inven-
ta est in útero habens de Spli-
ritu sancto. Et reliqua.

*Homília sancti Hierónymí
Presbyteri.*

Lib. 1. Comm. in C. 1. Matth.

Quærat diligens lector,
& dicat: Cùm Joseph
non sit pater Dóminí

Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Joseph? Cui respondēbimus primum, non esse consuetudinis Scripturārum, ut mulierum in generationibus ordo texatur; deinde ex una tribu fuisse Joseph & Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur, ut propinquam; & quod simul censentur in Bethleem, ut de una videlicet stirpe generati. [*] Quod autem dicitur, Antequam convenirent, non sequitur ut postea convenerint; sed Scriptura quod factum non sit, ostendit. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur. Et in lege præceptum est, non solum reos, sed & conscios criminum obnoxios esse peccati: quomodo Joseph, cum crimen celet uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat, celat silentio cujus mysterium nesciebat. [**] Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Jam & supra diximus sponas Uxores appellari, quod plenius liber adversus Helvidium docet; & blandientis affectu, ei per somnium Angelus loquitur, ut justiciam silentii comprobaret. Simulque notandum quod Joseph filius esse dicatur David, ut Mariā quoque de stirpe David monstraretur. Et vocabis nomen ejus Jesum. Jesus he-

bræico sermone Salvator dicitur. Etymologiam ergo nominis ejus Evangelista signavit, dicens: Vocabis nomen ejus Jesum; quia ipse salvum faciet populum suum.

R. Quod in Mariā natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem Filium, & vocabis nomen ejus Jesum; * Ipse enim † Salvum faciet populum suum à peccatis eorum. †. Parturiens pariet, & reliquit fratrum ejus convertitur; * Ipse enim. (Glória Patri. † Salvum.) *Matth. 1. Mich. 5.*

†. Sacerd. Deus illuminet vultum suum super nos, R. Et miseretur nostri. *Pf. 66.*

AD LAUDES.

Semiduplex.

Psalmi de Feria, & sic ad alias Horas.

Ant. 1. g. Confidenter stete, & vidēbitis auxiliū Dōmini super vos, & Judā & Jerūsalem. *2. Paral. 20.*

Ant. 8. c. Vespere sciētis quod Dōminus eduxerit vos; & manē vidēbitis glōriam Dōmini. *Exod. 16.*

Ant. 6. f. Nolite timere, nee paveatis; cras egrediēmini; & Dōminuserit vobiscum. *2. Paral. 20.*

Canticum de Festis.

Ant. 7. c. Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatīs, & lætitiæ cordis. *Is. 30.*

Ant. 5. a. Sanctificāmini; cras enim faciet Dōminus inter vos mirabilia. In hoc sciētis quod Dōminus Deus vivens in medio vestri est. *Jos. 3.*

Capitulum. Of. 6. **S**ciemus, sequemurque ut vos. Glória Patri. Veni. **Q**ui regis Israel, intende: quasi dilúculum præparatus est egressus ejus, & véniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.

Hymnus, Jordánis. **Ps.** Tu exurgens. 157.

Ad Benedictus. *Ans.* 8. **G**Christi generatio sic erat: Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.

Math. 1.

Oratio.

Deus, qui nos redemptionis nostræ annuâ expectatione lætificas: præsta, ut Unigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum Filium suum; Qui tecum vivit.

AD HORAS.

Duplex-minus.

AD PRIMAM.

Ans. 1. g. **C**onfidenter.

In Rx. br. **Ps.** Qui venturus es in mundum.

AD TERTIAM.

Ans. 8. c. **V**espere.

Capitulum. Amos. 4.

Præparare in occursum Dei tui, Israel; quia ecce forans montes, & creans ventum, & annuncians homini eloquium suum.

Rx. br. Veni, Domine, * Ut salvos facias nos, Veni. **Ps.** Os-

tende * faciem tuam, * Ut facias nos. Glória Patri. Veni.

Qui regis Israel, intende: **Rx.** Qui sedes super Chésubim, manifestare. *Pf.* 79.

AD SEXTAM.

Ans. 6. **F.** Nolite timere.

Capitulum. 2. Cor. 6.

Dicit Deus: Quoniam in habitabo in illis, & inambulabo inter eos; & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

Rx. br. Exurge, Domine, Deus, * Exaltet manus tua. Exurge. **Ps.** Ne obliviscaris pauperum: * Exaltet. Glória Patri. Exurge. *Pf.* 9.

Ps. Cito anticipent nos misericordie tue; **Rx.** Quia pauperes facti sumus nimis. *Pf.* 78.

AD NONAM.

Ans. 5. a. **S**anctificamini.

Capitulum. Mich. 5.

Stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad terminos terræ; & erit iste pax.

Rx. br. Exultent, & lætentur * Qui quaerunt te, Domine. Exultent. **Ps.** Et dicant semper: Magnificetur Dominus, * qui diligunt salutare tuum; * Qui quaerunt. Glória. Exultent. *Pf.* 69.

Ps. Dominus virtutem populo suo dabit: **Rx.** Dominus benedictet populo suo in pace. *Pf.* 28.

Orat. Deus, qui nos, ut supra,



www.libtrot.com.cn

DIE XXV. DECEMBRIS.
IN NATALI DOMINI
ANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. **L**evate capita vestra ;
1. D. Quoniam appropin-
quat redemptio vestra. *Luc.*
21.

Ant. 8. G. Antiqua ne in-
tueamini ; ecce ego facio no-
va , & nunc orientur. *Is.* 43.

Ant. 6. C. Nolite timere :
state & videte magnalia Dó-
mini , quæ facturus est hódie.
Exod. 14.

Ant. 5. C. Pósuit David
piero suo excitare regem ex
ipso fortissimum , & in thro-
no honoris sedentem in sem-
piternum. *Eccli.* 24.

Ant. 7. a. Eripiet vos de
manu inimicorum : reducet
autem vos cum gaudio &
jucunditate in sempiternum.
Baruch. 4.

Capitulum. Hebr. 10.

Ad huc modicum aliquan-
tulum ; qui venturus est ,
veniet , & non tardabit.

R. Ecce Deus noster iste :
expectavimus eum , & salvá-
bit nos ; iste Dóminus , * Su-
stinuimus eum ; † Exultá-
mus & lætábimur in salutari
ejus. † Gaudete in Dómi-
no , gaudete ; Dóminus prop-
ter est : * Sustinuimus. Glória
Patri. † Exultabimus. *Is.* 25.
Rhilib. 4.

Hymnus.

Missum Redemptorem pro-
lo ,
Novumque totus , quæ patet ,
Adoret orbis Principem
Natum Mariá virgine.

Rerum Creátor ómnium
Servile corpus induit ;
Ut carne carnem liberans ,
Ne perderet quos condidit.

Quod ante mundi tēporē
Verbum Patris prodit sinu ,
Obnoxius nunc tēpori
Mortalis infans nascitur.

Fœno cubare sustinet ,
Præsepe non horret Deus ,
Et indiget lactis cibo
Cibus perennis Cœlitum.

Quæ cárđines mundi rotant ;
Manus ligantur fasciis :
Imbellis & plorans jacet ,
Ut nos jacentes erigat.

Judex futurus sæculi ,
Nunc blandus ad cunas vocat ;
Amóre tanto , mútui
Amóris exposcit vices.

‡ Qui natus es de Virgine ,
Jesu , tibi sit glória
Cum Patre , cumque Spíritu ,
In sempiterna sæcula. Amen.

‡ Sic terminantur omnes Hym-
ni ejusdem metri usque ad Epi-
phaniam , nisi propriam ha-
beant Doxologiam.

†. Expectans expectávi Dó-
minum , *R.* Et intendit mihi.
Pf. 39.

Ad Magnificat. Ant. 3. Prens inops, infans puer:
Bethleem Ephrata p̄r̄vulus Tu ne ille, Christe, Filius
es in millibus Juda: ex te mihi Et splendor æterni Parris?
egrediétur qui sit dominátor Illum ne cerno qui levi
in Israel, & egressus ejus ab Orbem pugillo sústinet?
initio, à diébus æternitatis. Sic est, verenda queis lates,
Mich. 5. Fides penétrat núbila:

Oratio.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet; Per eundem.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. f. Consurge, filia Sion; lauda in nocte, in principio vigiliárum. Allelúia.
Thren. 2.

Hymnus, Mundi salus. 143.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. a. Egrediátur ut splendor Justus Sion, & Salvator ejus ut lampas accendátur. Allelúia. *Is. 62.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Christus natus est nobis, Veníte, adorémus. *Luc: 2.*

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

Jam desinat suspírta;
Audiit ex alto Deus:
Cœli pateseunt; en adest
Promissa pax mortálibus.

Profunda noctis ótia
Cœlestis abrupit chorus;
Natunque festo carmine
Annúntiat tertis Deum.

Specum sacrátam p̄rvigil
Dum turba pastórum subit,
Eimus, & castis pia
Cunis ferámus óscula.

At quale nobis p̄nditur
Inerántibus spectáculum!
Prælepe, sonum, fascio,

Agnosco quem proni vident,
Tremunt, adorant Angeli.

Agis magistrum vel tacens:
Ex hac cathedra nos doces
Vitare quod carni placet.
Caro quod horret p̄rpeti.

Castos amóres n̄trienti,
Sanans tumentes sp̄ritus,
Divine, nostris, ó Puer,
Præcórdiis innáscere. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Dóminus.

In Psalm. Quare fremuerunt, 3. Ant. Dóminus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Ant. 8. G. Tanquam.

In Pf. Cœli enarrant. cum sua divisione, 50. Ant. Tanquam sponsus Dóminus procedens de thálamo suo.

Ant. 1. D. Speciosus.

In Psalm. Eructávit, 127.

Ant. Speciosus formá præ filiis hóminum: diffusa est grátia in lábiis tuis.

Recordátus est misericórdiæ suæ, R. Et veritátis suæ dómui Hrael. *Pf. 97.*

Pater noster, &c.

Absolutiones & Benedictiones, ut supra post Psalterium.

Tres Lectiões sequentes leguntur sine titulo.

Lectio j. Isaiæ 9.

Primum tẽpore alleviata est terra Zabulon, & terra Néphthali; & novissimo aggravata est via maris.

trans Jordánem Galilææ gentium. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætítiam. Lætábuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victóres captá prædá, quando dividunt spólia. Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & sceptrum exactóris ejus superasti sicut in die Mádián. Quia omnis violenta prædátio eum tumultu, & vestimentum mistum sáanguine erit in combustiónem, & cibus ignis. Párvulus ením natus est nobis; & Fílius datus est nobis; & factus est princípatus super húmerum ejus: & vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Consiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri séculi, Prínceps pacis. Multiplicábitur ejus impérium, & pacis non erit finis: super sólium David, & super regnum ejus sedébit; ut confirmet illud, & corroboret in judicio & justitiá, ámodo & usque in sempiternum. Tu autem.

Et. Per víscera misericórdiæ Dei nostri, visitávit nos Oriens ex alto; * Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent. ✠. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam: habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta est eis: * Illumináre. Glória. * Illumináre. *Luc. 1. If. 9.*

Leñio ij. Cap. 40.

Consolámini, consolámini, ópulte meus, dicit Deus vester, Loquímini ad cor Jerú-

salem, & advocáte eam: quóniam completá est malítia ejus; dimíssa est iniquitas illius: suscepit de manu Dómini duplicia pro ómnibus peccátis suis. Vox clamantis in deserto: Paráte viam Dómini, rectas fácite in solitúdine sémitas Dei nostri. Omnis vallis exaltábitur, & omnis mons & collis humiliábitur; & erunt præva in directa, & áspera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro páriter quod os Dómini locútum est. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamábo? Omnis caro fœnum, & omnis glória ejus quasi flos agri. Exsiccátum est fœnum, & cecidit flos, quia Spíritus Dómini sufflávít in eo. Verè fœnum est pópulus: exsiccátum est fœnum, & cecidit flos; verbum autem Dómini nostri manet in æternum.

Et. Gaudere, & laudate simul, quia consolátus est Dóminus pópulum suum: * Parávit bráchium sanctum suum in óculis ónnium géntium. ✠. Misit Deus Fílium suum in mundum, ut salvétur mundus per ipsum: * Parávit. Glória. * Parávit. *If. 52. Joan. 3.*

Leñio iij. Cap. 52.

Consurge, consurge, indúere fortitúdine tuá, Sion: indúere vestimentis glóriæ tuæ, Jerúsalem, civitas Sancti; quia non adiciet ultra ut pertránseat per te incircumcísus & immundus. Excútere de púlvere, consurge; sede, Jerúsalem: solve vincula collis tuæ, captíva filia Sion. Quia

hæc dicit Dóminus : Grátis venúndati estis, & sine argento redimémmini. Quia hæc dicit Dóminus Deus : In Ægyptum descendit pópulus meus in principio, ut colónus esset ibi ; & Assur absque ulla causa calumniátus est eum. Et nunc quid mihi est hæc, dicit Dóminus, quóniam ablátus est pópulus meus gratis ? Dominatóres ejus iniquè agunt, dicit Dóminus ; & júgiter totá die nomen meum blasphemátur. Propter hoc sciet pópulus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquébar, ecce adsum.

R. Prophetissa péperit filium ; & dixit Dóminus : * Voca nomen ejus, Accélera spólia detráhere, festina prædári. *V.* Univerfa arma fortis armáti suferet, & spólia ejus distribuet : * Voca. Glória. * Voca. *Repetitur R.* Prophetissa. usque ad *V.* Univerfa. *I.* 52. *Luc.* 11.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. C. Suscépimus.

In Ps. Magnus Dóminus, 129. *Antiph.* Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui.

Ant. 3. a. Oriétur.

In Ps. Deus, judícium. cum sua divisione, 51. *Ant.* Oriétur in diebus Dómini abundantia pacis, & dominábuntur.

Ant. 8. c. Vértas.

In Psalm. Benedixisti, 54. *Ant.* Vértas de terra orta est, & justitia de celo prospexit.

V. Misericórdia & véritas obviáverunt sibi : *R.* Justitia & pax osculátæ sunt. *Ps.* 84.

Sermo sancti Leonis Papæ. *Serm.* 1. de Nat. Domini. *Lectio* iv.

Salvátor noster, dilectissimi, hódie natus est : gaudeámus. Neque enim locum fas est ibi esse tristitiæ, ubi natalis est vitæ : quæ, consumpto mortalitátis timóre, ingerit nobis de promissá æternitate lætítiam. Nemo ab hujus alacritátis participatióne secernitur, una cunctis lætitiæ communis est rátió ; quia Dóminus noster, peccáti mortisque destructor, sicut nullum à reátu liberum réperit, ita pro liberandis ómnibus venit. Exultet sanctus, quia propinquat ad páhnam : gaudeat peccátor, quia invitátur ad véniam : anímetur Gentilis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Filius secundum plenitudinem temporis, quam divini consilii inscrutábilis altitúdo dispósuit, reconciliandam Auctóri suo naturám generis assumpsit humani ; ut inventor mortis diabolus, per ipsam quam vícerat, vincerétur.

R. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigénitum daret ; * Ut omnis qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam æterná. *V.* Egressus es in salutem pópuli tui, Dómine, in salutē cum Christo tuo ; * Ut. Glória. * Ut. *Joan.* 3. *Habac.* 3.

Lectio v.

In quo conflictu pro nobis iníto, magno & mirábili æquitátis jure certátum est, dum omnipotens Dóminus cum levíssimo hoste, non in

Sua majestáte, sed in nostra congréditur humilitáte, objiciens ei eandem formam, eandemque naturam, mortalitátis quidem nostræ participem, sed peccáti totius expertem. Aliénium quippe ab hac nativitate est, quod de ómnibus légitur: Nemo mundus à forde, nec infans cujus est unius diéi vita super terram. Nihil ergo in istam singularem nativitatem de carnis concupiscéntia transivit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davidicæ stirpis eligitur, quæ sacro gravidanda fœtu, divínam humanamque prolem prius conciperet mente, quam corpore. Et ne superni ignára consilii ad inusitatos pavéret effectus, quod in ea operandum erat à Spíritu sancto, colloquio discit angélico: nec damnum credit pudósis, Dei génitrix mox futúra.

R. Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes: * Unde † Débuit per ómnia fratribus similari, ut misericors fieret, ut repropitiáret delicta pópuli. † Deus in terris visus est, & cum homínibus conversátus est: * Unde. Glória Patri. † Débuit. *Hebr. 2. Baruch. 3. Lectio vj.*

Agárrus ergo, dilectíssimi, Agrátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spíritu sancto: qui propter multam misericórdiam suam, quã díxit nos, misértus est nostrí: & cum essémus mórtui peccátis, convivificavit nos Christo; ut essémus in ipso nova creatúra novumque sigmentum. Deponá-

mus ergo veterem hóminem cum áctibus suis: & adepti participationem generatiónis Christi, carnis renuntiémus opéribus. Agnosce, ó Christiáne, dignitatem tuam; & divínæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatióne redire. Memento, cujus cápitis & cujus corpóris sis membrum. Reminiscere quia érutus de potestáte tenebrarum, transfátus es in Dei lumen & regnum.

R. Deus ipse prior dilexit nos, & misit Fílium suum propitiatiónem pro peccátis nostris: * Et nos cognóvimus, & credidimus caritati quam habet Deus in nobis. † Dixit Dóminus: Pópulus meus est, & factus est eis salvátor; in dilectiône sua ipse redemit eos: * Et. Glória. Et. *Repetitur* R. Deus ipse. usque ad †. Dixit. 1. Joan. 4. †s. 63.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. A. Lætentur.

In Ps. Cantáte... omnis terra, 42. Ant. Lætentur cœli, & exultet terra à facie Dómini, quóniam venit.

Ant. 2. D. Lux orta.

In Ps. Dóminus regnávít... Lætentur, 54. Ant. Lux orta est justo, & rectis corde lætítia. Allelúia.

Ant. 6. F. Notum.

In Ps. Cantáte Dómino... quia, 43. Ant. Notum fecit Dóminus salutáre suum. Allelúia.

† Deus rex noster ante sécula, R. Operátus est salutem in médio terræ. Ps. 73.

Pater noster, &c.

Absolutio. 2. Mach. 1. Deus meminerit testamenti sui quod locutus est, & exaudiatur orationes nostras.

R. Amen.

Bened. Detur tibi sermo in aperitione oris tui, cum fiducia notum facere mysterium Evangelii. *R.* Amen. *Ephes.* 6.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN diebus illis; Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homil. 8. in *Evang.*

Quia, largiente Domino, Missarum sollemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui de evangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere Redemptoris nostri Nativitas ipsa compellit. Quid est quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte monstratur, quia ille ventebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate? Quod contra de reprobis per Prophetam dicitur; Deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in Bethleem nascitur; Bethleem quippe Domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Locus ergo in quo Dominus nascitur, Domus panis antea vocatus est; quia futurum profectò erat ut ille ibi per materiam

carnis appareret, qui electorum mentes internam sarietate reficeret. Qui non in parentum domo, sed in via nascitur; ut profectò ostenderet quia per humanitatem suam quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur.

R. Implèti sunt dies Maræ ut pareret; * Et peperit filium suum primogenitum, & panis eum involvit, & reclinavit eum in praesepio. *Ps.* Audite, domus David: Ecce virgo pariet filium. * Et peperit: Gloria Patri. * Et peperit. *Luc.* 2. *Is.* 7.

Bened. Fulgeat nobis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. *R.* Amen.

2. *Cor.* 4. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio viij. Cap. 2.

IN illo tempore; Pastores illoquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

In *Luc.* lib. 2. n. 53.

Vides festinare pastores; nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores Angelo credidisse; & tu Patri; Filio, Spiritui sancto, Angelis, Prophetis, & Apostolis crede. Vide quam signatè Scriptura singulorum libret momenta verborum: Festinant, inquit, Verbum videte. Etenim cum caro Domini videtur, Verbum videtur, quod est Filius. Non mediocriter fides

ubi hoc videatur exemplum : lute fidei sum suscipere dignatus non vilis persona pastorum fuerit, ut agnoscas, nunc certe quod vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisivit, quae phalerare audita & fucare nesciret. Simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur. Nec contemnenda putes quasi vilia verba Pastorum: à pastóribus etiam Maria fidem colligit: à pastóribus populus ad Dei reverentiam congregatur.

R. Natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David; & hoc vobis signum: * Inveniētis infantem pannis involutum, & positum in praesepio. *V.* Nolite metúere, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, ut eruat vos: * Inveniētis. Glória. * Inveniētis. *Luc. 2. Deut. 20.*

Bened. Permaneamus in fide fundati, & immobiles à spe Evangelii. *R.* Amen. *Coloss. 1.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio ix. Cap. 1.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Epist. ad Honor. 140. aliis 120. C. 3. & 4.

Quem Filium Deus miserit, fierique ex muliere voluerit, quantus ille Deus sit, qui hanc humilitatem pro sa-

lute fidei sum suscipere dignatus fuerit, ut agnoscas, nunc attende Evangelium: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hic ergo Deus Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, Filius Dei est. Cum esset Filius Dei, venit ut fieret filius hominis, donaretque nobis qui eramus filii hominum, filios Dei fieri. Descendit ergo ille, ut nos ascenderemus; ut, participata natura filiorum hominum, ad participandam etiam suam naturam adoptaret filios hominum. Quapropter cum dixisset, Dedit eis potestatem filios Dei fieri; modumque adjunxisset, ne carnalis intelligeretur natiuitas, quod scilicet eis id praestiterit, qui credunt in nomine ejus, & per gratiam renascuntur spiritalem, mox commendavit quasi hujus vicissitudinis sacramentum. Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subjunxit: Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; tanquam diceret: O homines, nolite desperare vos fieri posse filios Dei; quia & ipse Filius Dei, hoc est, Verbum Dei, caro factum est, & habitavit in nobis. Reddite vicem: efficiamini spiritus, & habitate in illo, qui caro factus est, & habitavit in nobis. Neque enim jam desperandum est participatione Verbi fieri posse homines filios Dei, quando Filius Dei participatione carnis factus est filius hominis.

R. Verbum caro factum est,

& habitávit in nobis : * Et vidimus glóriam ejus , glóriam quasi Unigeniti a Patre , plenum grátiz & veritátis . *Ps.* Cùm nox in suo cursu médium iter habéret , omnipotens Sermo tuus , Dómine , de cælo à regálibus sédibus profiliavit : * Et vidimus . Glória Patri . * Et . *Repetit.* *R.* Verbum usque ad *Ps.* Cùm nox . *Joan.* 1 . *Sap.* 18 .

Postea dicitur Te Deum . quo finito sine Ps. Sacerd. celebratur Missa in galli cantu : & facta Communione Sacerdotis , inchoantur Laudes absolute ab impositione Antiphonæ Pastóres . ut infra , Sacerdote interrim juxta altare remanente .

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica .

Ant. **P**astótes erant vigilantes , & custodientes vigilias noctis super gregem suum ; & ecce Angelus Dómini stetit juxta illos . *Allelúia . Luc.* 1 .

Ant. 3 . a . Cláritas Dei circumfulsit illos , & timuérunt timóre magno , & dixit illis Angelus : Nolite timére . *Allelúia . Luc.* 2 .

Ant. 5 . a . Ecce evangelizo vobis gáudium magnú , quod erit omni pópulo ; quia natus est vobis hódie Salvátor . *Allelúia . Luc.* 2 .

Ant. 7 . d . Facta .

Loco Cantici Benedicite . dicitur sequens .

Canticum . Isaías 25 .

Domine , Deus meus es tu , * exaltábo te , & confitebor nómini tuo ;

Quóniam fecisti mirabília , *

cogitationes antiquas , *fideli* amen .

Quia posuisti civitatem in tumulum , * urbem fortem in ruinam ;

Domum alienórum , ut non sit civitas , * & in sempiternum non ædificétur .

Super hoc laudábit te pópulus fortis , * civitas géntium robustárum timebit te ;

Quia factus es fortitúdo pauperi , fortitúdo egéno in tribulatione sua : * spes à turbine , umbráculum ab æstu .

Spiritus enim robustórum , quasi turbo impellens parietē .

Sicut æstus in siti , tumulum alienórum humiliábis : * & quasi calore sub nube torrente propáginem fórtium marcescere facies .

Et faciet Dóminus exercituum ómnibus pópulis in monte hoc convívium pínguium , convívium vindémiz ; * pínguium medullarórum , vindémiz defecáre .

Et præcipitábit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes pópulos , * & telam quam orditus est super omnes nationes .

Præcipitábit mortem in sempiternum : * & auferet Dóminus Deus lácrymam ab omni facie ,

Et oppróbrium pópuli sub auferet de universa terra ; * quia Dóminus locutus est .

Et dicet in die illa : Ecce Deus noster iste , * expectávinus eum , & salvábit nos :

Iste Dóminus , sustinúimus eum ; * exultávimus , & lætávimur in salutári ejus .

Ant. Facta est cum Angelo multitudo militum celestium laudantium Deum, & dicentium: Glória in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Allelúia. *Luc. 2.*

Ans. 8. G. Pastores loquebantur ad invicem: Transéamus usque Bérthleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Allelúia. *Luc. 2.*

Finis ista Ant. incipit Sacerdos ad altare Anaph. sequentem.

Ad Benedictus. *Ans.* 1. D. Venérunt pastores festinantes; & invenérunt Mariam, & Joseph, & Infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de Pæro. Allelúia. *Luc. 2.*

Oratio.

DEUS, qui panem Angelorum in præsepio Ecclesiæ cibum fecisti fidelium: da nobis, quæsumus, in præsenti sæculo degustare cœlestium dulcedinem gaudiorum; ut in futuro perdúcas nos ad satietatem æternorum præmiorum; Per eundem Dóminum.

Sic hodie dicuntur Laudes, etiam extra Chorum.

AD HORAS, Psal. de Dominica, cum Ant. de Laudibus.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Oratio, Concede. ut infra ad II. Vesperas.

A D P R I M A M.

Ans. 4. E. Pastores.

Non dicitur Symbol. Quicumque.

*In R. br. V. Qui natus es * Maria Virgine. Matth. 1.*

A D T E R T I A M.

Ans. 3. a. Cláritas.

Capitulum. Hebr. 1. **C**UM iterum introducit Deus Primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adorant eum omnes Angeli Dei.

R. br. Adorate eum, * omnes Angeli ejus, * Allelúia, allelúia. Adorate. *V.* Audívit, * & lætata est Sion, * Allelúia. Glória Patri. Adorate. *Pf.* 96. *V.* Jubiláte Deo, omnis terra: *R.* Cantáte, & exultáte, & psállite. *Pf.* 97.

A D S E X T A M.

Ans. 5. a. Ecce.

Capitulum. 1. Tim. 1.

FIDÉLIS sermo, & omnis acceptióne dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.

R. br. Confiteantur Dómino * misericórdiæ ejus, * Allelúia, allelúia. Confiteantur. *V.* Et mirabilia ejus * filiis hominum, * Allelúia. Glória. Confiteantur. *Pf.* 106.

V. In humilitate nostra memor fuit nostri; *R.* Et redemit nos ab inimicis nostris. *Pf.* 135.

A D N O N A M.

Ans. 8. G. Pastores.

Capitulum. Galat. 4.

CUM essemus párvuli, sub clementis mundi eramus servientes: at ubi venit plenitudo témporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

R. br. Dóminus virtutum * nobiscum, * Allelúia, allelúia.

Dóminus. *¶* Susceptor noster
 * Deus Jacob , * Allelúia.
 Glória. *Dóminus. P. 45.*

¶ Confiteantur tibi pópuli,
 H , Deus : *¶* Terra dedit fructum
 suum. *P. 66.*

A D II. VESPERAS.

Ant. 1. g. Tecum.

In P. Dixit Dóminus , 25.
Ant. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendóribus sanctorum : ex útero ante luciferum genui te.

Ant. 7. c. Redemptiónem.

In P. Confitebor... in concilio. 25. Ant. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo , mandávit in æternum testamentum suum.

Ant. 5. C. Exortum est.

In P. Beátus vir qui , 25.
Ant. Exortum est in ténébris lumen rectis corde ; misericors , & miserátor , & iustus Dóminus.

Ant. 4. A. Apud.

In P. De profundis ; 81.
Ant. Apud Dóminum misericórdia , & copiósia apud eum redemptio.

Ant. 8. G. De fructu.

In P. Memento , cum sua divisione , 131. Ant. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Capitulum. 1. Joan. 4.

IN hoc apparuit caritas Dei in nobis , quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum , ut vivámus per eum.

Hymnus.

Jesu , Redemptor ómnium ,
 Summi Parentis únice ,
 Qui solus ante sécula
 Patri Deo par násceris ,

Tu nostra pax & glória ;

Spes una tu mortálium ,

Intende quas tibi preces

De cordis ara fundimus.

Qui córporis nostri volens

Nascéndo formam súscipis ;

Divinitatis nos simul

Das esse consortes tuæ :

Ad illud evectos decus

Tuere fratres ; dégener

Ne vita fontes pristinam

In vilitatem déprimat.

Hoc sancta te pascit dies ,

Ortus dies tui memor ,

Quá lícido surgens thoro

Sol verus orbem vísitas.

Nunc ergo terra , nunc pó-
 tus ,

Vastique tractus æquoris ,

Qui te dedit , festis Patrem

Laudare certant cánticis.

Et nos , perennis ó quibus

Salutis auctor násceris ,

Faustum triumpháli juvat

Ornare concentu diem :

Qui natus es de Virgine ;

Jesu , tibi sit glória

Cum Patre , cunqve Spíritu

In sempiterna sécula .

Amén.

¶ Hic est Deus , Deus no-

ster in æternum : *¶* Ipse re-

get nos in sécula. *P. 47.*

Ad Magnificat. Ant. 3. E.

Fílius Dei venit , & dedit no-

bis sensum , ut cognoscámus

verum Deum , & simus in ve-

ro Fílio ejus : hic est verus

Deus , & víta æterna. Allelúia.

1. Joan. 5.

Oratio.

Concède , quæsumus , óm-

niúpotens Deus , ut nos

Unigéniti tui novæ per carnem

Natívitatis liberet , quos sub

peccáti iugo vetusta servitus te-

In Natali Domini.

217

ret; Per eundem Dóminum.

Pro Commemoratione S. Stephani, Ant. Mitto ad vos prophétas, & sapientes: & ex illis occidétis & flagellábitis in synagógis vestris, & persequémini; ut véniat super vos omnis sanguis justus qui effúsus est super terram. *Matth. 23.*

V. Misit Deus ante eos virum: *R.* Elóquium Dómini inflammávit eum. *Pf. 104.*

Orazio.

DA nobis, quæsumus, Dómine, imitári quod cólimus, ut discámus & inimicos diligere; quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam

pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit, &c.

AD COMPLETORIUM,

Psalmi & Capitulum de Dominica.

Ant. 2. D. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in ténebris non maneat. *Allelúia. Joan. 12.*

Hymnus, Mundi salus. 29.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. Erat lux vera quæ illuminat omnem hóminem venientem in hunc mundum; & lux in ténebris lucet. *Allelúia. Joan. 1.*



DIE XXVI. DECEMBRIS.
IN FESTO
SANCTI STEPHANI
PROTO-MARTYRIS.
SOLEMNE-MINUS.

AD OFFICIUM NOCT.

Invis. Jesum quem vidit
Stéphanus stantem à dextris
Dei, * Veníte, adorémus.
Ab. 7.

Pf. 94. Veníte. a.

Hymnus.

O Qui tuo, dux Márty-
rum,
Præfers coronam nómine,
Non de cadúctis flóribus
Tibi coronam néctimus.
Tuo cruenta sáanguine
Quàm saxa fulgent pulcríus!
Apráta sacro vértici
Non sic micárent sídera.

Quot facta fronti vúlnera,
Tot tela luets émicant;
Et Angelo monstrat parem,
Quod prodir è vultu, jubar.

Tu prima Christo víctimæ
Vitam rependis víctima,
Primusque testis æmulo
Deum fatéris fúnere.

Tu primus ostensam tibi
Maris rubri sulcas viam;
Quot te sequentur Márty-
rum,

Quibus præis, exércitus!

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula. Amen.

Psalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Convocantes
duódecim multitudínem disci-
pulórum, dixerunt: Non est
æquum nos derelínquere ver-
bum Dei, & ministráre men-
sis. *Ab.* 6.

Ant. 2. D. Consideráte viros
ex vobis boni testimónii sep-
tem, plenos Spíritu sancto
& sapiéntiá, quos constituá-
mus super hoc opus. *Ab.* 6.

Ant. 3. a. Plácuít sermo co-
ram omni multitudíne, & ele-
gérunt Stéphanum. *Ab.* 6.

†. Beátus quem elegisti &
assumpsisti: †. Inhabitábit in
átriis tuis. *Pf.* 64.

De Actibus Apostolórum.

Leãio j. Cap. 6.

IN diébus illis, crescente
número discipulórum, fa-
ctum est murmur Græcór-
um adversùs Hebræos, eò
quòd despicerentur in ministé-
rio quotidiano víduæ eórum.
Convocantes autem duódecim
multitudínem discipulórum,
dixerunt: Non est æquum nos
derelínquere verbum Dei, &
ministráre mensis. Consideráte
ergo, fratres, viros ex vobis

boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituimus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum; & orantes, imposuerunt eis manus. Tu autem.

Re. Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto * Statuerunt ante conspectum Apostolorum; & orantes, imposuerunt ei manus. ¶. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Statues Levitas in conspectu Aaron & filiorum ejus, & consecrabis oblatos Domino. * Statuerunt. *Ab. 6. Num. 8.*

Leitio ij.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quae appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiae & Spiritui qui loquebatur. Tunc summisserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiae in Moysen & in Deum. Commoverunt itaque plebem, & seniores, & scri-

bas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum & legem; audivimus enim eum dicentem: Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.

Re. Levites praepositis eras his quae sponte offerebantur Domino; * Universaeque multitudi-
dini fideliter cibi praebantur. ¶. Quotquot possessores agrorum erant, vendentes afferrebant pretia: dividebatur autem singulis prout cuique opus erat; * Universaeque. 2. *Paral. 31.*

Ab. 4.

Leitio iij.

Cap. 7.

Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in caelum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei, & ait: Ecce video caelos apertos, & Filium hominis stantem a dextris Dei. Exclamantes autem voce magna, continuaverunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et ejicientes eum extra civitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jesu, suscipe spiritum meum. Postis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et

cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.

R. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, sicut scriptum est : * Dispersit, dedit pauperibus; † Justitia ejus manet in seculum seculi. *Ps.* Eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. * Dispersit. Gloria. † Justitia. 2. *Cor.* 9. *Eccli.* 31.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. *Act.* 6.

Ant. 5. a. Erat potens in verbis & in operibus suis. *Act.* 7.

Ant. 6. F. Sapiencia firmabitur in illo, & non flectetur; & continebit illum, & exaltabit illum apud proximos suos. *Eccli.* 15.

Ps. Confirmatum est cor ejus: *R.* Non commovebitur, donec despiciat inimicos suos. *Pf.* 111.

Benedictiones de Sanctis.

Sermo sancti Fulgentii
Episcopi.

Serm. 3. de S. Stephano.

Leslio iv.

Herī celebrāvimus temporālem sempiterni Regis nostri natālem : hōdie celebrāmus triumphālem militis passiōnem, Herī Rex noster trābeā carnis indūtus, de aula ūeri virginālis egrēdiens, visitāre dignārus est mundum : hōdie miles de tabernāculo cōporis ēxiens, triumphātor migrāvit ad cœlum. Glōria in excelsis Deo herī sancti Angeli exultantes cantāverunt : hōdie Stēphanū stantes in suum cōsōrtium

suscēperunt. Herī Christus pro nobis pannis est involūtus : hōdie Stēphanus stolā est ab eo immortalitātis indūtus. Herī prælēpis angūstia Christum portāvit infāntem : hōdie immēnsitas cœli suscepit Stēphanum triumphāntem.

R. Potens in Scripturis erat edoctus viam Dōmini; & * Fervens spīritu loquebātur, & docēbat diligenter ea quæ sunt Jesu. *Ps.* Sāpiens tanquam imbres mittet eloquia sapiētiæ suæ : * Fervens. *Act.* 18. *Eccli.* 39.

Leslio v.

Necessarium nobis est, fratres carissimi, agnoscere quibus armis præcinctus Stephanus sævitiam Judæorum potuit superare, ut ita meruisset feliciter triumphare. Invidiæ in eo enituit insigne virtutis, quæ nec fremēntium sævitiam formidavit, nec lapidantium ictibus devicta succubuit. Usque adeo enim inter frementes permansit intērritus, & inter lapidum fuit cruciamenta securus, ut incredulitatem Judæorum fidenter argueret, & benignus pro lapidantibus exoraret. Quod est ergo tam magnum atque insuperabile genus armorum? Procul dubio, munimine regio septus, nullatenus est ab adversariis superatus; quoniam Rex noster, cum sit Altissimus, pro nobis humilis venit, sed inanis ventre non potuit. Magnum quippe donativum suis militibus attulit, quo eos non solum copiose ditavit, sed etiam ad certandum invictissime confortavit.

tavit. Attulit namque donum caritatis, quo perduceret homines ad consortium deitatis.

R. Coepit fiducialiter agere in synagoga; * Vehementer enim Judæos revincēbat publice, ostendens per Scripturas esse Christum Jesum. † Surrexit quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat; * Vehementer enim. *Act.* 18. *Eccli.* 48.

Lectio vij.

Caritas ergo quæ de cælo ad terras depõsit Christum, ipsa Stéphanum de terra elevavit ad cælum. Caritas quæ præcessit in Rege, ipsa sublequenter refulsit in milite. Stéphanus ergo, ut nominis sui coronam meruisset accipere, caritatem pro armis habebat, & per ipsam ubique vincēbat. Per caritatem Dei, faciētibz Judæis; non cessit: per caritatem proximi, pro lapidantibus intercessit. Per caritatem arguēbat errantes, ut corrigerentur: per caritatem pro lapidantibus orābat, ne puniretur. Caritatis virtute subnixus vicit Saulum crudēlitem savientem; & quem habuit in terra persecutorem, in cælo meruit habere confortem.

R. Surrexerunt quidam de synagoga disputantes cum Stéphanus; * Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui † Qui loquebatur. † Obstructum est os loquentium iniqua, * Et non. Glória Patri. † Qui. *Act.* 6. *Pf.* 62.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. D. Judæi replēti Pars Hyemalis.

sunt zelo, & contradicēbant his quæ dicebantur, blasphemantes. *Act.* 13.

Ant. 8. G. Summiserunt viros qui dicerent se audivisse Stéphanum dicentem verba blasphemæ in Mõysen & in Deum. *Act.* 6.

Ant. 7. c. Commoverunt plebem, & seniõres, & scribas; & concurrentes rapuerunt Stéphanum. *Act.* 6.

† Labia dolõsa loquuntur adversus justum iniquitatem, †. In superbia & in abusione. *Pf.* 30.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 23.

In illo tempore; Dicebat Jesus Scribis & Phariseis: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas; & ex illis occidētis. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4. Comment. in Matth.

Hoc quod antea dixeramus, Implēte mensuram patrum vestrorum, ad personam Domini pertinere, eò quod occidendus esset ab eis, potest & ad discipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas; & ex illis occidētis, & crucifigētis, & flagellābitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem, ut impleatis mensuram patrum vestrorum. Simulque observa, juxta Apóstolum scribentem ad Corinthios, varia esse dona

discipulorum Christi : alios prophetas , qui ventura prædicant : alios sapientes , qui noverint quando debeant proferre sermonem > alios scribas in lege doctissimos , ex quibus lapidatus est Stephanus , Paulus occisus , crucifixus Petrus , flagellati in Actibus Apostolorum discipuli.

R. Adduxerunt Stephanum in concilium , & stauerunt falsos testes qui dicerent : Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum & legem. ¶ Adductis viris filiis diaboli , fecerunt eos sedere contra eum. At illi dixerunt contra eum testimonium coram multitudine : * Homo iste.

Act. 6. 3. Reg. 21.

Lectio viij.

Jerusalem , Jerusalem , quæ occidis prophetas , & lapidas eos qui ad te missi sunt. Jerusalem , non saxa & ædificia civitatis , sed habitatores vocat , quam patris plangit affectu , sicut & in alio loco legimus , quod videns eam fleverit. In eo autem quod dicit : Quoties volui congregare filios tuos , omnes retrò prophetas à se missos esse testatur. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Hoc ipsum ex persona Jeremiæ jam antè dixerat : Reliqui domum meam , dimisi hereditatem meam , facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyænae. Desertam Judæorum domum , id est , Templum illud quod fulgebat augustius , oculis comprobamus ; quia habitatorem Christum perdidit ;

& hereditatem præripere gestiens , occidit heredem.

R. Intuentes Stephanum omnes qui sedebant in concilio , * Vidérunt faciem ejus tanquam faciem Angeli. ¶ Similem illum fecit Deus in gloria sanctorum , & magnificavit eum in timore inimicorum. * Vidérunt. *Act. 6. Eccli. 45.*

Lectio ix.

Dico enim vobis , Non me vidébitis amodò , donec dicatis , Benedictus qui venit in nomine Domini. Ad Jerusalem loquitur , & ad populum Judæorum. Versiculum autem istum , quo & parvuli atque lactentes in ingressu Jerusalem Domini salvatoris usi sunt , quando dixerunt : Benedictus qui venit in nomine Domini , hofanna in excelsis , sumpsit de centésimo décimo-septimo Psalmo , qui manifestè de adventu Domini scriptus est. Et quod dicit , hoc vult intelligi : Nisi poenitentiam egeritis , & confessi fueritis ipsum me esse de quo Prophætæ cecinerunt , Filium omnipotentis Patris , meam faciem non vidébitis. Habent Judæi datum sibi tempus poenitentiae ; consiteantur benedictum qui venit in nomine Domini , & Christi ora conspicient.

R. Cùm esset Stephanus plenus Spiritu sancto , intendens in caelum , vidit gloriam Dei , & ait : * Ecce video caelos apertos , & Filium hominis stantem à dextris Dei. ¶ Ecce in caelo testis meus , & conscius meus in excelsis. * Ecce. Gloria. * Ecce. *Act. 7. Job. 16.*

In Festo sancti Stephani.

223

Te Deum.

Ps. Sacerd. Ad te levavi oculos meos, &c. Qui habitas in caelis. *Pf.* 122.

AD LAUDES.

Psalms de Feria, cum Cantico de Nativitate; & sic biduo sequenti.

Ant. **E**go replētus sum fortitudine Spiritūs Dōmini, iudicio & virtūte; ut annūntiem Israel peccātum suum. *Mich.* 3.

Ant. 3. à. Suscitātur falsiloquus adversus faciē meam, contradicens mihi: collēgit furōrem suum in me. *Job.* 16.

Ant. 7. c. Cōminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: terribilibus oculis me intūsus est. *Job.* 16.

Ant. 1. a. Aperti sunt caeli, & vidi visionēs Dei; & ecce ignis & splendor in circuitu ejus. *Ezech.* 1.

Ant. 2. D. Dicunt: Lapidētur, & aspiciat oculus noster; ipsi autem non cognoverunt cogitationēs Dōmini. *Mich.* 4.

Capitulum. Jerem. 26.

Dominus misit me, ut prophetārem ad domum istam & ad civitatem hanc omnia verba quæ addistis. Nunc ergo bonas facite vias vestras & stūda vestra, & audite vocem Dōmini Dei vestri.

Hymnus.

Quid, obstināta pēctora,
Verbo Dei resistitis?
Qui vos Deo plenus docet:
Hunc destinātis fūneri.

Omnes in unum sēviunt,
Saxis gravant truces manus:
Hunc pārticeps Saulus necis
Almar. Pars Hyemalis.

Per omnium dexteras petit.

Quid hoc? repente pānditur
Stellāta coeli régia:

Ad dexteram Patris videt
Sublimē stantem Filium.

Non deseris, dux, militem
Quem, Christe, spectans rōboras?

Stas arbiter cerrāminis,
Futurus ipse prēmium.

Deo mori sub iudice
Pugnantis est victōria:
Dum grando saxorum pluit,
Nil sentit afixus polo.

Mens nempe largo vividæ
Torrente lucis ebria,
Nil cōrporis memor sui,
Jam se beātis inserit.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit glōria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sēcula. Amen.

Ps. In die malōrum prote-
xit me Dōminus: &c. In petra
exaltāvit me. *Pf.* 26.

Ad Benedictus. *Ant.* 7. G.
Exclamantes voce magnā,
continuērunt aures suas, & im-
petum fecerunt unanimitē in
Stēphanum; & eicientes eum
extra civitatem, lapidābant
invocantem & dicentem: Dō-
mine Jesu, sūcipe spiritum
meum. *Act.* 7.

Oratio.

DA nobis, quæ sumus, Dō-
mine, imitari quod cōi-
mus, ut discāmus inimicos
diligere; quia ejus natalitia
celebrāmus, qui novit etiā
pro persecutōribus exorāre Dō-
minum nostrum Jesum Chri-
stum Filium tuum; Qui.

*Deinde fit Commemoratio de
Natali Domini, ut sequitur.*

Ant. Egressus est Salvator
* L ij

meus ; & nunc qui redempti
sunt à Dómino, revertentur
& venient in Sion laudantes.
Allelúia. *Ps.* 51.

¶ Ipse tanquam sponsus
excedens de thálamo suo.
Ps. 118.

Oratio.

Concede, quæsumus, om-
nipotens Deus, ut nos
Unigéniti tui nova per carnem
Nativitas liberet, quos sub pec-
cáti iugo vetusta servitus tenet;
Per eundem Dóminum.

A D H O R A S.

Psalmi de Feria.

A D P R I M A M.

Ant. 8. G. Ego.

In *Ex. br.* ¶ Qui natus es *
de María virgine. *March.* 1.

A D T E R T I A M.

Ant. 3. à. Suscítatur.

Capitulum. *Ezech.* 3.

Dixit ad me Dóminus :
Domus Israel nolunt au-
dire te, quia nolunt audire
me; omnis quippe domus Is-
rael attritá fronte est, & duro
corde. Ecce dedi faciem tuam
valentiórem faciebús eórum.

Ex. br. Principes * persecúti
sunt me gratis. Allelúia, alle-
lúia. Principes. ¶ Et à ver-
bis tuis formidávit cor meum.
* Allelúia. Glória. Principes.

¶ Sedérunt principes, &
adversum me loquebantur ;
Ex. Servus autem tuus exerce-
bátur in justificatióibus tuis.
Ps. 118.

A D S E X T A M.

Ant. 7. ç. Commúnans mihi.

Capitulum. *Ezech.* 3.

Fili hóminis, ut adaman-
stem, & ut silicem dedi
faciem tuam : ne timeas eos,

neque métuas à facie eórum.

Ex. br. Dóminus mihi adjú-
tor, * non timebo quid faciat
mihi homo. * Allelúia, alle-
lúia. Dóminus. ¶ Dóminus
mihi adjutor, * & ego despi-
ciam inimícos meos, * Alle-
lúia. Glória Patri. Dóminas.
Ps. 117.

¶ Dóminus à dextris est
mihi, ne commovear; *Ex.* Pro-
pter hoc lætátu est cor meum.
Ps. 15.

A D N O N A M.

Ant. 2. D. Dicunt.

Capitulum. *Matth.* 50.

Juxtá est qui justificat me :
quis contradicet mihi ? Ste-
mus simul : quis est adversá-
rius meus ? accédát ad me.
Ecce Dóminus Deus auxiliá-
tor meus : quis est qui condem-
net me ?

Ex. br. Ecce * Deus ádjuvat
me, * Allelúia, allelúia. Ecce.
¶ Et Dóminus * susceptor
est animæ meæ, * Allelúia.
Gloria. Ecce. *Ps.* 53.

¶ Dóminus illuminátio
mea & salus mea ; *Ex.* Quem
timebo ? *Ps.* 26.

A D I I. V E S P E R A S.

Antiph. & *Ps.* ut ad II.
Vesperas de Natali Domini,
suprà. 216.

Capitulum. *Job.* 16.

Passus sum absque iniqui-
tate manús meæ, cum
habérem mandas ad Deum
pécées.

Hymnus.

Miris probat sese modis
Suos in hostes caritas?
Et blandiens & increpans,
Amica semper caritas.
Qui stans perorabat sibi,

In festo sancti Joannis, Apostoli. 225

Cadens & expirans humi,
Lingua diserti sanguinis,
Suis perorat hostibus.

Audivit è caelo Deus
Suprema verba Martyris;
Dux Saulus, & testis necis,
Necis fit ipse premium.

Fractis jacens cervicibus,
Et sic perire lætior:
O Christe, dixit, suscipe
Quem pono pro te, spiritum.

Tum blanda mors amabili
Sopore clausit lumina;
Ad lucis æternæ jubar,
Exitus artus, évolat.

Servire mensis pauperum
Id muneris quondam tui;
Conviva nunc dignus Deo,
Mensis supernis assides.

Tu nuptiali splendidus
Tui crucis purpurâ,
Ad immolati transvolas
Admissus Agni nuptias.

Quid non, Deus, si respicis,
Humana possunt pectora?
Cujus triumphum pangimus,
Fac nos & exemplum sequi.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

¶ Postulerunt adversum me
mala pro bonis, &c. Et odium
pro dilectione mea. *Pf.* 108.

Ad Magnificat. Ant. 1. D.
Pósitis génibus, clamávit voce
magnâ: Dómine, ne stáruas
illis hoc peccátum. Et cum
hoc dixisset, obdormívit in
Dómino. *Act.* 7.

Oratio, ut suprà ad Laudes.
Deinde fit commemor. de sancto

Joanne, Ant. Honorábilis factus es in óculis meis, & gloriósius: ego dilexi te, noli timere. *If.* 43.

Mimax. Pars Hyemalis.

¶. Ecce tu, Dómine, veritatem dilexisti: &c. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. *Pf.* 50.

Oratio, ut infrá ad Laudes.
De Natali Domini. Ant. Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscámus verum Deum, & simus in vero Filio ejus: hic est verus Deus, & vita æterna. *Allelúia.* 1. *Joan.* 5.

¶. Hic est Deus, Deus noster in æternum: &c. Ipse reget nos in sæcula. *Pf.* 47.

Oratio.

Concède, quæsumus, omnipotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet; Per eundem Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitul. de Feria.
Cetera ut heri, 217. & sic usque ad Circumcisionem. exclusivè.

DIE XXVII DECEMBRIS.

In Festo

**S. JOANNIS, APOSTOLI
ET EVANGELISTÆ.**

Duplex-majus.

AD OFFICIUM NOCTUR.

Invit. Jesum in cujus sinu recubuit Joannes, & venite, adorémus. *Joan.* 13.

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

TU, quem præ reliquis Christus amáverat,
O dulces hóminis delicias
Del,

Curárum sócius, fúneris &
comes,

Et testis quoque glóriæ!

Fortunáte nimis, cui lícítum
fuit

¶ L iij

Attrectare manu Verbum Sit laus summa Patri, summa
 hominem Deum, que Filio;
 Hunc audire, oculis cernere, Sit par, sancte, tibi gloria,
 re, mutuo Spiritus:
 Quin & colloquio frui! Hæc est certa fides, fontibus
 Hæc dos quanta fuit, cum è tuis
 tibi credidit Quam divinitus háuimus.
 Sensus Christus amans peccatoris íntimos, Amen.
 Quando monte super totus *Psalmi de Feria.*
 homo Deus *IN I. NOCTURNO.*
 Sese numine véstiti? *Ant. 1. g. Vidit Jesus duos*
 Jesu tu placido dum récubas fratres, Jacobum Zebedæi, &
 sinu, Joannem fratrem ejus in navi,
 Potas plena Deo vívida flumina; cum Zebedæo patre eorum.
 Illapsu tacito se propius tuis *Matth. 4.*
 Numen sensibus inserit. *Ant. 2. D. Vidit ipso*
 Ex hoc fonte Deum pleniùs componentes rétia in navi: & vocavit
 háuferas; illos. *Marc. 1.*
 Corpus deftituit mens velut *Ant. 8. c. Illi, statim relictis*
 ébria: rétibus & patre, secuti sunt
 Dic, cum blanda quies lumina eum. *Matth. 4.*
 cláuserit, *Ps. 15.*
 Quæ cœlestia videris. Incipit Epístola beati Pauli
 Apóstoli ad Romanos.
 Sacros áditus! ó bene mutui. *Letitio j. Cap. 1.*
 Hæc ignota tenus gaudia peccatoris!
 Quæ non tela jacit divus amor sacris
 His fornacibus incubans! **P**Aulus servus Jesu Christi,
 Hinc tu semper amans, semper amabilis: vocatus Apóstolus,
 segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat
 per Prophetas suos in
 Hinc & frontis honos, virgineus pudor; Scripturis sanctis, de Filio suo
 qui factus est ei ex semine David
 Hinc cœleste jubar, quod prædestinatus est Filius Dei
 in virtute secundum spiritum
 superos decet, sanctificationis ex resurrectione
 mortuorum Jesu Christi
 Toto vértice funditur. **P**er quem accepimus gratiam & apostolatam
 ad obediendum fidei in omnibus
 Hinc creber réperis, creber gentibus pro nomina ejus,
 idem sonas; in quibus estis & vos vocati
 Quidquid faris, amor, sic Jesu Christi: omnibus qui sunt
 amor imperat: Romæ, dilectis Dei, vocatis
 Vix sese capiens æstuat, & suis
 Pectus rumpitur ignibus.

sanctis, grátia vobis & pax à Deo Patre nostro & Dómino Jesu Christo. Primum quidem grátias ago Deo meo per Jesum Christum pro ómnibus vobis; quia fides vestra annuntiátur in universo mundo. Testis enim mihi est Deus, cui servo in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quòd sine intermissione memóriam vestri facio semper in orationibus meis: óblecrans, si quomòdò tandem aliquando prospèrum iter hábeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

¶ Stupor circumdederat Petrum in captúra piscium, similiter Jacòbum & Joannem; * Et relictis ómnibus, secúti sunt Jesum. ¶. Ipsi viderunt ópera Dómini, & mirabilia ejus in profundo; * Et. *Luc.* 5. *Pf.* 106.

Leñio ij.

Desidero enim videre vos, ut áliiquid impértiar vobis grátia spirituális ad confirmandos vos; id est, simul consolári in vobis per eam quæ invicem est, fidem vestram, atque meam. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpè propòsui venire ad vos, (& prohibitus sum usque adhuc) ut áliquem fructum hábeam & in vobis, sicut & in céteris gentibus. Græcis ac Bárbaris, sapiéntibus & insipiéntibus debitor sum; ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis, evangelizare. Non enim erubescio Evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Ju-

dzo primum, & Græco. Justitia enim Dei in eo revelátur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit. Revelátur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & injustitiam hóminum eórum: qui veritatem Dei in injustitia détinent; quia quòd notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestávit.

¶. Vocávit Jesus ad se quos voluit ipse; & fecit ut essent duodecim cum illo: & * Impòsuit Jacòbo & Joanni nómína Boanerges, quod est, Filii tonitruí. ¶. Dóminus Deus servos suos vocábit nómine álio: * Impòsuit. *Marc.* 3. *If.* 65.

Leñio iij.

Invisibilia enim ipsius, à creatúra mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas; ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut grátias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscurátum est insipientis cor eórum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutaverunt glóriam incorruptibilis Dei in similitudinem imáginis corruptibilis hóminis, & volucrum, & quadrúpedum, & serpéntium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eórum, in immunditiam; ut contuméliis afficiant còrpora sua in semetipsis: qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, &

coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Tu autem.

R. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem, & ascendit in montem ut oraret: & * Facta est, dum oraret, species vultus eius altera; & † Vidérunt majestatem ejus. *ψ.* Póssuit oculum suum super corda illórum, osténdere illis magnalia. * Facta est. Glória. † Vidérunt. *Luc. 9. Eccli. 17.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Accédunt ad Jesum Jacobus & Joannes, dicentes: Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & álius ad sinistram tuam sedeamus in glória tua. *Marc. 10.*

Ant. 4. D. Respondens Jesus, dixit: Potestis bibere cálicem quem ego bibitúrus sum? Dicunt ei: Póssumus. *Matth. 20.*

Ant. 5. a. Ait illis: Cálicem quidem meum bibétis: sedére autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est. *Matth. 20.*

ψ. Cálicem salutáris accípiam, R. Et nomen Dómini invocábo. *Pf. 115.*

Benedictiones de Sanctis.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri, de Scripturis Ecclesiásticis. *C. 9.*

Leñtio iv.

Joannes Apóstolus, quem Jesus amávit plúrimum, filius Zebedæi, frater Jacóbi Apóstoli, quem Heródes post passiónem Dómini decoláverat, novíssimus ómnium

scripsit Evangelium, rogátus ab Asiæ Episcopis, adversus Cerinthum aliosque hæreticos, & máximè tunc Ebionitarum dogma confregens, qui ásserunt Christu ante Mariam non fuisse. Unde & compulsus est divínam ejus nativitatem edicere.

R. Amantíssimus Dómini habitábit confiderent in eo: * Quasi in thálamo totá die morábitur, & inter húmeros illius requiescet. *ψ.* Erat recumbens unus ex discipulis Jesu in sinu ejus, quem diligébat Jesus: * Quasi. *Deut. 33. Joan. 13.*

Leñtio v.

Quarto-décimo igitur anno, secundam post Nerónem persecutiónem movente Domitiáno, in Patmos insulam, relegátus, scripsit Apocalypsim, quam interpretátur Justinus martyr, & Irenæus. Interfecto autem Domitiáno, & actis ejus ob nimiam crudelitatem à Senátu rescissis, sub Nerva príncipe rédiit Ephesum: ibique usque ad Trajánun príncipem perseverans, totas Asiæ fundávit rexítque Ecclesiás; & confectus sénio, sexagésimo octávo post passiónem Dómini anno mórtuus, juxta eamdem urbem sepultus est.

R. Dixit Jesus: Unus ex vobis tradet me. Unus ex discipulis, quem diligébat Jesus, * Dicit ei: Dómine, quis est? Respondit Jesus: Ille est cui ego intinctum panem porréxero. *ψ.* Sapientia denudábit absconsa sua illi qui illam

diligat. * Dicit ei: Domine, quis est? Respondit. Joan. 13. Eccli. 4.

Ex Commentariis ejusdem in Epistolam ad Galatas.

Lib. 3. C. 6. Lectio vj.

Beatus Joannes Evangelizatur usque ad ultimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura verba vocem contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filii, diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant, exadio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Joanne sententia: Quia praeceptum Domini est; &, si solum fiat, sufficit.

R. Stabat juxta crucem Jesu mater ejus. * Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus; deinde † Dicit discipulo: Ecce mater tua. †. Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustis comprobatur. * Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, &c. Gloria Patri. † Dicit discipulo: Ecce mater tua. Joan. 19. Prov. 17.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Stetit Jesus in litore; non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est. Dixit discipulus ille quem diligebat Jesus, Dominus est. Joan. 21.

Ant. 6. F. Exiit sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Joan. 21.

Ant. 8. G. Non dixit Petro Jesus, Non moritur; sed, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Joan. 21.

†. Tribuisti ei, Domine, longitudinem dierum in seculum: R. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Ps. 20.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 21.

In illo tempore; Dixit Jesus Petro: Sequere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 124. in Joan. n. 5.

Duas vitas sibi divinitus praedicatas & commendatas novit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in specie: una in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis: una in labore, altera in requie: una in via, altera in patria: una in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Una declinat a malo, & facit bonum: altera nullum habet a quo declinet malum, & magnum habet quo fruatur bonum. Una cum hoste pugnat: altera sine hoste regnat. Una fortis est in adversis: altera nihil sentit adversi. Una carnales libidines frangat: altera spiritualibus delectationibus vacat.

R. Loquentibus Petro & Joanne ad populum, superve-

nérunt sacerdotes & magistratus templi, dolentes quod annuntiarent in Jesu resurrectionem; & * Posuerunt eos in custodiam. *¶* Inclusos custodiébant, per quos inciépbat incorruptum legis lumen século dari. * Posuerunt. *Act. 4. Sap. 18.*

n. 7. Lectio viij.

ERgo una bona est, sed adhuc misera: áltera mélior, & beata. Ista significata est per Apóstolum Petrum, illa per Joannem. Tota híc agitur ista usque in hujus século finem, & illíc invenit finem: differtur illa complenda post hujus século finem, sed in futuro século non habet finem. Ideò dicitur huic, Séquere me: de illo autem, Sic cum volo manére donec véniam. Quid enim est hoc, nisi, Tu me séquere per imitationem perferendi temporália mala, ille máneat donec sempiterna vénio redditurus bona? Quod apértius ita dici potest: Perfecta me sequátur áctio, informata meæ passónis exemplo: inchoata verò contemplatio máneat donec vénio, perficienda cum vénero.

R. Videntes Petri constantiam & Joannis, comperto quod homines essent sine litteris & idiótæ, * Admirabantur, & nihil póterant contradicere. *¶* Dixit Dóminus: Ecce ego addam ut admirationem faciam pópulo huic miraculo grandi; peribit enim sapiéntia à sapiéntibus ejus. * Admirabantur, & nihil póterant contradicere. *Act. 4. Is. 29.*

Lectio ix.

Nemo tamen istos insignes Apóstolos séparet. Et in eo quod significábat Petrus, ambo erant; & in eo quod significábat Joannes, ambo futúri erant. Omnibus sanctis, propter hujus vitæ procellosissimæ gubernaculum, claves regni cœlorum Petrus accépit: eisdemque, propter vitæ illius secretissimæ quietissimum sinum, super pectus Christi Joannes Evangelista discubuit. Nec ille de Christi divinitate sublímia, qui in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc autem in spéculo atque in ænigmate contuenda sunt, de fonte Domínici pectoris solus bibit; sed Dóminus Evangelium omnibus bibendum toto orbe diffúdit. Sunt qui sénérint à Christo Joannem plus amátum, quòd ab ineunte puerítia castíssimus víxerit. Id quoque multum adjuvat congruentiam hujusce senténtiæ, quòd illa vita per eum significata est, ubi non erunt nuptiæ.

R. Denuntiavérunt ne omnino docérent in nómine Jesu; Petrus verò & Joannes dixerunt ad eos: * Non póssumus quæ vidimus & audivimus non loqui. *¶* Sacramentum regis abscondere bonum est; ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est: * Non póssumus. Glória Patri. * Non póssumus quæ vidimus. *Act. 4. Tob. 12.*

Te Deum.

¶ Sacerd. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini

In festo sancti Joannis, Apostoli. 157

R. In omnibus populis mirabilia ejus. *Pf.* 95.

A D L A U D E S.

Psalmi de Feria.

Ant. **E**Go Joannes particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Jesu, sui in Insula Patmos propter verbum Dei & testimonium Jesu. *Apoc.* 1.

Ant. 5. a. Audivi vocem magnam, tanquam tubæ, dicentis: Quod vides, scribe in libro; & mitte septem Ecclesiis. *Apoc.* 1.

Ant. 7. a. Dixit mihi Angelus: Oportet te scribere prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis. *Apoc.* 10.

Ant. 1. a. Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum, ostendere servis suis quæ oportet fieri citò. *Apoc.* 22.

Ant. 6. F. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus; & ego Joannes audivi & vidi. *Apoc.* 22.

Capitulum. *Apoc.* 14.

Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens voce magna: Timete Dominum, & date illi honorem.

Hymnus.

Quem nox, quem tenebræ, densaque nùbila circumfusa tegunt lumine spléndidum,
Imbellés óculos terríficis Deus
Ne fulgóribus obruat.

O dilecte Deo, quàm tibi clarius,

Dum tu vivis adhuc, se dedit aspici!

Tu secreta Dei, mentis & intimæ

Rimaris penetrália.

Ceu pennis æquilæ, raptus in æthera

Cœlum mente petis, sidera trãnsvolas;

Nil obstant rútili fúgura lúminis,

Nudo Númine pásceris.

Æterno génitum de Patre Fílium,

Demprá nube, vides, èque Deo Deum

Descendisse sacros de patrio sinu

Castæ Virginitis in sinus.

In nos hoc potuit tantus amor Dei!

Terris ipse sui núminis immemor,

Nobis factus homo, se facit exulem,

Ut cœlo trahat exules.

Per te sacra patent ábdita vârtibus:

Quæ lux in ténébris fúgeat, índicas:

A quo vita fluit, princípium petis,

Et primórdia lúminis.

Patri máxima laus, máxima Fílio,

Amborumque sacro máxima Flámini:

Hæc est certa fides, fôntibus è tuis

Quam divinitus háusimus. Amen.

V. Introibo in poténtias Domini, **R.** Usque in altíssima quæ fecisti magnália. *Pf.* 70.

Ad Benedictus. Anr. 8. G.
 Quod audivimus, quod vidimus, quod manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum.
1. Joan. 1.

Oratio.

Ecclēsiā tuam, Dōmīne, benignus illustra; ut beātī Joannis Apōstoli tui & Evangelistæ illuminatā doctrīnis, ad dona pervēniat sempiterna; Per Dōminum nostrum Jesum Christum.

Comm. de Natali Domini, Egressus est, &c. suprā, 223.

A D H O R A S.

Psalmi de Feria.

A D P R I M A M.

Anr. 2. D. Ego Joannes.

*In R. br. V. Qui natus es * de Mariā Virgine. Matth. 1.*

A D T E R T I A M.

Anr. 5. a. Audīvi.

Capitulum. Apocal. 1.

Poluit dēxteram suam super me, dicens: Noli timēre, ego sum primus & novissimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce sum vivens in sēcula seculōrum; & habeo claves mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

*R. br. Lingua mea * calamus scribæ, * Allelūia, allelūia. Lingua. V. Velociter * scribentis, * Allelūia. Glōria Patri. Lingua. Pf. 44.*

V. In generatiōem & generatiōem, R. Annuntiābo veritatē tuam. Pf. 88.

A D S E X T A M.

Anr. 7. a. Dixit mihi Angelus.

Capitulum. Apocal. 19.
Ecidi ante pedes Angeli, qui adorārem eum. Et dicit mihi: Vide ne fēceris; confervus tuus sum, & fratrum tuōrum habentium testimōnium Jesu. Deum adōra.

*R. br. In conspectu Angelōrum * adorābo, * Allelūia, allelūia. In conspectu. V. Et confitebor nōmini tuo * super misericōrdia tua, * Allelūia. Glōria Patri. In conspectu. Pf. 137.*

V. Non accēdet ad te malum; R. Quōniam Angelis suis Deus mandāvit de te. Pf. 90.

A D N O N A M.

Anr. 6. F. Beātus.

Capitulum. Apoc. 1.

Beātus qui legit & audit verba prophetiæ hujus, & servat ea quæ in ea scripta sunt; tempus enim propē est.

*R. br. Mirabilia * testimōnia tua, * Allelūia, allelūia. Mirabilia. V. Ideō scrutata est ea * ānima mea, * Allelūia. Glōria. Mirabilia. Pf. 118.*

V. Servus tuus custōdit ea, R. In custodiendis illis retribūtio multa. Pf. 18.

A D I I. V E S P E R A S.

Antiphonæ & Psalmi ut in II. Vesperis de Natali Domini, 216.

Capitulum. Apoc. 1.

Dedit Jesu Christo Deus palām facere servis suis quæ oportet fieri citō: & significāvit mittens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimōnium perhibuit verbo Dei, & testimōnium Jesu Christi, quæcūque vidit.

Hymnus.

Sit qui ritè canat te modò
virginem,
Te scriptis célebrem dicat
Apóstolum,
Jungat veridicis te quoque
Vátibus,
Christi te cano Mártyrem.
Diri testis eras fúneris, & comes,
Votis cum Dómino fixus
eras cruci;
Hoc tantum lícuit tunc tibi,
mútuis
Respondéte dolóribus.
Pendens funereá Christus ab
árbore,
Te matri miseræ jam sine
fílio,
Natum substituit. Crédere
Virginem
Quàm par est tibi vírgini!
Tali depósito quid pretiósius?
Mater vera Dei jam tua
dicitur,
Natus jure pari dicere;
mórtui
Jactúram réparas Dei.
Christus vocis egens, te mo-
riéntibus,
Quà fas est, óculis discipu-
lum docet;
Ex illa cáthedra quàm cruor
imbuit,
Terris prædicat ómnibus.
Christi fide comes, pássibus
æmulis,
Quò te duxit amor, te líceat
sequi;
Ingens ille mihi sit favor,
& pati
Cum Christo, simul & mori.
Sit laus summa Patri, sum-
maque Fílio;
Sit par sancte, tibi glória,
Spíritus:

Hæc est certa fides, fón-
tus è tuis
Quam divinitus háuimus.
Amen.

¶ Testimónia tua, Dómi-
ne, R. Credibilia facta sunt
nimis. *Pf.* 92.

Ad Magnificat. Ant. 4. D.
Quem diligébat Jesus, qui &
recúbit in cœna super pectus
ejus; hic est discipulus ille qui
testimónium péthibet de his,
& scripsit hæc: & scimus quia
verum est testimónium ejus.
Joan. 21.

Oratio, ut suprâ ad Laudes.
Fit commem. de SS. Innocen-
tibus, Ant. 3. a. Contemplá-
mini, & vocáte lamentatrices:
assúmant super nos lamentum;
quia mors ingressa est domos
nostras, dispédere párvulos
déforis. *Jerem. 9.*

¶ Caprábúrit in ánimam
Justi; R. Et lánguinem inno-
centè condemnábunt. *Pf.* 93.

Oratio, ut infrâ ad Laudes.
Posteâ de Natali Domini,
Fílius, &c. *ut suprâ, 225.*

AD COMPLETORIUM.
Psalmi & Capitul. de Feriâ.
Reliqua ut in die Natalis Do-
mini, suprâ, 217.

DIE XXVIII DECEMBRIS.
In Festo
SS. INNOCENTIIUM.
Duplex-minus.

AD OFFICIUM NOCT.
Invit. Christum complexan-
tem & benedicentem párvulos,
* Veníte, adorémus. *Marc. 10.*
Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus.
Salvétè, flores Mártyrum,
In lucis ipso límine
Quos sævus ensis méssuit,

Ceu turbo nascentes rosas.

Vos prima Christi victima,
Grex immolatorum tener,
Aram sub ipsam simplices
Palmæ & coronis luditis.

Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodem iuvat?
Unus tot inter funera
Impunè Christus tollitur.

Inter coevi sanguinis
Fluenta solus integer
Ferrum quod orbabat nurus,
Partus sefellit Virginis.

Sic dira regis impii
Edicta quondam fugerat,
Christi figuram præferens,
Moses receptor civium.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Psalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Consurget rex impudens facie, & interficiet populum sanctorum. *Dan. 8.*

Ant. 2. D. Dirigetur dolus in manu ejus, occidet plurimos, & contra principem principum consurget. *Dan. 8.*

Ant. 3. b. Non roborabitur homo ex impietate; & radix justorum non commovebitur. *Prov. 12.*

Peccator stridèbit super justum dentibus suis; *R.* Dominus autem iridèbit eum. *Pf. 36.*

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 2.

Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas; eadem enim agis

quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu es fugies iudicium Dei? An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet univeique secundum opera ejus. Iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & in corruptionem quaerunt, vitam æternam; iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati; credunt autem iniquitati, ira & indignatio.

R. Herodes, clam vocatis Magis, * Diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. * Multæ sunt insidiæ dolosi; bona enim in mala convertens insidiatur: * Diligenter. *Matth. 2. Eccli. 11.*

Lectio ij.

Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæo primum, & Græci: gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primum, & Græco: non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem jud-

Tabuntur (non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniũ reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus,) in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum.

R. In labiis suis indulcat inimicus, & * In corde suo insidiatur; & si invenerit tempus, non satiabitur sanguine. *V.* Dixit Herodes Magis: Ite & interrogate diligenter de puero, & renuntiæ mihi; ut & ego veniens, adorem eum. * In corde. *Eccli.* 12. *Matth.* 2.

Leitio iij.

SI autem tu Judæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nostri voluntatem ejus, & probas utiliora, instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege; qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandam, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in

lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.

R. Reges terræ & * Principes convenérunt adversus Dominum, & adversus Christum ejus. † Qui habitat in caelis, irridébit eos. *V.* Cum recessissent Magi, Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Futurum est ut Herodes querat puerum ad perdendum eum: * Principes convenérunt. Gloria Patri. † Qui habitat. *Pf.* 2. *Matth.* 2.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. d. Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde. *Matth.* 2.

Ant. 5. a. Sónitus terroris semper in auribus impij; & eum pax sit, insidias suspicatur. *Job.* 15.

Ant. 7. d. Tetendit adversus Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est. *Job.* 15.

V. Ecce parturit iniquitatem; *R.* Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Pf.* 7.

Sermo sancti Leonis

Paſſæ.

In Epiph. 1.

Leitio iv.

Herodes audiens Judæorum Principem natum, successorem suspicatus, expavit; & molitus necem salutis Auctori, falsum spondet obsequium. Quam felix foret, si Magorum imitaretur fidem, & converteret ad religionem quod disponebat ad fraudem! Reversis Magis in

regiónem suam, translatoque Jesu in Egyptum ex admonitione divina, exardescit frustrata in meditationibus suis Heródis insánia. Necári omnes Bèthleem párvulos jubet: & quóniam quem méruat, nescit infantem, generalem sævitiam in suspectam sibi tendit ætatem. Sed quos rex impius eximit mundo, Christus inserit celo.

R. Rex, efferratis animis, jussit militibus interficere, nec párcere. * Fiébant ergo natórum exterminia & parvulorum neces. ¶ Heródes occidit omnes púeros qui erant in Bèthleem & in finibus ejus, à bimátu & infra, secundum tempus quod exquiserat à Magis. * Fiébant ergo. 2. Mach. 5. Matth. 2.

In Epiph. 2. Lectio v.

Quæ ista, Judæi, tam imperita in vobis sciéntia est? Interrogati ubi Christus nasceretur, veraciter dicitis quod legistis, In Bèthleem Judæ. Locum nativitatis de Scripturarum testimonio demonstratis, præsentiam temporis de cæli & terræ attestatióne cognoscitis; & tamen ubi ad persequendum animos Heródis exarsit, ibi ad non credendum vester sensus obdúruit. Felícior ergo ignorántia infantium quos persecutor occidit, quam vestra sciéntia quam in sua perurbatione consúlit. Vos nolueris regnum ejus recíperere, cujus oppidum potuistis osténdere. Illi potuerunt pro eo mori, quem nondum poterant confi-

téri. Itaque Christus, ne ullum ei tempus esset absque miraculo, ante usum linguæ potestatem Verbi tãcitus exerebat; & quasi jam diceret, Sinite párvulos venire ad me, tãlium est enim regnum cælórum, nová glóriá coronábat infantes, & de iníttis suis parvulórum primórdia consecrábat; ut disceretur néminem hóminum divíni incapácem esse sacramenti, quando etiam illa ætas glóriæ esset apta martyrii.

R. Adimplétum est quod dictum est per Jerémiam prophetam, dicentem: * Vox in Rama audita est; ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolári, quia non sunt. ¶ Invocabant Dóminū, ut vocem sanguinis ad se clamantis audiret, memoraretur quoque iniquissimas mortes parvulorum innocentium: * Vox. Matth. 2. 2. Mach. 8.

In Epiph. 7. Lectio vj.

Amat Christus infántiam; quam primùm & ánimo suscepit, & corpore. Amat Christus infántiá, humilitatis magistram, innocentie regulam, mansuetudinis formam. Amat Christus infántiam, ad quam majórum dirigit mores, ad quam senum reducit ætates; & eos ad suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimat æternum. Ad hanc vos, dilectissimi, similitudinem parvulorum mystérium hodiernæ festivitatis invitat; & hanc vobis humilitatis formam adoratus à Magis puer

Salvator insimulat; qui, ut imitatoribus suis quid glorie pararet, ostenderet, ortus sui tempore editos martyrio consecravit; ut in Bethleem, ubi Christus natus est, geniti, per communionem ætatis confortes fierent passionis.

R. Hæc dicit Dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: * Revertentur filii ad terminos suos. *ψ.* Agnus reget eos, & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: * Revertentur. Glória Patri. * Revertentur. *Jerem.* 31.

Apoc. 7.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Sinite parvulos venire ad me; talium est enim regnum cælorum. *Matth.* 19.

Ant. 1. g. Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno; sine macula sunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

Ant. 8. G Non inquinaverunt vestimenta sua: ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. *Apoc.* 3.

ψ. Novit Dominus dies immaculatorum; *R.* Et hæreditas eorum in æternum erit. *Is.* 36.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore; Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus ejus, à binatu, & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis

Chrysostomi.

Homil. 9. in Matth.

Herodem certe non oportuerat irasci, sed comprimi potius ac tinere, atque intelligere quod rem stultam conaretur. Sed coerceri nequit animus pravâ semel voluntate vitiatus, jamque immedicabiliter ægrorans; neque cedit, magnis quamlibet à Deo remediis indultis. Considera igitur istum prioribus malis addere posteriora certantem, & homicidia homicidiis jungentem, perque omnia furibundum in præcipitia labentem: quasi enim ab aliquo dæmonum, irâ, iracundiâ, invidiâque vexatus, nullâ prorsus ratione frænatur, sed contra ipsam furit naturam: & iram quâ adversus Magorum illusionem fremebat, in parvulos innocentes vertit; tale quiddam in palæstina facere aggressus, quale Phærao in Ægypto perpetrarat.

R. Jerusalein, lætaberis in filiis tuis, quoniam * Omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. *ψ.* Oves meæ non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea: * Omnes. *Tob.* 13. *Joan.* 10.

Lectio viij.

Quo, Herodes sævissime, colore rationis iratus es, cum te à Magis illusum videres? Non cognoveras ortum illum esse divinum? Non tu principes convocaveras Sacerdotum? Non ipse congregaveras Scribas? Non etiam illi

qui à te fuerant convocati, Propheta in secum in iudicium & illius consilii protulerunt, qui olim ista prœdixerat? Non intellexisti nova veteribus consonare? Non audisti quoniam Magos stella deduxerit? Cur non erubuisti tam laudabile studium barbarorum? Cur non es reveritus veritatem? Cur non ex prœcedentibus etiam extrema pensasti? Cur non ex his omnibus collegisti nequaquam Magorum illusioni deputandum esse quod factum est, sed divinæ virtuti omnia providè & utiliter ordinanti? Quod si esses etiam Magorum fraude deceptus, quid hoc prœjudicaret Innocentibus?

R. Gaudèbo in populo meo; & * Non audietur in eo ultra vox fletus, & vox clamoris. V. Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor: * Non audietur. *Is. 65.*

Apoc. 21.

Leitio ix.

Tunc adimplètum est quod dictum est per Jeremiam propheta, dicentem: Vox in Rama audita est; ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Admirabilis consequentia: quia enim auditorem magnitudine horroris implèverat Evangelista, crudèlem illam mactationem describens, rursus eum consolatur, & dicit quod non idcirco illa facta sint, quia ea Deus prohibere nequiverit, aut futura non viderit; sed quæ certè & præsclerit, & per

Propheta longè antè prœdixerit. Ne igitur turbèris & concidas, ad ineffabilem providentiam eius prospiciens, quam, & per illa quæ operatur ipse, & per ista quæ ab aliis fieri sinit, perspicuè possumus intuèri.

R. Convertam luctum eorum in gaudium: * Et † Consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. V. Ego dabo de fonte aquæ vitæ gratis: * Et. Glória Patri. † Consolabor. *Jerem. 31. Apoc. 21.*

Te Deum.

V. Sacerd. Laudate, pueri, Dòminum: R. Laudate nomen Dòmini. *Pf. 112.*

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. f. **C**on surge, Sion, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Dòmini: leva ad eum manus tuas pro ànima parvulorum tuorum. *Thren. 2.*

Ant. 2. D. Cum cogitarent iustorum occidere infantes, uno liberato, suscepta est à populo sanitas. *Sap. 18.*

Ant. 3. a. Pueri tui tanquam agni exultaverunt, & agnificantes te, Dòmine, qui liberaisti illos. *Sap. 19.*

Ant. 4. f. Victricem manum tuam laudaverunt pariter, quoniam Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. *Sap. 10.*

Ant. 5. a. Læticia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætiam obtinebunt; & fugiet dolor & gemitus. *Is. 35.*

In festo SS. Innocentium.

239.

Capitulum. Sap. 4.
Gratia Dei & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius: condemnat autem justus mortuus vivos impios, & juventus celerius consummata longam vitam injusti.

Hymnus.

Molles in agnos ceu lupus
Amens tyrannus irruit,
Et destinat promiscua
In strage Christum perdere.

Cunæ redundant sanguine,
Sed in Deum frustra furit:
Unum petit tot mortibus,
Mortes tot unus effugit.

Matres, querelis parcite;
Quid rapta betis pignora?
Agnus salutis obsidem
Denso sequuntur agmine.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

¶ Ex ore infantium & lactentium, Deus, perfecisti laudem, R. Propter inimicos tuos. *Pf. 8.*

Ad Benedictus. Ant. 7. G.
Serviunt Deo die ac nocte in templo ejus: non esurient, neque sitient amplius. Agnus qui in medio throni est, deducet eos ad vitæ fontes aquarum. *Apoc. 7.*

Orazio.

Deus, cujus hodiernâ die præconiium Innocentes Martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiõrum malâ mortifica; ut fidem tuam quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur; Per Dõ-

mitum nostrum Jesus Christum Filium tuum.

Fic Commemoratio de Nativitate Domini. Ant. Egressus est, &c. suprâ, 223.

A D H O R A S,

Psalmi de Feria.

A D P R I M A M.

*Ant. 1. f. Confurge, Sion. In R. br. ¶. Qui natus es * de Maria virgine. Matth. 1.*

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Cùm cogitarent.

Capitulum. Dan. 3.

Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium; sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, Domine.

*R. br. Propter te, Domine, * mortificamur totâ die, * Allelûia, allelûia. Propter te. ¶. Estimati sumus * sicut ovæ occisionis, * Allelûia. Glória Patri. Propter te.*

¶ Salvasti nos, Domine, de affligentibus nos: R. Et odientes nos confundisti. *Pf. 43.*

A D S E X T A M.

Ant. 3. a. Pueri tui.

Capitulum. 2. Timoth. 1.

Deus nos liberavit, & vocavit vocatione suâ sanctâ, non secundum opera nostra, sed secundum propõsitum suum & grâtiã.

*R. br. Anima nostra sicut passer erepta est * de laqueo venantium, * Allelûia, allelûia. Anima nostra sicut passer. ¶. Laqueus contritus est, * & nos liberati sumus, * Allelûia. Glória Patri: Anima nostra.*

¶ Benedictus. Dominus; R. Qui non dedit nos in

240 *Dominicá intrâ Octav. Natalis Domini.*

captiõnem dẽntibus eõrum.

Pf. 23.
A D N O N A M.

Ant. 5. a. Læticia.

Capitulum. Sap. 5.

IN perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eõrum, & cogitatio illõrum apud Altissimum: ideo accipient regnum decõris, & diadema speciẽi de manu Dómini.

R. br. Eduxit pópulũ suũ * in exultatiõne, * Allelúia, allelúia. Eduxit. *ŷ.* Et electos suos * in læticia, Allelúia. Glória Patri. Eduxit. *Pf.* 104.

ŷ. Exultent & lætentur super te, *R.* Omnes quærentes te, Dómine. *Pf.* 39.

A D II. VESPERAS.

Antiphona & Psalmi us ad II. Vesperas diei Natalis Domini, 216.

Capitulum. Apoc. 14.

HI sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit.

Hymnus, Salvete. 233.

ŷ. Deus noster miseretur, *R.* Custodiens parvulos Dóminus. *Pf.* 114.

Ad Magnificat. *Ant.* 5. C. Sérvient Deo & Agno, & vidébunt faciẽm ejus: & nomen ejus in frõntibus eõrum. *Apoc.* 22.

Oratio, Deus, cujus hodiernã. *us suprà ad Laudes.*

Deinde (nisi sit Sabbatum) sit Commem. de Nat. Domini, *Ant.* Fílius Dei venit. *ŷ.* Hic est Deus. *Oratio,* Concède, quæsumus. 224.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Feria. Reliqua ut suprà in Natali Domini, 217.

OFFICIUM DOMINICÆ

Intrâ Octavam Natalis

Domini.

Si Dominica intrâ Octavam Natalis Domini inciderit in diem S. Stephani, vel S. Joannis Evangelistæ, aut si nulla fuerit Dominica intrâ dictam Octavam; tunc ejus Officium ponetur die 30. Decemb. & fiet ut ibi notatur.

Si inciderit in diem 29 Dec. de ea fiet Commemoratio ad II. Vesperas SS. Innocentium, per Ant. Ecce nos. ŷ. Tu, Dómine, & Oratio, Omnipotens. ut infrâ.

Si inciderit in diem 30. vel 31. Pridiẽ ad VESPERAS, Antiphona & Psalmi erunt de Natali Domini, ut suprà, 216.

Capitulum. Ephel. 1.

Proposuit Deus in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in caelis, & quæ in terra sunt in ipso.

Hymnus, Jesu, Redemptor. 216.

ŷ. Tu, Dómine, redemptor noster: *R.* A século nomen tuum. *Cantic.* Is. 63.

Ad Magnificat. *Ant.* 1. D. Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dóminus Deus noster: verè in Dómino Deo nostro salus Israel. *Jerem.* 3.

Oratio.

Omniptens sempiternè Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo; ut

Dominicâ intrâ Octav. Natalis Domini. 241

In nómine dilecti Filii tui me-
reámur bonis operibus abunde
dâre; Per eundem Dóminum.

*Non fit alia Commemoratio
de Octava Natalis Domini.*

*Si verb Sabbarum fit die 30.
Decemb. fit Comm. S. Sylvestri
Papæ, & sanctæ Columbe Virg.
& Martyris, ut ibidem notatur.*

COMPLETORIUM, ut in die.
217.

AD OFFICIUM NOCTUR.

Invit. Christus natus est no-
bis. Venite, adorémus. *Luc. 2.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Iam desinant suspiria;
Audiuit ex alto Deus:
Cæli patescunt; en adest
Promissa pax mortálibus.

Profundâ noctis ótia
Cœlestis abrupit chorus;
Natumque festo cærmine
Annúnciat terris Deum.

Specum sacrâram pervigil
Dum turba pastórum subit,
Eámus, & castis pia
Cunis ferámus óscula.

At quale nobis pânditur
Intrántibus spectáculum!
Præsepe, fœnum, fasciæ,
Párens inops, infans puer.

Tu-ne ille, Christe, Filius
Et splendor æterni Patris?
Illum-ne cerno qui levi
Orbem pugillo sústinet?

Sic est: verenda queis lates,
Fides pénétrat núbila:
Agnosco quem proni vident,
Tremunt; adorant Angeli.

Agis magistrum vel tacens:
Ex hac cáthedra nos doces
Vitâre quod carnî placet,
Caro quod horret pépeti.
Castos amóres nútriens,
Sanans tumentes spíritus,

Divine, nostris, ó Puer,
Præcórdiis innâscere. Amen.

*Ant. Psalmi & VVV. ut in
Psalterio, pro tempore Natalis
Domini.*

IN I. NOCTURNO.

*Tres Lektions sumuntur de
Epistola beati Pauli Apostoli
ad Romanos, juxta diem Men-
sis, factis divisionibus ad Aste-
riscos **.*

Post j. Lect. R. Per viscera
misericórdiæ Dei nostri, visi-
távit nos Oriens ex alto; * Il-
lumináre his qui in ténébris &
in umbra mortis sedent. *V.* Pó-
pulus qui ambulábat in téné-
bris, vidit lucem magnam:
habitántibus in regiõne um-
bræ mortis, jux orta est eis:
* Illumináre. *Luc. 1. Is. 9.*

Post ij. Lect. R. Gaudéte, &
laudáte simul, quia consolátus
est Dóminus pópulum suum:
* Parávit bráchium sanctum
suum in óculis ómnium gen-
tium. *V.* Misit Deus Filium
suum in mundum, ut salvé-
tur mundus per ipsum: * Pa-
rávit. *Is. 52. Joan. 3.*

Post iij. Lect. R. Prophetissa
péperit filium; & dixit Dómi-
nus: * Voca nomen ejus, Ac-
célera spólia detráhere, festina
prædári. *V.* Univerâ arma for-
tis armâti áuferet, & spólia
ejus distribuet: * Voca no-
men. Glória Patri. * Voca no-
men. *Is. 8. Luc. 11.*

IN II. NOCTURNO.

*Sermo sancti Leonis Papæ.
In Natali Domini 9.
Lectio iv.*

Excedit quidem, dilectis-
simi, multumque super-
eminet humana eloqui

242 *Dominicâ intrâ Octav. Natalis Domini.*

facultatem divini operis magnitudo; & inde oritur difficultas fandi; unde adest ratio non tacendi; quia in Christo Jesu Filio Dei non solum ad divinam essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod dictum est per Prophetam: Generationem ejus quis enarrabit? Utramque enim substantiam in unam convenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat: & ideo nunquam materia deficit laudis, quia nunquam sufficit copia laudatoris. Gaudeamus igitur quod ad eloquendum tantæ misericordię sacramentum impares sumus; & cum salutis nostræ akitudinem promerere non valeamus, sentiãmus nobis bonum esse quod vincimur. Nemo enim ad cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus divinis, etiamsi multum proficiat, semper sibi superesse quod quaerat. Nam qui se ad id in quod tendit, pervenisse præsumit, non quaesita reperit, sed in inquisitione defecit.

Et. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; * Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã. ¶ Egressus es in salutem populi tui, Domine, in salutē cum Christo tuo; * Ut omnis. *Joan. 3. Habac. 3.*

LECTIO V.

NE autem infirmitatis nostræ perturbemur angustiis, evangelicæ nos & propheticæ adjuvant voces, qui-

bus ita accendimur & docemur; ut nobis Narivitatem Domini, quã Verbum caro factum est, non tam præteritam recollere, quàm præsentem videamur inspicere. Quod enim patribus, pro gregum suorum custodiã vigilantibus, nuntiavit Angelus, etiam nostrum implevit auditum: & ideo Dominicis omnibus præsumus, quia verba divinitus edita cordis aure servamus, tanquam & in hodierna festivitãte dicatur: Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Cujus prædicationis summitati exultatio innumerabilium jungitur Angelorum, ut excellentius fieret testimoniũ, cui militiæ cœlestis multitudo concerneret in honorem Dei, unã benedictione dicentium: Glória in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Dei ergo glória est ex matre Virgine Christi nascentis infantia: in terra autem illa pax conceditur, quæ homines efficit bonæ voluntatis. Quo enim spiritu de intemeratæ matris visceribus nascitur Christus, hoc de sanctæ Ecclesiæ útero renascitur Christianus, cui vera pax est, à Dei voluntate non dividi, & in his solis quæ Deus diligit, delectari.

Et. Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes: * Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, ut repropitiaret delicta populi. ¶ Deus in terris vias

Dominicâ intrâ Octav. Natalis Domini. 243

est, & cum hominibus conversatus est: * Unde debuit. *Hebr. 2. Baruch. 3.*

Lectio vj.

Natalem igitur, dilectissimi, diem Domini celebrantes, qui ex omnibus præteritorum temporum diebus electus est, licet dispensatio actionum corporaliū, sicut æterno consilio fuerat præordinata, transierit, totaque Redemptori. humilitas in gloria paternæ majestatis erecta sit, ut in nomine Jesu omne genus stectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus in gloria est Dei Patris: indefinenter tamen ipsum partum salutiferæ Virginis adoramus, & illam Verbi & carnis indissolubilem copulam non minus suscipimus in præsepe jacentem, quam in throno paternæ altitudinis confidentem. Dignū est enim atque conveniens, ut dicente Apóstolo: Si compatiatur, & conglorificabimur, sint humilitatis Christi participes, qui sunt futuræ gloriæ coheredes. Honoratur in infántia sua Dominus, nec ad deitatis referantur injuriam exordia & incrementa corporea; quoniam naturæ incommutabili nec addidit aliquid nostra natura, nec minuit, sed qui in similitudinem carnis peccati dignatus est hominibus esse conformis, in unitate deitatis Patri permanet æqualis: cum quo & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen. Tu autem.

R. Deus ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris: * Et nos cognovimus, & credidimus caritati quam habet Deus in nobis. V. Dixit Dominus: Pópulus meus est, & factus est eis salvator; in dilectione sua ipse redemit eos: * Et nos. Glória Patri. * Et nos. 1. *Joan. 4. Is. 63.*

IN III. OCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

In illo tempore; Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in vulnā & in resurrectionem multorum in Israel. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In Luc. Cap. 2. L. 1.

Patrem Salvatoris appellat Joseph, non quod verè juxta Phorinianos pater fuerit ejus, sed quod ad famam Mariæ conservandam pater sit ab omnibus æstimatus. Neque enim oblitus Evangelista, quod eam de Spiritu sancto concepisse & virginem peperisse narrarit; sed opinionem vulgi exprimens, quæ vera historię lex est, patrem Joseph nuncupat Christi. Quamvis & eo modo pater illius valeat dici, quo & vir Mariæ rectè intelligitur sine commixtione carnis, ipsa copulatione coniugii, multò videlicet conjunctius, quam si esset aliunde adoptatus. Neque enim pro-

244 *Dominicâ intrâ Octav. Natalis Domini.*

pterea non erat appellandus Joseph pater Christi, quia cum non genuerat, quandoquidem rectè pater esset etiam quem non ex sua conjugè procreatum alicubi adoptasset.

R. Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. * Et benedixit illis Simeon. ¶ Mirati sunt in illo, & honoraverunt Deum. * Et. *Luc. 2. Eccli. 11.*

Lectio viij.

ECCE positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israel, quia dicit: Ego sum resurrectio & vita. Quomodo autem in ruinam; nisi quia & lapis offensivus est, & petra scandali, id est, ruinæ, his qui offendunt Verbum, nec credunt. De quibus ipse dicit: Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui non in seipso tantum, sed in suis quoque prædicantibus in ruinam positus est resurrectionemque multorum, testante Apóstolo, qui ait: Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt. Qui enim verbum quod audit amando sequitur, bono odore resurgit, & salvatur. Qui odiendo insequitur, eodem ipso bono odore corrumpitur, & moritur. Signum autem cui contradicetur, fidem Dominicæ crucis accipe, de

qua Apóstolo Paulo dicunt Judæi: Nam de secta hac notum est nobis quod ubique ei contradicatur.

R. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur; * Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. ¶. Dominum sanctificate: & erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensivus, in laqueum & in ruinam habitantibus Jerusalem; * Ut revelentur. *Luc. 2. Is. 8.*

Si sit dies 31. Decembris, Lectio ix. erit de S. Sylvestro, & de S. Columba, infra, die 31.

Lectio ix.

UT revelentur ex multis cordibus cogitationes. Incertum erat quondam, qui Judæorum gratiam Christi, quam venturam utique noverant recipere, qui autem respicere mallerent. At ejus nativitate audita, revelatis mox cordium cogitationibus, Herodes rex turbatus est, & omnis Jerosólyma cum illo. Pastores cum timore & gaudio Deo laudem resonant, hominibus pacis nuntium pandunt. Ejus doctrinam & virtute diffamata, alii ad eum quasi magistrum veritatis confluunt, alii ab eo quasi seductore refugiunt. Ejus signo crucis erecto, hi quasi justè morti dari blasphemantes irident, illi quasi vitæ auctorem, mori acriter dolent. Sed & usque hodie, & usque ad consummationem sæculi, presentis Ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire

Dominicâ intrâ Octav. Natalis Domini. 245

Ite non cessat, cum signo fidei ab improbis contradici, cum auditó Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate rüere genebunda pertractat; cum revelâtis multórum córdium cogitatióibus, ubi óptimum Evangélii sevit semen, tibi zizánia vitiórum vel plüs justó prævalére, vel etiám, quod dictu grave est, sola germináre ac regnáre cónspicit.

R. Israel in legem justitiæ non pervénit; offendérunt enim in lápidem offensiónis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lápidem offensiónis: * Et † Omnis qui credit in eum, non confundétur. *V.* Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lápidem probátum, angulárem, pretiósium, in fundamento fundátum: * Et omnis. Glória Patri. † Omnis. *Rom. 9. 1f. 28.*

Te Deum.

V. Sacerd. Cantáte Dómino, & benedicíte nómini ejus: *R.* Annuntiáte de die in diem salutáre eius. *Pf. 95.*

A D L A U D È S.

Psalmi, cum Cantico & Ant. ut in die Natalis Domini. 214. *Capitulum.* 2. Cor. 8.

SCitis grátiam Dómini nostri Jesu Christi, quóniam propter vos egénus factus est, cum esset dives; ut illius inópiá vos divites essétis.

Hymnus. Missum. 207.

V. Dómine, quid est homo, quia innotuisti ei? *R.* Aut filius hómínis, quia réputas eum? *Pf. 143.*

Pars Hyemalis.

Ad Benedictus. Ant. 3. à. Ecce póstitus est hic in resurrectionem multórum in Israel, & in signum cui contradicétur. *Luc. 2.*

Oratio.

OMnipotens sempiterna Deus, dirige actus nostros in beneplácito tuo; ut in nómine dilecti Filii tui mereámur bonis opéribus abundáre; Per eundem.

Non fit alia commemoratio, nisi die 31 Decembris de sancto Sylvestro Papa, & de sancta Columba, Virg. & Marr.

AD HORAS, omnia ut in die Natalis Domini, excepto Canone ad Primam, qui dicitur juxta diem Mensis, ad calcem.

A D I I. V E S P E R A S.

Ut in die Natalis Domini; 216. exceptis quæ sequuntur. *V.* Benedixisti, Dómine, terram tuam: *R.* Avertisti captivitátem Jacob. *1f. 84.*

Ad Magnificat. Ant. 6. F. Anna vídua confitebátur Dómino, & loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptionem Israel. *Luc. 2.*

Oratio, ut supra ad Laudes.

Nulla fit comm. nisi die 30. Decembris, de S. Sylvestro Papa, & de S. Columba.

A D C O M P L E T O R I U M.

Psalmi de Dominica.

Ant. 2. D. Ego lux in mundum veni; ut omnis qui credit in me, in ténébris non máneat. Allelúia. *Joan. 12.*

Hymnus, Mundi salus, ut in Falserio, 29.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. Erat lux vera quæ illuminat omnem hómínem

246 *Diebus intrâ Octav. Natalis Domini.*

venientem in hunc mundum ;
& lux in ténébris lucet. Alle-
lúia. *Joan. 1.*

**DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Natalis Domini.**

Semiduplex.

*Omnia ut in die , exceptis
quæ sequuntur.*

Pf. de Feria in toto Officio.

AD NOCTURNUM.

*Tres Antiphonæ , & Lectio-
nes & R. & R. habentur infrâ in
qualibet die.*

AD LAUDES.

*Quinque Ant. Cantic. Cap. 2.
& Hymn. ut suprâ , 214.*

*¶ Ipse tanquã sponſus R. Pro-
cédens de thalamo suo. Pf. 18.*

*Ad Benedíctus. Ant. 1. D.
Egressus est Salvátor meus ;
& nunc qui redemptj sunt à
Dómino , revertentur , & vé-
nient in Sion laudantes. Alle-
lúia. If. 51.*

Oratio.

Concède , quæſumus , om-
nipotens Deus , ut nos
Unigéniti tui nova per carnem
Nativitas liberet , quos sub
peccáti jugo vetusta sérvitus
tenet ; Per eundem Dómi-
num nostrum.

*AD HORAS , ut in die ,
excepto Canone ad Primam , qui
aicitur secundum diem Mensis.*

AD VESPERAS.

*Ut in die Natalis Domini ,
suprâ. 216.*

COMPLETORIUM , ut suprâ.

*¶ Si Dominica inciderit in
diem sequentem , ex Lectiōne
prima de Epistola ad Romanos
fiēt tres Lectiōnes , divisionibus
factis ad Asteriscos ** ; & sic
diebus 30 & 31 Decemb.]*

**DIE XXIX. DECEMBRIÆ
DE OCTAVA.**

AD NOCTURNUM.

*Ant. 1. a. Deus ex semine
David , secundum promissiō-
nem eduxit Israel salvatorem
Jesum. Act. 13.*

*Ant. 2. D. In útero habens
de Spíritu sancto , péperit
Mariã Filium suum primogé-
nitum. Matth. 1.*

*Ant. 8. G. Ipse est pax no-
stra , solvens inimicitias in
carne sua , ut reconciliet Deo.
Ephes. 2.*

*¶ In splendóribus sanctó-
rum , R. Ante luciferum genui-
te. Pf. 109.*

*De Epistola beáti Pauli Apó-
stoli ad Romanos.*

Lectio j. Cap. 3.

Sciamus autem , quóniam
quæcumque lex loquitur ,
iis qui in lege sunt ,
loquitur , ut omne os obstruatur ,
& súbditus fiat omnis
mundus Deo ; quia ex opéribus
legis non justificábitur
omnis caro coram illo. Per
legem enim cognitio peccáti.
Nunc autem sine lege justítia
Dei manifestáta est , testificáta
à lege & Prophétis. Justítia
autem Dei per fidem Jesu
Christi in omnes & super om-
nes qui credunt in eum ; non
enim est distinctio. [*] Om-
nes enim peccaverunt , & egent
glóriã Dei. Justificáti gratis per
grátiam ipsius , per redemptiō-
nem quæ est in Christo Jesu ,
quem propóſuit Deus propiti-
atiōnem per fidem in sân-
guine ipsius , ad ostensiōnem
justítiz suæ , propter remis-
siōnem præcedéntium delictó-

num: in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore; ut sit ipse justus, & justificans eum qui est ex fide Jesu Christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclé-
sa est. Per quam legem? Fa-
ctorum? Non; sed per legem
fidei. Arbitramur enim justi-
ficari hominem per fidem sine
opéribus legis. [**] An Ju-
dzorum Deus tantum? Non-
ne & Géntium? Immo &
Géntium. Quóniam quidem
unus est Deus, qui justificat
circumcisionem ex fide, &
præputium per fidem. Legem
ergo destrúimus per fidem?
Absit, sed legem statúimus.

R. Per viscera misericór-
diæ Dei nostri, visitávit nos
Oriens ex alto, * Illumináre
his qui in ténebris & in um-
bra mortis sedent. ✠ Pópu-
lus qui ambulábat in ténebris,
vidit lucem magnam: habi-
tántibus in regione umbræ
mortis, lux orta est eis: * Il-
lumináre. *Luc. 1. Is. 9.*

Sermo sancti Basílii Episcopi.

*De humana Christi gener.
in die Nat. Christi.*

Lectio ij.

DEUS in terra est, Deus
inter homines versatur:
non per ignem, tubam &
montem fumantem, vel per
úrbinem, & nubem, & pote-
státem ánimas auditorum le-
gem ferendo perterrens, sed
próprio corpore, cum homi-
nibus cognátis piè conversans
ac differens: Deus, inquam,
in carne, non ex intervallo
agens, sicut in Prophétis, sed
conjunctam sibi humanitatem

retinens, per carnem suam no-
stræ cognátam ad se traxit hu-
manitatem. Sed quoniam mo-
do per unum, inquis, ad
omnes splendor? Quómmodo in
carne divínitas? Quemádmo-
dum ignis in ferro, non ex pro-
gressu, sed ex participatióne.
Non enim in ferrum ignis
currit aut accédit: verum in
loco rémanens, suárum parti-
ceps virium ferrum reddit;
cúmque se totum illi commú-
nicet, nihil propterea de sua
natúra, nihil de suis amittit
viribus. Sic & Deus verbum
nihil ex seipso motus est, cum
nostram accépit humanitáre,
neque item conversiónem com-
mutationemque aliquam sus-
stinuit. Et verbum caro fa-
ctum est. Nec propterea cœ-
lum ab eo qui se continébat,
est desertum; & terra nihilómi-
nus sinu suo celestem recépit.

R. Gaudéte, & laudáte si-
mul, quia consolátus est Dó-
minus pópulum suum: * Pará-
vit bráchium sanctum suum
in óculis ómnium géntium.
✠ Misit Deus Filium suum in
mundum, ut salvétur mundus
per ipsum: * Parávit. *Is. 52.
Joan. 3.*

Lectio iij.

DISCE itaque mystérium:
Dob hoc Deus in carnem
venit, ut insitam carní mor-
tem interficeret. Nam, sicut
in venénis quidquid est nó-
xium ac lethále, súperat anti-
dotum corpore permístum, at-
que perfúsus; item ut in do-
mo, à qua tenébræ lúminis
adventu diffúgiunt, ac péreunt:
sic mors in natúra dómínans

humánâ, divinitátis præsentia dispáruit. O altitúdinem benignitátis humanitatisque Dei! Et bonitátis quâdam superabundántiâ à servitúte vindicámur. Sed cur Deus homo factus est, ratióne exquirunt hómines; cùm magis ejus bonitatem admirári deceat, quàm divinitatem curiosius indagáre. Quidnam tecum agendum, homo? In sublimi Deum agentem mínimè quærébas; ad te verò per carnem descendentem, & tecum per carnem conversantem non récipis?

R. Prophétissa péperit filium; & dixit Dóminus: * Voca nomen ejus, Accélera spólia detráhere, festina prædári. * Univerfa arma fortis armati áuferet, & spólia ejus distribuet: * Voca. Glória Patri, * Voca. *Is. 8. Luc. 11.*

**DIE XXX. DECEMBRIS,
DE OCTAVA,
AD NOCTURNUM.**

Ant. 7. d. Grátias Deo, qui nos tránstulit in regnum Filii dilectiónis suæ, in quo habémus redemptionem, remissionem peccatórum. *Coloss. 1.*

Ant. 4. f. In ipso cón dita sunt univerfa; & ipse est antè omnes, & ómnia in ipso constant. Complácuit per eum reconciliáre ómnia in ipsum. *Coloss. 1.*

Ant. 3. a. Sicut accepistis Jesum Christum, in ipso ambuláre; quia in ipso inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter. *Coloss. 2.*

V. Unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætitiæ. *R.* Præcónsólortibus tuis. *Pf. 44.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio j. Cap. 4.

Quid enim dicit Scriptúra? Crédidit Abraham Deo; & reputátum est illi ad justitiam. Ei autem qui operátur, merces non imputátur secundùm gratiam, sed secundùm débitum. Ei verò qui non operátur, credenti autem in eum qui justificat ímpium, reputátur fides ejus ad justitiam secundùm propósitum grátie Dei. Sicut & David dicit beatitúdinem hóminis, cui Deus accepto fert justitiam sine opéribus: Beáti quorum remissæ sunt iniquitátes, & quorum tecta sunt peccáta: Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum. [*] Beatitúdo ergo hæc in circumcisióne tantum manet, an étiam in præputio? Dicimus enim quia reputáta est Abrahæ fides ad justitiam. Quómodo ergo reputáta est? In circumcisióne, an in præputio? Non in circumcisióne, sed in præputio. Et signum accépit circumcisiónis, signáculum justitiæ fidei quæ est in præputio; ut sit pater ómnium credéntium per præputium, ut reputétur & illis ad justitiam; & sit pater circumcisiónis, non iis tantum qui sunt ex circumcissione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. [**] Non enim per legem promissio Abrahæ, aut sémini ejus, ut hæres esset mundi; sed per justitiam fidei. Si enim qui ex

lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex, nec prævaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abraham qui pater est omnium nostrum.

Et sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; * Ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. ¶ Egressus es in salutem populi tui, Domine, in salutem cum Christo tuo; * Ut. Joan. 3. Habac. 3.

Sermo sancti Fulgentii
Episcopi.

Serm. 2. de dupl. Nat. Christi.

Leſtio ij.

Dilectissimi fratres, attendite magnitudinem gratiæ, & agnoscite quid Deus homini dignatus est prærogare. Christus enim Dei Filius, de vero Deo Deus verus, & unus cum Patre naturaliter Deus, semper ex seipso sanctos Angelos pascit; sed tamen angelicam naturam Dei Filii non accepit. Ut autem suam caritatem Deus commendaret in nobis, Filius ejus naturam nostram suscepit ex nobis; & Deus unigenitus, qui panis est Angelorum, ut etiam hominum seipsum faceret panem, simul hominis & animam suscepit & carnem. Accipit utramque veram, utramque sanctam, utramque mundam. Accipit animam nostram sine iniquitate. Accipit carnem nostram cum mortalitate.

Accipit animam justam, per quam nostris animabus justitiam redderet; carnem vero propterea dignatus est habere mortalem, ut secundum ipsam moriens, mortem vinceret; secundum ipsam resurgeret, per quam nostra quoque corpora suscitaret.

Et qui sanctificatur, ex uno omnes: * Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, ut repropitiaret delicta populi. ¶ Deus in terris visus est, & cum hominibus conversatus est: * Unde. Hebr. 2. Baruch. 3.

Leſtio iij.

Magnum mysterium, dilectissimi fratres, magnum divinæ dilectionis indicium. Homo Deum contemnens, à Deo discessit: Deus homines diligens, ad homines venit. Dilexit impium, ut faceret justum: dilexit infirmum, ut faceret sanum: dilexit perversum, ut faceret rectum: dilexit mortuum, ut faceret vivum. Et quid amplius dicam? Quandoquidem Deus unigenitus humanam naturam tantum dilexit, ut eam non solum à potestate mali angeli liberaret, verum etiam in seipso super omnes bonos Angelos in Patris dextera collocaret. Natura enim quæ in primo homine à malo angelo captivata fuerat, ipsa nunc in secundo super omnes bonos angelos regnat. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Primum hominem mulier, corrupta mente, decipit: secundum hominem virgo, incor-

250 *Diebus intrâ Ollav. Natalis Domini.*

raptâ virginitate, concepit. In primi hominis conjugio nequicia diaboli seductam depravavit mentem; in secundi autem hominis matre gratia Dei & mentem integram servavit & carnem. Menti contulit firmissimam fidem: carni abstulit omnino libidinem. Quoniam igitur miserabiliter pro peccato damnatus est homo, ideo sine peccato mirabiliter natus est Deus homo.

R. Deus ipse prior dilexit nos, & misit Filiū suum propitiatiōnem pro peccatis nostris: * Et nos cognovimus, & credidimus caritati quam habet Deus in nobis. *Ps.* Dixit Dominus: Pōpulus meus est, & factus est eis salvator; in dilectiōne sua ipse redemit eos: * Et. Glōria. * Et nos. 1. Joan. 4. *Is.* 63.

[*Si nulla occurrat Dominica in triduo post Festum SS. Innocentium, hęc die, omiſſa præcedenti Lectiōne, legitur ejus loco Evangelium Dominicę intrâ Ollavam Natalis Domini, cum sua Homilia, ut sequitur.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio iij. Cap. 2.

In illo tempore; Erat pater Jesu & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo; & benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Lib. 1. ad Trismund. Reg. 4.

Certum est penè omnes hæreticę pravitatis errōses

hinc quibusdam multipliciter subrepsisse, dum magnū pietatis sacramentū quod manifestatū est in carne, nonnulli, aut non sicut est, credunt, aut omnino non credunt: & ille lapis qui ab ædificātibz reprobatus, in caput factus est anguli; quibusdam pravæ credulitatis cæcitate possessis lapis offensionis & petra scāndali efficitur. Unde non immeritō, cum Simeon infantem Christum gaudens ulnis meruisset gestare senilibus, mundanæ cernens adesse salvatiōnis ac renovatiōnis effectum, hoc de ipso testatur: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Ibi ergo malè credentibus ruinam perfidia generat, ubi recta credulitas fideles exaltat. In uno eodemque Christo, vero Dei veroque hominis Filio, minùs perspicientium tenebratur hæctenus lippitudo, in quo illuminatis veri luminis claret manifesta cognitio. Inde est quod Judæus hominem Christum cæcus vidit, & cecidit; cui jam pridem Isaias non destitit prædicare: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non videbitis. Qui verò essent non visuri videntes, subsecutus ostendit, dum Deum ex virgine nasciturum evidenti vaticinatiōne testatur. Audiens ergo Judæus, remansit surdus; & videns, magis factus est cæcus, à quo nec veri Patris sempiternus atque unigenitus Filius creditur, & incorruptæ virginitatis sanctitas abnegatur.

Diebus intrà Octav. Natalis Domini. 257

¶ Israel in legem justitiæ non pervenit; offendérunt enim in lapidem offensiónis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensiónis; * Et omnis qui credit in eum, non confundétur. *¶* Hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probátum, angulárem, pretiósum, in fundamento fundátum; * Et omnis qui credit. Glória. * Et omnis qui credit. *Rom. 9. Is. 28.*

AD LAUDES, post Hymnum, ¶ Dómine. Ad Benedíct. Ant. Ecce pósito est. Oratio, Omnipotens sempiternus Deus. 245.]

AD VESPERAS, fit commemor. de S. Sylvestro, Papa.

Ant. Elégit ipsum Dóminus ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odórem pro pópulo suo. Eccli. 45.

¶ Beátus quem elegisti & assumpsisti: R. Inhabitábit in atriis tuis. Ps. 64.

Orat. Deus, qui sacrū. 253. Deinde sanctæ Columba, Virginis & Mart. Ant. Infirma. ¶ Deus. xlj. Oratio, Deus, qui inter cetera. xlv.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

DE OCTAVA.

AD NOCTURNUM.

Ant. 6. F. Deus Fílium suum misit benedicentem vobis, ut convertat se unusquisque à nequítia sua. Ab. 3.

Ant. 5. a. Hic est lapis qui factus est in caput anguli; & non est in álío álíquo salus. Ab. 4.

Ant. 3. c. Vobis honor credéntibus; non credéntibus au-

tem factus est lapis offensiónis, & petra scándali. 1. Petr. 2.

¶ A Dómino factum est istud: R. Et est mirábile in óculis nostris. Ps. 117.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Leção j. Cap. 5.

Justificáti ergo ex fide, pacem habéamus ad Deum per Dóminum nostrum Jesum Christum, per quem & habéamus accessum per fidem in grátiam istam in qua stamus, & gloriámur in spe glóriæ filiórum Dei. Non solùm autem, sed & gloriámur in tribulatióibus; scientes quòd tribulatio paciéntiæ operátur, paciéntia autem probatióem, probatio verò spem: spes autem non confundit; quia caritas Dei diffúsa est in cordibus nostris per Spíritum sanctum qui datus est nobis.

[*] Ut quid enim Christum, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mórtuus est? Vix enim pro justo quis móritur: nam pro bono forsitan quis áudeat mori. Commendat autem caritatem suam Deus in nobis; quóniam, cùm adhuc peccatóres essemus, secundum tempus Christus pro nobis mórtuus est: multo igitur magis nunc justificáti in sanguine ipsius, salvi érimus ab ira per ipsum. [**] Si enim cùm inimíci essemus, reconciliáti sumus Deo per mortem Fílii ejus; multo magis reconciliáti, salvi érimus in vita ipsius. Non solùm autem, sed & gloriámur in Deo per Dóminum

252 *Diebus intrá Octav. Natalis Domini.*

nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliatiónem accepimus. Propterea sicut per unum hóminem peccátum in hunc mundum intrávit, & per peccátú mors; & ita in omnes hómines mors pertransívit, in quo omnes peccavérunt.

R. Impléti sunt dies Mariæ ut páreret; * Et péperit filium suum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinávit eum in prælépio. V. Audíte, domus David: Ecce virgo páriet filium. * Et péperit. *Luc. 2. 1f. 7.*

Sermo sancti Hilárii Episcopi.

L. 2. de Trin. n. 24. & 25.

Leñio ij.

DEl imágo invisibilis pudórem humáni exórdii non recusávit, & per conceptionem, partum, vagítum, cunas, omnes naturæ nostræ contumélias transcucurrit. Quid tandé dignum à nobis tantæ dignatiónis afféctui rependétur? Inenarrábilis à Deo originis unus unigénitus Deus, in corpúsculi humáni formam sanctæ Virginitis útero insertus accrescit. Qui ómnia contémnet, & intrá quem & per quem cuncta sunt, humáni partús lege profertur; & ad cujus vocem Archángeli atque Angeli tremunt, cælum & terra & ómnia mundi hujus resolvuntur elementa, vagítu infántiæ audítur. Qui invisibilis & incomprehensibilis est, non visú, sensú, tactuque moderandus, cunis est obvolúrus. Hæc si quis indigna Deo récolet, tantó se majóris beneficii obnoxium consistébitur,

quantó minús hæc Dei convénierint majestári. Non ille équit homo éffici, per quem homo factus est: sed nos egúimus, ut Deus caro fieret, & habitáret in nobis. Humílitatis ejus nostra nobílitatis est, contumélia ejus honor noster est: quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renováti.

R. Natus est vobis hódie salvátor, qui est Christus Dóminus, in civitaté David; & hoc vobis signum: * Inveníetis infantem pannis involútum, & pósitum in prælépio. V. Nolíte metúere, quia Dóminus Deus vester in médio vestri est, ut éruat vos: * Inveníetis. *Luc. 2. Deut. 20.*

De S. Sylvestro, & de sancta Columba.

Leñio iij.

Sylvester, Ecclésiæ Románæ Præbyter, tantá cum laude in eo múnere se gessit, ut post Melchiadem Pontifex fúerit electus. Hujus temporibus Concílium Areláte coactum est è diversis Gálliz, Itáliæ, Africæ, Hispániæ, Britannizque Provinciis; in quo inter ália statútum est, ut uno eodemque die Pascha per orbem universum peragerétur. De non reperendo hæreticórum baptísmate lex quoque sancta est contra Donatistas; cui Concílio cum Sylvester adesse non potuisset, ad eum hisce verbis Patres scripsérunt: Utinam, frater dilectíssime, interesse tanti fecisses! te páriter nobiscum judicante, cætus noster majóre lætitiá exul-

tasset. Rogabant insuper, ut quæ in Concilio gesta essent, necnon editi canones, per eum qui majores Dioceses tenebat, omnibus insinuarentur. Ipso etiam Pontifice, datâ orbi per Constantinum pace; cum in Christi divinitatem Arii impietas erupisset, Concilium œcumenicum apud Nicæam Bithyniæ coactû est, cui synodo Sylvester interesse non potuit; sed qui ab eo missi sunt, ejus vice præfuerunt. Sylvester deinde per plures adhuc annos officio perfunctus, obiit circa annum Domini trecentessimum trigessimum quintum. ¶ Eodem die celebris est Senonis in Galliis passio sanctæ Columbæ virginis, quæ Aureliano jûdice vel principe, pro fidei & castitatis defensione, superatis ignibus, gladio cæsa est. Hæc in eadem urbe, jam à septimo sæculo, insigne sui nominis monasterium habuit, in quo beatus Lupus Senonensis Antistes, ad pedes sanctæ Martyris, sibi paravit sepulcrum. Parisiis verò, eodem ferme tempore dicatam Deo sub ejus titulo Basilicam sanctus Audoenus in vita sancti Eligii commemorat. Denique revelatis sub Venilone Senonensi Antistite, nono sæculo, ejus Reliquiis, non solum in Gallia, sed & in Italia passim & Hispania, celeberrimâ veneratione; nominis ejus memoria propagata est.

℞. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: * Et vidimus gloriam ejus, glori-

am quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. ¶ Cum nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens Sermo tuus, Domine, de cælo à regalibus sedibus profiliit: * Et vidimus. Gloria. * Et vidimus. Joan. 1. Sap. 18.

AD LAUDES, sit commemoratio sancti Sylvestri,
Ant. Ego sum ostium: per me si quis introierit, salvabitur; & ingrediatur, & egrediatur, & pascua inveniet.
Joan. 10.

¶ Elégit Dominus servum suum, ℞. Pascere hæreditatem suam. *Pf. 77.*

Oratio.

DEUS, qui sacrum ministerium fideliter exequentes, in gaudium Domini sui tribuis benignus intrare: da nobis, intercessione beati Sylvestri Pontificis tui, ut in modico fideles, mercèdem magnam, quæ ipse es, consequi mereamur; Per Christum Dominum nostrum.

℞. Amen.

Deinde sanctæ Columbæ;
Ant. Factus est. ¶ Hæreditas.
Oratio, Deus qui inter cetera. *xliv.*

VESPERÆ de Festo seq.

[*Si autem in aliqua Ecclesia Vesperæ non sint hodie de Circumcisione, propter occursum majoris Solemnitatis, Psal. & Ant. sunt de Natali Domini, ut in reliquis diebus intrâ Octavam: Capit. verò & reliqua, de Festo Annuali aut Solemnijore occurrente, cum commemoratione de Circumcisione tantum.*]

www.libtool.com.cn

DIE I. JANUARI I.
IN FESTO
CIRCUMCISIONIS
DOMINI,
ET OCTAVA NATALIS EJUS.
SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 6. F. **P**arvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis: & factus est principatus super humerū ejus. *Is. 9.*

Ant. 5. C. Vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. *Is. 9.*

Ant. 1. g. Super solum David, & super regnum ejus sedebit; ut confirmet illud, & corroboret in justitia usque in sempiternum. *Is. 9.*

Ant. 3. a. Israel salvatus est in Domino salute æternā: non confundemini usque in seculum seculi. *Is. 45.*

Ant. 4. E. Dominus judex noster, Dominus legifer noster: ipse salvabit nos. *Is. 33.*

Capitulum. Rom. 8.

Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne;

ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

R. Habitavit in nobis Verbum plenum gratiæ & veritatis: & de plenitudine ejus nos omnes accepimus; quia lex per Moysen data est: * Gratiæ & veritas per Jesum Christum facta est. *V.* Legem mandavit Moyses in præceptis justitiarum, & hæreditatem domui Jacob: * Gratiæ. Glória Patri. * Gratiæ. *Joan. 1. Eccli. 24.*

Hymnus.

Debilis cessent elementa legis:

Sat diu mentes timor occupavit;

Fœdus æterni stabilire Jesus
Cœpit amoris.

Sole de vero radius, paterni

Luminis purus sine nube splendor,

Probra peccati puer extinctus

Sanguine præfatus.

Scillat excisos pueri per artus
Efficax noxas abolere san-
guis :
Obligat morti pretiosa to-
rum

Stilla cruorem.

Hæc dies nomen tibi compa-
ravit ,

O Puer, pronus quod adô-
ret orbis ;

Et simul dici , simul ipse
Jesús

Incipit esse.

Summa laus Patri ; simul æqua
Nato ,

Qui suo mundum redimit
cruore :

Par sit amborum tibi laus
per omne ,

Spiritus , ævum. Amen.

V. Exaltabitur Deus fortis
salutis meæ : R. Propterea
nómini tuo cantábo. 2. Reg.
22.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Propter nímiam caritátem
suam , quâ dilexit nos Deus ,
convivificávit nos in Christo ,
cujus grátia estis salváti , non
ex opéribus , ut ne quis glo-
rietur. Ephes. 2.

Oratio , ut infrá ad Laudes.

Nulla sit commemoratio.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 2. D. Ego lux in mun-
dum veni ; ut omnis qui credit
in me , in ténebris non má-
neat. Allelúia. Joan. 12.

Hymnus , Mundi salus. 29.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. g. Erat lux vera que
illuminat omnem hóminem
venientem in hunc mundum ;
& lux in ténebris lucet. Alle-
lúia. Joan. 1.

AD OFFICIUM NOCT.

Invi. Fílium Dei factum

ex muliere , factum sub lege ,

* Veníte , adorémus. Gal. 4-

Pf. 94. Veníte exultémus

Dómino. 2.

Hymnus.

Felix dies , quam próprio
Jesús cruore consecrat !

Felix dies quâ géstiit

Opus salutis aggredi !

Vix natus , ecce lacteum

Profundit Infans sanguinem ;

Libámen est hoc funeris ,

Amóris hoc prælúdium.

Intrans in orbem , jam Pæ-
tris

Mandata promptus exequi ,

Statum præoccupat diem ,

Et quâ potest fit víctima.

Amóre se facit reum ,

Pœnasque solvit innocens ;

Sub lege factus légifer ,

A lege nos ut eximat.

Quo Christus ictu læditur ;

Lex abrogata concidit ;

Et incipit lex sanctior ,

Mansúra semper caritas.

Tu , Christe , quod non est
tuum

Nostro recide pectore :

Inscribe nomen , intimis

Inscribe legem cordibus.

Qui natus es de Virgine ,

Jesu , tibi sit glória

Cum Patre , cumque Spirítu ;

In sempiterna sæcula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. C. Quid est homo.

In Pf. Dómine Dóminus

noster. 40. Ant. Quid est ho-

mo , quod memor es ejus ? aut

filius hóminis , quántam víssi-

tas eum ? Minuisti eum paulo

spínus ab Angelis.

M vj

Ant. 4. D. Propter.

In. Ps. Salvum me fac. 98.

Ant. Propter gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari.

Ant. 2. D. Holocaustum.

In Ps. Expectans. cum sua divisione. 108. Ant. Holocaustum pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio.

Ps. Protector noster aspice, Deus; R. Et respice in faciem Christi tui. Ps. 83.

De libro Génesis.

Leitio j. Cap. 17.

Dixit Deus ad Abraham: Et tu ergo cutódies pactum meum, & semen tuum post te in generatiónibus suis. Hoc est pactum meum quod observábitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circumcidétur ex vobis omne masculinum; & circumcidétis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo diérum circumcidétur in vobis, omne masculinum in generatiónibus vestris. Tam vernáculus, quàm emptitius circumcidétur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra; eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Másculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delébitur ánima illa de pópulo suo; quia pactum meum írritum fecit.

*R. Semen Abraham servi Domini, filii Jacob electi ejus: ipse Dominus Deus noster. * Memor fuit verbi quod dispósuit ad Abraham, & stáuit illud Jacob in præceptum,*

& in testamentum æternum;

*Ps. Dico Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrú: * Memor. Ps. 104. Rom. 15. De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.*

Leitio ij. Cap. 2.

Circumcisio quidem prodest, si legem observes; si autem prævaricátor legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custódiat, nonne præputium illius in circumcisiónem reputábitur? & judicábit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te qui per litteram & circumcisiónem prævaricátor legis es? Non enim qui in manifesto, Judæus est; neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Judæus est; & circumcisio cordis in spíritu, non litterá: cujus laus non ex homínibus, sed ex Deo est.

*R. Novus homo renovátur in agnitiónem secundum imáginem ejus qui creávit illum, * Ubi non est Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium; sed ómnia & in ómnibus Christus. Ps. Dicit Dominus Deus: Quæ prima fuerunt, ecce venérunt; nova quoque ego annúntio, * Ubi. Coloss. 3. 1s. 42.*

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Leitio iij. Cap. 3.

Si data esset lex quæ posset vivificáre, verè ex lege esset justitia. Sed concipi-

Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quae revelanda erat. Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, jam non sumus sub paedagogo; omnes enim Filii Dei estis per fidem quae est in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judaeus, neque Graecus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina; omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahamae estis, secundum promissionem haeredes.

R. Ille est caput omnis principatus & potestatis, * In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, sed † In circumcisione Christi. ¶ Non adjiciet ultra, Sion, ut pertranseat per te incircumcibus: redimemini, dicit Dominus, * In quo. Gloria Patri. † In circumcisione. *Coloss. 2. 11. 52.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Dominus.

In Ps. Deus noster. 128. Ant. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob.

Ant. 3. c. Deus.

In Ps. Deus misereatur. 91. Ant. Deus, consiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Ant. 1. g. Deus rex noster,

In Ps. Ut quid. cum sua divisione, 130. Ant. Deus rex noster operatus est salutem in medio terrarum.

¶ Ipse redimet Israel R. Ex omnibus iniquitatibus ejus. Ps. 129.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Serm. 1. in Circumcis. n. 2. Lectio iv.

M Agnum & mirabile sacramentum! Circumciditur Puer, & vocatur Jesus. Quid sibi vult ista connessio? Circumcisio nempe salvandi potius quam Salvatoris esse videtur; & Salvatorem circumcidere decet, quam circumcidi. Sed agnosce Mediatorem Dei & hominum, qui ab ipso nativitatis suae exordio, divinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui foecunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis: pannis involvitur, sed panni ipsi angelicis laudibus honorantur: absconditur in praesepio; sed proditur radiante stella de caelo. Sic & circumcisio veritatem susceptae probat humanitatis; & nomen quod est super omne nomen, & gloriam indicat majestatis.

R. Deus novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio; * Qui cum sit splendor gloriae Patris, portansque omnia verbo virtutis suae, tanto melior Angelis est effectus; quanto differentius praeter illis nomen haereditavit. ¶ Qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei; speret in no-

mine Domini; * Qui cum sit.
Hebr. 1. Is. 50.

Circumciditur, tanquam
verus Abraham filius; Je-
sus vocatur, tanquam verus
Filius Dei. Neque enim ad
instar priorum meus iste Jesus
nomen vacuum aut inane por-
tat. Non est in eo magni no-
minis umbra, sed veritas. Cœ-
litus siquidem inditum nomen
Evangelista testatur, Quod
vocatum est ab Angelo, prius-
quam in útero conciperetur.
Et attende verbi profunditá-
tem. Postquam natus est Jesus,
Jesus vocatur ab omnibus,
quo nomine vocatus est ab
Angelo, priusquam in útero
concipleretur. Idem quippe &
Angeli salvator & hominis:
sed hominis ab incarnatione,
Angeli ab initio creaturæ.

R. Christus Jesus semetipsum
exinanivit, formam servi acci-
piens; * Propter quod & Deus
exaltavit illum, & donavit
illi nomen quod est super
omne nomen; ut in nomi-
ne Jesu omne genu flectatur.
V. Dedit se ut liberaret popu-
lum suum, & acquireret sibi
nomen æternum; * Propter.
Philipp. 2. 1. Mach. 6.

Leſtio vj.

ET nos, fratres, circumcidi
necesse est, & sic omen
salutis accipere: circumcidi
sanè, non literà, sed spiritu &
veritate: circumcidi, non uno
membro, sed toto corpore
simul: à planta enim pedis
usque ad verticem non est in
nobis sanitas. Propterea, sicut
parvulus adhuc in fide & di-

lectione populus, congruenti
sibi mandatum exigue cir-
cumcisionis accepit; sic, ubi

crevit in virum perfectiorem,
toto jubetur corpore baptizá-
ri, quæ totus est hominis in-
tegra circumcisio. Hinc est
quod Salvator noster & cir-
cumcidi octavo die, & post
annum tricésimum dignatus
est crucifigi: cujus similitú-
dini mortis complantamur &
nos, ut scribit Apóstolus, ni-
mirum quod novissimè traditum
est, observantes. Quæ est
ergo morális circumcisio nos-
tra, nisi quam commendat
idem Apóstolus? Vitium, in-
quiens, & vestimentum haben-
tes, his contenti sumus. Opti-
mè prorsus circumcidi nos,
& superflua resecat univerſa,
hæc paupertas, pœnitentiæ la-
bor, observatio disciplinæ.

R. Nos sumus circumcisio,
qui spiritu servimus Deo, &
gloriamur in Christo Jesu,
* Non in carne fiduciam ha-
bentes. V. Salvos nos fac,
Domine Deus noster, ut con-
fiteamur nomini sancto tuo,
& gloriemur in laude tua,
* Non. Glória Patri. * Non.
Philipp. 3. Ps. 105.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Non discédimus.

In Ps. Qui regis. cum sua
divisione, 94. Ant. Non dis-
cédimus à te: vivificabis nos,
Domine, & nomen tuum in-
vocábitus.

Ant. 5. C. Numquid Sion.

In Ps. Fundamenta. 129.

Ant. Numquid Sion dicitur?
Homo natus est in ea; & ipse
fundavit eam Altissimus?

Ant. 3. a. Exaltate.

In Ps. Dominus regnavit. 43. Ant. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus: quoniam sanctum est.

Y. Letabimur in salutari tuo: R. Et in nomine Dei nostri magnificabimur. Ps. 19. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore; Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur Puer, vocatum est nomen ejus, Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi.

Homil. in Occ. Domini, inter diversas.

Vidimus nuper infantulum in praesepi jacentem Emmanuel, & humano more fasciis involutum, sed a sancto Angelorum exercitu divinis laudibus celebratum; ii namque pastoribus ortum ejus annuntiaverunt. Deus enim & Pater extremum hunc veluti honorem caelitis tribuit, ut primi Christum predicarent. Hactenus autem per ea quae modo lecta sunt, videamus Mosaicis cedentem legibus; quin potius eum qui divinam legem majestate sanxit, suis ipsum legibus subiectum. Quam ob causam docturus est sapientissimus Paulus, dicens: Cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus; at ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege

erant redimeret. Itaque redemit Christus de maledicto legis eos qui sub lege erant, non tamen eos qui legem servaverant.

R. Ecce venio, Deus: in capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam:

** Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.*

Y. Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me:

** Deus meus. Ps. 39. Joan. 6.*

Lectio viij.

Redemit autem; quomodo? Illam adimplens. Item alio modo, se Deo & Patri in omnibus pro nobis obedientem exhibens, quo nostrae ex Adam praevagationis crimen dilueret. Scriptum est enim: Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Subjicit itaque nobiscum legi cervicem; atque id, prudenti consilio benignaque accommodatione: decebat enim eum implere omnem justitiam. Nam & cum servi formam assumpsisset, eam ob causam velut in servorum numerum ascriptus ratione humanitatis, tributorum exactoribus una cum aliis didrachma solvit, quamvis naturam liber esset, ac nulli vectigalis ut filius.

*R. Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, & per unius obedientiam iusti constituentur multi; * Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per justitiam in vitam*

eternam. *Ps.* Benedictionem & vocabis nomen ejus, Jeddabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem; * *Ut. Rom. 5. Ps. 83.*

Leitio ix.

CUM ergo illum videris servare legem, cave offendaris; nec inter servos liberum colloca, sed divini consilii altitudinem potius mente reputa. Igitur cum octava dies advenisset, qua die carnis circumcisio ex legis prescripto fieri solebat, nomen accipit, nimirum Jesus, quod exponitur, Salus populi. Sic enim Deus & Pater nominari Filium suum voluit ex muliere secundum carnem genitum. Tunc enim certe factus est salus populi, nec unus tantum, sed multorum; quin & omnium gentium, ac universae terrae. Eodem igitur tempore, circumcisus est, & nomen accepit.

R. Non est in alio alioquo salus; * Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. *Ps.* Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit; * Nec enim. Gloria Patri. * Nec enim. *Ag. 4. Joel. 2.*

Te Deum.

Ps. Sacerd. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: *R.* Annuntiate de die in diem laudare ejus. *Ps. 95.*

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica, Canticum de Nat. Domini, 214.
Ant. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens: Pariet Maria Filium;

& vocabis nomen ejus, Jeddabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem; * *Ut. Rom. 5. Ps. 83.*

Ant. 4. E. Non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum. *Math. 1.*

Ant. 1. f. Consummati sunt dies octo ut circumcideretur Puer. *Luc. 2.*

Ant. 7. a. Vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. *Luc. 2.*

Ant. 3. a. Omnes Prophetarum testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum. *Ag. 10.*

Capitulum. Tit. 2.

SALVATOR noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Hymnus.

NOXium Christus simul introvit

Innocens orbem: Pater, inquit, adsum;

Vindices poscat (venio paratus)

Ultio poenas.

Non placet fufus cruor hostiarum:

Quod mihi aptasti, Pater, ecce corpus;

Agnus implebo moriens figuram

Verus inanes.

Dixit; & Patris veneratus iram,

Sustinet vulnus sllcis eruentez:

Et jugum legis subit ipse servis

Ut juga demas.

Jam nihil carnem spoliare prodest ;

Sed malas cordis resecare fibras ,

Hoc opus : tali nova fanciuntur

Fœdera lege.

Summa laus Patri, simul æqua Nato ,

Qui suo mundum redimit cruore :

Par sit amborum tibi laus per omne ,

Spiritus , ævum. Amen.

¶. Apud Dóminum misericórdia , R. Et copiosa apud eum redemptio. / f. 129.

Ad Benedictus. Ant. 2. D. Cum mórtui esléti in delictis , & præputio carnis vestræ ; convivificávit vos cum Christo , donans vobis ómnia delicta. Allelúia. Coless. 2.

Oratio.

DEus , qui pro nobis homo factus , hodiernâ die circumcidi , & Salvatoris nomen accipere voluisti : concède propitius , ut carnis renuntiantes opéribus , salutis æternæ præmium per invocatiónem sancti tui nóminis consequamur ; Qui vivis & regnas.

AD HORAS , Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 8. G. Angelus.

In R. br. ¶. Qui natus es * de Maria Virgine.

A D T E R T I A M.

Ant. 4. E. Non cognoscebat.

Capitulum. Isaiæ 62.

Dicite filitæ Sion : Ecce Salvator tuus venit : ecce merces ejus cum eo , & opus

ejus coram illo. Et vocabunt eos , Pópulus sanctus , redempti à Dómino.

R. br. Misit verbum suum , * & sanávit eos , * Allelúia , allelúia. Misit. ¶. Et eripuit eos * de interitióibus eórum , * Allelúia. Glória. Misit. Psalm. 106.

¶. Ipse est Deus misericors ; R. Et propitius fiet peccátis eórum. Pf. 77.

A D S E X T A M.

Ant. 1. f. Consummáti sunt. Capitulum. Ephes. 1.

Gdilecto Filio suo , in quo habémus redemptionem per sanguinem ejus , remissionem peccatórum secundum divitiás grátie ejus quæ superabundávit in nobis.

R. br. Salvávit eos Dóminus * de manu odiéntiũ , * Allelúia , allelúia. Salvávit. ¶. Et redemit eos * de manu inimici , * Allelúia. Glória. Salvávit. Pf. 105.

¶. Notas fácite in pópulis adinventiões ejus : R. Mementóte quóniam excelsum est nomen ejus. Cant. Is. 12.

A D N O N A M.

Ant. 3. a. Omnes prophétæ.

Capitulum. Rom. 10.

Omnis qui credit in illum , non confundetur. Non enim est distinctio Judæi , & Græci : nam idem Dóminus ómnium , dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicumque invocáverit nomen Dómini , salvus erit.

R. br. Sperent in te * qui novérunt nomen tuum , * Al-

leuiſia, allel. Sperent. *¶* Quoniam non dereliſti * queſcentes te, Dómine, * Alleluia. Glória Patri. Sperent. *Pſ.* 9.

¶ Propter glóriam nómínis tui, Dómine, libera nos, *R.* Et propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum. *Pſ.* 78.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Dominica: loco ultimi, dicitur Pſ. Conſitébor... quóniam. 73.

Ant. **C**hriftum Jeſum pro-
1. D. pſuſit Deus propitiatió-
nem per fidem in ſanguine
ipſius. *Rom.* 3.

Ant. 2. D. Redémít nos de
maledícto legis, ut in géntibus
benedícto Abrahæ fieret in
Chriſto Jeſu. *Galar.* 3.

Ant. 3. a. Ipſe eſt pax noſtra,
legem mandatórum de-
crétis evácuans, ut duos con-
dat in ſemetipſo in unum no-
vum hóminem. *Ephes.* 2.

Ant. 4. D. Cognóvit Dó-
minus qui ſunt ejus; & dif-
cedat ab iniquitate, omnis
qui nómínat nomen Dómini.
2. *Tim.* 2.

Ant. 5. C. Nemo poteſt dí-
cere, Dóminus Jeſus, niſi in
Spíritu ſancto. 1. *Cor.* 12.

Capitulum. *Coloſſ.* 3.

Omne quodcumque fá-
citis in verbo aut in
ópere, ómnia in nómíne
Dómini Jeſu Chriſti, grá-
tias agentes Deo & Patri per
ipſum.

Hymnus.

Victis ſibi cognómína
Sumant tyranni génti-
bus:

Tu, Chriſte, quanto dignius
Ab his capis quos liberas?

Non álterum mortálibus
Ægris quod invocent datum,
Reſúrgerent quo mórtui,
Perennè per quod viverent.

Tanti quod illi cónſtitit,
Toto quod emptum ſanguine;
Noſtro-ne rurſum crimine
Inſána gens delébitur?

Sacro pari pro nómíne,
Summi ſit inſtar múnus:
Amára non mors amplíus,
Fit mors per hoc amábilis.

Tu qui vocári ſúſtines,
Jeſu, ſalus mortálum,
Audi vocantes nos, tuo
Qui gloriámur nómíne.

Qui natus es de Virgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

¶ Salvávit eos propter no-
men ſuum; *R.* Ut notam
fáceret poténtiam ſuam. *Pſ.*
105.

Ad Magnificat. Ant. 7. G.
Vitam æternam dedit nobis
Deus: & hæc vita in Filio
ejus eſt; ut ſciátis quóniam
vitam habétis æternam, qui
créditis in nómíne Filii Dei.

1. *Joan.* 5.

*Oraſio, ut ſuprà ad Lau-
des.*

[*Si ſit Sabbatum, ſit comme-
moratio de Dominica inter Cir-
cumſionem & Epiphaniam,*
Ant. Ascendet. *¶* Vidérunt
infra, 269. *Oraſio, Deus, qui*
in Unigénito. 271.]

*Commem. S. Baſilii, Epiſ-
copi & Eccleſ. Doct.* *Ant.* Beá-
tus qui excógitat. *¶* Beátus
homo. *ut in Comuni Doctó-
rum, xxlij. Oraſ. Excita, xxvij.*

Sabbatis à Circumcisione ad Præsent. 263

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capit. de Domini-
ca. Reliqua ut supra, 255.*

S A B B A T I S

ANTE DOMINICAS

à Circumcisione ad Præ-
sentationem Domini.

(*Nisi prius occurrat Septuag.*)

IN VESP. *Antiph. & Ps. de*

Psalterio, nisi aliter notetur.

Capitulum. Isaïæ. 48.
IN voce exultationis annun-
tiate: auditum facite hoc, &
efferte illud usque ad extréma
terræ. Dicitur: Redemit Dó-
minus servum suum Jacob.

Hymnus.

Verbum, quod ante sécu-
la

Sinu paterno nasceris,
Recens homo sub tempore
E Virginis prodixit sinu.

Fatiale rumpis vinculum,
Quo nos Adamus nexuit:
Reddes quod ille perdidit:
Spes illa tecum nascitur.

Jam dura discis perpeti
Quæ ferre par fontes fuit:
Orbis salutis, stetitibus
Præludivis in cunis puer.

Fis pauper, indigentiam
Et nos tuam ditescimus:
Luges, tuis & lacrymis
Totum lavas mundi scelus.

Pannis opertus vultibus
Lates, recumbens in specu:
Homo, superbis; & Deum
Panni, specus non dedecent!

A Patre missus, perditum
Qui factus es mundi salus,
Jesu, perire non finas
Tot quos emis laboribus.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

*v. Viderunt omnes terminis
terræ. R. Salutare Dei nostri.*
Pf. 97.

*Ad Magnificat. Antiph. &
Oratio, ut infra in quolibet
Sabbato.*

COMPLETORIUM, ut in *Psal-*
terio.

DOMINICIS

A Circumcisione ad Præsentationem Domini.

(*Nisi prius occurrat. Septuag.*)

AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Jesum de Maria na-
tum, * Venite, adorémus.*
Matth. 1.

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Fac, Christe, nostri grá-
tia

Defuncte tot laboribus,
Ut mente gratá, sic piis
Hos prædicari canticibus.

Castæ parentis in sinu
Inclusus ardēbas pati:
Æternus ut discas mori,
Mortale corpus induis.

Vix natus, imbellis puer,
Acuta sentis frígora;
En vile pro molli thoro
Fœnum tibi supponitur.

Amore te facis reum:
Fers sponte pœnas innocens;
Nec eximis te legibus,
Supremus ipse legifer.

Qui primus excisâ cruor
E parte stillat corporis,
Membris micans ex omnibus,
Torrentis instar proruet.

Qui mucro lactentes necat,
Idem tuum pectus fodit;
Et quo cadēbant parvuli,
Hoc tu cadēbas vulnere.

Exul Deus promptâ fugâ
Tux salutis consulis;
Intras Pharon verax Deus,

264 *Dominicis à Circumcisione ad Prasenti.*

Mistus diis mendacibus.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula.

Amen.

Ant. Psalmi & VVV. ut in Psalterio.

Leet. & RR. ut infrd, in qualibet Dominica.

Te Deum.

V. Sacerd. Filii Sion exultent in Rege suo: R. Laudent nomen ejus in choro. Pf. 149.

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica.

*Ant. V*enit Filius hominis
s. C. *V*quærere & salvum
facere quod perlerat. *Luc. 19.*

Ant. 2. D. In propria venit,
& sui eum non receperunt.
Joan. 1.

Ant. 1. a. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.
Joan. 1.

Ant. 7. d. Non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. *Hebr. 2.*

Ant. 8. c. Participes Christi effecti sumus; si tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus.
Hebr. 3.

Cepitulum. Ephes. 4.

Occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi; ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.

Hymnus.

Divine, crescebas, Puer;
Crescendo discebas mo-
ri:

Hæc destinata tunc erant
Mortis tuæ præludia.

Satus Deo, volens regi,
Elégit obscurum patrem:

Qui fecit æternas domos,
Domo latet sub paupere.

Cœlum manus quæ sustinent,
Fabrile contrectant opus;

Supremus astrorum Parens
Fit ipse vilis artifex.

Tremenda cujus præpetes
Mandata portant Spiritus,

Cui pronus orbis subditur,
Se sponte fabro subjicit.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria

Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula.

Amen.

V. Intende, prospere procede; R. Et regna propter veritate, & mansuetudinem, & justitiam. Pf. 44.

Ad Benedictus. Ant. & Oratio, infrd in qualibet Dominica.

Deinde, à die ij. Januarii usque ad Pras. Domini, exceptis Festis & Oltavâ integrâ Epiphaniæ, & Festis Annua-libus & Solemnibus, (si quæ occurrant) fit commem. de Virgine Deipara, per Ant. V. & Orat. ut sequitur.

Ant. Péperit Maria Filium suum primogénitum, & pan-nis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio. Luc. 2.

V. Homo natus est in ea; R. Et ipse fundavit eam Altissimus. Pf. 86.

'Dominicis à Circumcisione ad Præsent.' 263

Oratio.

Bæta tempora celebrantes, quæ per temporalem Unitæ geniti tui Nativitatem, & partum Mariæ Virginis consecrasti: quæsumus, Dómine, ut ejusdem Dei genitricis intercessiõne, & in illo renasci, & tanti mystèrii fructum júgiter in nobis conservare mereamur; Per eundem Dóminum nostrum.

A D P R I M A M.

Ant. 5. C. Venit.

In R. br. ¶ Qui natus es * de Mariæ Virgine. *Matth.* 1.

Canon, ad calcem.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. In própria venit.

Capitulum. Jerem. 14.

Expectatio Israel, Salvátor ejus in tempore tribulatiõnis, quare quasi colónus futurus es in terra, & quasi viátor declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare?

Anse Epiphaniam, sequens R. cantatur cum duplici Allelúia. in fine; & sic ad Sextam & Nonam.

R. br. Salvábis me, Dómine, * A contradicçãoibus pópuli mei. Salvábis. ¶ Custódies me * in caput génitium, * A contradicçãoibus. Glória Patri. Salvábis. 2. *Reg.* 22.

¶ Tu, Dómine, susceptor meus es; *R.* Glória mea, & exaltans caput meum. *Pf.* 3.

Oratio, ut infra, in qualibet Dominica, nisi aliter nozeatur.

A D S E X T A M.

Ant. 1. a. Quotquot.

Capitulum. Ephes. 1.

Predestinávit nos Deus in adoptiõnem filiõrum per Jesum Christum in ipsum, secundum propósitum voluntatis suæ in laudem glóriæ grátie suæ.

R. br. Ipse invocábit me: * Pater meus es tu. Ipse invocábit. ¶ Deus meus * & susceptor salutis meæ, * Pater. Glória Patri. Ipse.

¶ Ego primogénitum ponam illum. *R.* Excelsum præ régibus terræ. *Pf.* 88.

A D N O N A M.

Ant. 8. c. Participes.

Capitulum. 1. Cor. 15.

Primus homo de terra, terrénus: secundus homo de cælo, cœlestis: qualis terrénus, tales & terréni; & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portávimus imaginem terréni, portémus & imaginem cœlestis.

R. br. Exultávit ut gigas * Ad currendam viam. Exultávit. ¶ A summo cælo * egressio ejus, * Ad. Glória Patri. Exultávit.

¶ Occursus ejus usque ad summum ejus; *R.* Nec est qui se abscondat à calore ejus. *Pf.* 18.

A D V E S P E R A S.

Psalmi de Dominica.

Ant. **N**on misit Deus Filium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. *Joan.* 3.

Ant. 5. C. Quæ misit Deus, verba Dei loquitur; non enim

266 *Dominicis à Circumcisione ad Præsent.*

ad mensuram dat Deus Spiritum. *Joan. 3.*

Ant. 4. E. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus. Joan. 3.

Ant. 7. d. Quæcumque Pater fecerit, hæc & Filius similiter facit; Pater enim omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Joan. 5.

Ant. 2. D. Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Joan. 5.

Capitulum. Act. 10.
Verbum misit Deus filiis Israel, annūtiāns pacem per Jesum Christum: hic est omnium Dōminus.

Hymnus.
Christus tenēbris obstatam
 Lustrando Judæam docet:
 Gens obstināto pectore
 Christum docentem respuit.

Sese Deum signis probat:
 Surgunt sepulcris corpora;
 Erepta muto vox redit,
 Claudio gradus, cæco dies.

Gens dura, flecti nescia,
 Aures sacris sermōnibus
 Obturat; & solem fugit,
 Amore noctis perditā.

Nos lumen ambimus, Patris
 In quo refulget claritas:
 Ne mentibus subrepere
 Tetram sinas caliginem.

Nunquam recedas à piis,
 Lux sempiterna, cordibus;
 Te veritate fulgeant,
 Te caritate serveant.

Qui natus es de Virgine,
 Jesu, tibi sit gloria
 Cum Patre, cumque Spiritu,
 In sempiterna sæcula.

Amen.
 * Tu es ipse rex meus, &

Deus meus, R. Qui mandas
 salutes Jacob. *Pf. 43.*

Ad Magnific. Ant. & Oratio infra, in qualibet Dominica.

Deinde fit Commem. de Virgine Deipara, ut dictum est in Laudibus, per Ant. V. & Orat. Sequentes.

Ant. Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 11.

* Benedixisti, Dōmine, terram tuam: R. Avertisti captivitatem Jacob. *Pf. 84.*

Oratio.
Beata tempora celebrantes,
 quæ per temporalem Uni-
 geniti tui Nativitatem, & par-
 tum Mariæ Virginis consecra-
 sti: quæsumus, Dōmine, ut
 ejusdem Dei Genitricis inter-
 cessione, & in illo renasci,
 & tanti mysterii fructum jū-
 giter in nobis conservare me-
 reamur; Per eundem.

COMPLETORIUM, ut in Psalterio.

I N F E R I I S
 A Circumcisione ad Præsen-
 tationem Domini.

(*Nisi prius occurrat Septuag.*)
AD OFFICIUM NOCT.

*Invit. Jesum de Maria na-
 tum, * Venite, adoramus. Matth. 1.*

Pf. 94. Venite. 2.
Hymnus.

Fac, Christe, nostri grā-
 riā
 Defuncte tot laboribus,
 Ut mente gratā, sic piis
 Hos prædicari cāntibus.

Castæ parentis in sinu
 Inclusus ardēbas pati:

In Feriis à Circumcisione ad Præsentat. 267

**Æternus ut discas mori,
Mortale corpus induis.**

Vix natus, imbellis puer,
Acuta sentis frigora;
En vile pro molli thoro
Fœnum tibi supponitur.

Amore te facis reum:
Fers sponte poenas innocens;
Nec eximis te legibus,
Supremus ipse legifer.

Qui primus excisa cruor
E parte stillat corporis,
Membris micans ex omnibus,
Torrentis instar prouet.

Qui mucro lactentes necat,
Idem tuum pectus fodit;
Et quo cadebant parvuli,
Hoc tu cadebas vulnere.

Exul Deus prompta fuga
Tuæ salutis consulis;
Intras Pharon verax Deus,
Mistus diis mendacibus.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula.

Amen.

*Psalmi, Antiph. & V. de
Psalterio.*

*LECTIONES DE SCRIPTURA OCCUR-
RENTE. R. R. R. sumuntur alterna-
tim de I. & II. Nocturno Do-
minicæ currentis.*

*V. Sacerd. Filii Sion exul-
tent in Rege suo: R. Lau-
dent nomen ejus in choro.
Ps. 149.*

A D L A U D E S.

Psalmi & Ant. de Psalterio.

Capitulum. Ephes. 4.

Occurramus omnes in uni-
tatem fidei, & agnitionis
Filii Dei, in virum perfectum,
in mensuram ætatis plenitudi-
nis Christi; ut jam non simus
parvuli fluctantes, & circum-

feramur omni vento doctrinæ,

Hymnus.

Divine, crescebas, Puer;
Crescendo discebas mori:
Hæc destinata tunc erant
Mortis tuæ præludia.

Satus Deo, volens tegi,
Elégit obscurum patrem:
Qui fecit æternas domos,
Domo latet sub paupere.

Cælum manus quæ susti-
nent,
Fabile contrectant opus;
Supremus astrorum Partens
Fit ipse vilis artifex.

Tremenda cujus præpetes
Mandata portant Spiritus,
Cui pronus orbis subditur,
Se sponte fabro subjicit.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula.

Amen.

*V. Intende, prospere procé-
de; R. Et regna propter ve-
ritatem, & mansuetudinem,
& justitiam. Ps. 44.*

*Ad Benedictus. Ant. 4. E.
Mediator Dei & hominū ho-
mo Christus Jesus, dedit re-
demptionem semetipsum pro
omnibus. 1. Tim. 2.*

*Oratio Dominicæ præcedentis.
Comm. de Virgine Deipara.*

*Ant. Péperit Maria Filium
suum primogénitum, & pan-
nis eum involvit, & reclinavit
eum in præsepio. Luc. 2.*

*V. Homo natus est in ea;
R. Et ipse fundavit eam Al-
tissimus. Ps. 86.*

Oratio.

Beatæ témpora celebrantes,
quæ per temporalem Uni-
géniti tui Nativitatem, & par-

268 *In Feriis à Circumcissione ad Præsentat.*

rum Mariæ Virginis consecra-
sti: quæsumus, Dómine, ut
ejusdem Dei genitricis inter-
cessióne, & in illo renasci, &
tanti mystérii fructum júgiter
in nobis conserváre mereámur;
Per eundem Dóminum nostrum.

AD HORAS, Psalmi & Antiph. de Psal. Capitula & R. R. ut sequitur. Orat. Dominica præcedentis.

A D P R I M A M.

In R. br. V. Qui natus es.

Canon, ad calcem.

A D T E R T I A M.

Capitulum. Jerem. 14.

Expectatio Israel, Salvátor
ejus in tempore tribulati-
ónis, quare quasi colónus
futúrus es in terra, & quasi
viátor declinans ad manen-
dum? Quare futúrus es velut
vir vagus, ut fortis qui non
potest salváre?

*Ante Epiph. additur Alle-
luia. duplex; & sic ad Sextam
& Nonam.*

*R. br. Salvábis me, Dómi-
ne, * A contradiccionibus pó-
puli mei. Salvábis. V. Custó-
dies me * in caput gentium,
* A contradiccionibus. Glória
Patri. Salvábis. 2. Reg. 22.*

*V. Tu, Dómine, susceptor
meus es; R. Glória mea, &
exaltans caput meum. P. 3.*

A D S E X T A M.

Capitulum. Ephes. 1.

Prædestinavit nos Deus in
padoptionem filiórum per
Jesum Christum in ipsum, se-
cundum propósitum voluntá-
tis suæ in laudem glóriæ grá-
tiæ suæ.

R. br. Ipse invocábit me:

* Pater meus es tu. Ipse in-
vocábit. V. Deus meus * &
susceptor salutis meæ: * Pater.
Glória. Ipse invocábit.

V. Ego primogénitum po-
nam illum R. Excelsum præ
régibus terræ. P. 88.

A D N O N A M.

Capitulum. 1. Cor. 15.

Primus homo de terra,
terrenus: secundus homo
de cælo, cælestis: qualis ter-
renus, tales & terréni; & qua-
lis cælestis, tales & cælestes.
Igitur sicut portávimus imá-
ginem terréni, portémus &
imáginem cælestis.

*R. br. Exultávit ut gigas
* Ad currendam viam. Exul-
távit. V. A summo cælo *
egressio ejus. * Ad. Glória
Patri. Exultávit.*

V. Occursus ejus usque ad
summum ejus; R. Nec est
qui se abscondat à calore ejus.
P. 18.

A D V E S P E R A S.

Psalmi & Antiph. de Psalterio.

Capitulum. Act. 10.

Verbum misit Deus filiis
Israel, annúntians pacem
per Jesum Christum: híc est
ómnium Dóminus.

Hymnus.

Christus tenébris óbsitam
Lustrando Judæam docet:
Gens obstináto pectore
Christum docentem respuit.

Sese Deum signis probat;
Surgunt sepulcris corpora;
Erepta muto vox redit,
Claudo gradus, cæco dies.

Gens dura, flecti nescia,
Aures sacris fermónibus
Obtúrat; & solem fugit,
Amóre noctis pèrdita.

Dominica inter Circumcisionem & Epiph. 269

Nos lumen ambimus, Patris
In quo refulget claritas :

Ne mentibus subterfugere
Tetram sinas caliginem.

Nunquam recedas à piis,
Lux sempiterna, cordibus;
Te veritate fulgeant,
Te caritate ferveant.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna secula.

Amen.

¶ Tu es ipse rex meus,
& Deus meus. R. Qui man-
das salutes Jacob. *Pf.* 43.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Omnis qui credit quoniam
Jesús est Christus, ex Deo
natus est. 1. *Joan.* 5.

Oratio Dominicae precedentis.
Comm. de Virgine Deipara.
Ant. Beatus venter qui te por-
tauit, & ubera quæ suxisti.
Quinimmo, beati qui audiunt
verbum Dei, & custodiunt
illud. *Luc.* 11.

¶ Benedixisti, Domine,
terram tuam : R. Avertisti
captivitatem Jacob. *Pf.* 84.

Oratio, Beata tempora ce-
lebrantes. 267.

COMPLETORIUM, ut in
Psalterio.

D O M I N I C A
INTER CIRCUMCISIONEM
& Epiphaniam.

[*Si hæc Dominica incidat in*
diem ij. iij. vel iv. Januarii,
fiet Officium de ea, cum com-
memoratione Sanctorum diebus
ij. & iij. occurrentium.

Si verò venerit die v. in Vi-
gilia Epiphaniæ, Officium fiet
ut eo die notatur, infrà.

Pars Hyemalis.

Si nulla occurrat Dominica,
consule rubricam post hoc Offi-

Prædie AD VESPERAS,
Antiph. & Psalmi sumuntur de
Psalterio. Capitulum & Hym-
nus, ut supra. 263.

¶ Vidérunt omnes térmi-
ni terræ R. Salutáre Dei nos-
tri. *Pf.* 97.

Ad Magnificat. Ant. 1. g.
Ascendet Dóminus super nu-
bem levem, & ingredietur
Ægyptum, & commovebun-
tur simulácula Ægypti à facie
ejus. *Is.* 19.

Oratio, ut infrà ad Lau-
des.

COMPLETORIUM, ut in *Psal-*
terio.

Totum Officium, ut supra in
Dominicis à Circumcisione ad
Præsentationem, 263. exceptis
quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.
IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occur-
rente, secundum diem Mensis,
*divisionibus factis ad ** Aste-*
riscos.

Post. j. Lect. R. Ego consti-
tutus sum à Deo super Sion
montem sanctum ejus, præ-
dicans præceptum ejus. Dó-
minus dixit ad me : * Filius
meus es tu ; ego hódie génul
te. ¶ Cui Deus dixit aliquan-
do Angelórum : Ego ero illi
in Patrem, & ipse erit mihi
in Filium ? * Filius. *Pf.* 2.
Hebr. 1.

Post ij. Lect. R. Domine,
quid est homo quod memor
es ejus ? aut filius hominis,
quoniam visitas eum ? * Mi-
nuisti eum paulo minús ab An-
n

270 *Dominicá inter Circumcisionem & Epiph.*

gelis, glóriá & honóre coronasti eum, & constituisti eum super ópera manuum tuarum. *Ps. 8. Hebr. 2.*

Ps. 8. Hebr. 2. *Post iij. Læ. R.* Tu es, Dómine, qui extraxisti me de ventre; * Spes mea ab ubéribus matris meæ: † Narrábo nomen tuum frátribus meis. *Ps. 71. Coloff. 1. n. 41.*

Post iij. Læ. R. Tu es, Dómine, qui extraxisti me de ventre; * Spes mea ab ubéribus matris meæ: † Narrábo nomen tuum frátribus meis. *Ps. 71. Coloff. 1. n. 41.*

IN II. NOCTURNO.
Sermo sancti Ambrósii
Epíscopi.

In Luc. L. 2. n. 40.

Lectio iv.

BRÉVITER sanctus Lucas, & quo modo, & quo tempore, & quo loco, secundum carnem Christus natus sit, explicávit. At verò de cœlesti generatióne si quæsis, lege Evangélium sancti Joannis, qui à cœlestibus exorsus, ad terréna descendit. In principio, inquit, erat Verbum: habes quando erat. Et Verbum erat apud Deum: habes quomodo erat. Habes etiam quid erat: Et Deus, inquit, erat Verbum. Quid égerat? Omnia per ipsum facta sunt. Quid agébat? Erat lux vera quæ illuminat omnem venientem in hunc mundum. Et ubi erat? In hoc mundo erat. Quò vénerit? In sua própria venit. Quomodo vénerit? Verbum caro factum est. Quà causá

vénerit, Joannes ipse testátur: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

R. Sit nomen Dómini benedictum in sécula: * Ante solem permanet nomen ejus; & benedicentur in ipso omnes tribus terræ. *Ps. 71. Coloff. 1. n. 41.*

Lectio v.

ILle párvulus, ille infántulus fuit, ut tu vir possis esse perfectus. Ille involútus in pannis, ut tu mortis láqueis sis absolútus. Ille in prælépibus, ut tu in altáribus. Ille in terris, ut tu in cœlis. Ille álium locum in eo diversório non habébat, ut tu plures habéres in cœlestibus sédibus mansiónes. Qui cum dives, inquit, esset, propter vos pauper factus est, ut illius inopíá vos ditaremini.

R. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, & omnes reges terræ glóriá tuam; * Quia Dóminus respexit in oratió-nem humílium, & non spre-vit precem eórum. *Ps. 101. 2. Cor. 8. n. 41. & 42.*

Lectio vj.

MEum ergo paupertas illa patrímónium est; & infirmitas Dómini mea est virtus. Máluit sibi egére, ut ómnibus abundárem. Me illius infántiz vagientis ábluunt fletus; meá lácrymæ illæ delicta laverunt. Plus igitur, Dómine Jesu, injúriis tuis débeo

Dominicâ inter Circumcisionem & Epiphan. 275

quòd redemptus sum, quàm opéribus quòd créatus sum. Non prodesset nasci, nisi redimi profuisset. Sed nemo intrâ usum còrporis formam omnem divinitatis inclúdat. Aliâ natúra carnis est, ália divinitatis glória. Propter te infirmitas, in se poténtia: propter te inópia, in se opuléntia. Noli hoc æstimáre quod cernis, sed quòd redimeris agnosce.

R. Oculi mei, Dómine, languérunt; clamávi ad te torâ die: * Pauper sum ego, & in labóribus à juventúte mea. *V.* Vulpes fóveas habent, & volúcrés cœli nidos: Filius autem hómínis non habet ubi caput reclinet. * Pauper. Glória Patri. * Pauper. *Psal.* 87. *Marth.* 8.

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tēpore; Angelus Dómini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, accipe Púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysóstomi.

Hom. 3. in cap. 2. Marth.

NOs scrutári dignum est cur non & Magi præsentés salventur, & puer; sed illi quidem in Pérsidem revertantur, hic autem cum matre in Ægyptum transfúgiat, cum multo potius fuisse videátur in manus eum Heródis incidere, nec tamen, cum incidisset, interfici, sed claro prorsus divinitatis auxilio vindicári. Verùm hoc mó-

do rebus implétis, créditum non fuisset verè illum suscepisse carnem, tantique hódie mystérii sacramenta nutárent.

R. Angelus Dómini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe Púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & * Esto ibi usque dum dicam tibi. *V.* Descende in Ægyptum: ego descendam tecum illuc, & inde adducam te revertentem. * Esto. *Marth.* 2: *Gen.* 46.

Lectio viij.

Magos verò celériter emittit, simul & Persárum regióni mittens magistros, & inefficácem reddens furórem tyranni; ut discat se impossibília moliri, & conceptam extinguat iram, seque ab stúdio vani labóris abducát. Est autem divinitatis virtúte dignum, non modò apertè contétere inimícos, verùm etiam cum omni illos facilitáte decipere.

R. Considerat peccátor justum, & quærit mortificáre eum; * Dóminus autem non derelinquet eum in máribus ejus. *V.* Futúrum est ut Heródes quærat Púerum ad perendum eum: * Dóminus. *Pf.* 36. *Marth.* 2.

Lectio ix.

ET cujus tandem, Inquies, párvulus mitterit? Prima quidem illa causa est, quam Evangelista signávit, ut impleretur, inquit, quod scriptum est: Ex Ægypto vocávi Filium meum. Simul etiam toti orbí denuntiantur óptimæ spei in

272 *Dominicā inter Circumcisionem & Epiphan.*

pōsterum procēmia. Quia enim Bābylon atque Ægyptus præ omnibus terris flammā impietatis ardēbant, & ab ipsis statim principiis ostendit quōd utramque emendatūrus esset, & igne pōtius fidei succensūrus; ex his utique persuādens etiā de aliis mundi partibus speranda esse meliōra. Nam Pērsidi quidem Magos remittit, ipse verō cum matrē in Ægyptum descendit.

R. Consurgens noctē * Joseph accēpit Pūerum, & matrem ejus, & † Secessit in Ægyptum. *V.* Pertransierunt ad pōpulum ālterum: non reliquit Deus hōminem nocērē eis. * Joseph. Glōria. † Secessit, *Matth.* 1. *Pf.* 104.

Te Deum.

V. Sacerd. Filii Sion exultent in Rege suo: *R.* Laudent nomen ejus in choro. *Pf.* 149.

A D L A U D E S.

Ant. Capitulum & Hymnus, ut suprad. 264.

V. Intende, prospere procede; *R.* Et regna propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. *Pf.* 44.

Ad Benedictus. Ant. 5. C. Erat Joseph in Ægypto usque ad obitum Herōdis. *Matth.* 2.

Oratio.

Deus, qui in Unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti: custodi opera misericordie tue, & ab omnibus nos maculis vetustatis emunda; ut per auxilium gratie tue, in illius inveniamur forma, in quo tecum est nostra substantia; Qui tecum.

Post commem. occurrentes, fit comm. de Virgine Deipara, us suprad. 264.

AD HORAS, omnia dicuntur ut in Dominicis & Circumcisione, suprad. 265.

Canon ad calcem, secundum diem Mensis.

A D V E S P E R A S.

Ant. Capitulum & Hymnus, ut suprad. 265.

V. Tu es ipse rex meus, & Deus meus, *R.* Qui mandas salutes Jacob. *Pf.* 43.

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Dicitur est a Domino per Prophetam: Ex Ægypto vocavi Filium meum. *Matth.* 2.

Oratio, ut suprad ad Laudes.

Post commem. occurrentes, fit commem. de Virgine Deipara, ut suprad. 266.

COMPLETORIUM, ut in Psalterio,

[*Si nulla occurrat Dominica inter Circumcisionem & Epiphaniam, die iv. fit Officium de Tempore, ut in Feriis & Circumcis. ad Present. 266. & in eo legitur pro ultima Lect. Evangelium cum Homilia hujus Dominice, & Responsorio Angelus. 271. in cujus fine additur Glōria Patri, & dicitur Te Deum,*

A D L A U D E S, post Hymn. V. Intende. *Ad Benedictus. Ant.* Erat Joseph. *Oratio, Deus, qui in Unigenito, ut suprad.*

Deinde fit commemorat. de Virgine Deipara.

AD HORAS, omnia ut in Feriis & Circumcisione, 268. Oratio, Deus, qui in Unigenito, suprad; que etiam ad Vesperas dicitur.

Diebus inter Circumcisionem & Epiph. 273

AD VESPERAS, Ps. & Ant. de Psalterio. Capitulum & reliqua ut in Feriis d. Circumcisione, supra. 268. Deinde fit commemoratio de S. Simone Srylica. Ultimo, de Virgine Deipara.]

DIE II. JANUARIJ.

*Fit de sancto Basilio (nisi fit Dominica) ut in Proprio Sanctorum. Lectio Scripturae occurrentis, ut sequitur. Quae Lectio dividitur in tres, ad** Asteriscos, si fit Dominica.*

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 5.

Usq̄ue ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, qui est forma futuri. Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim unus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unus hominis Jesu Christi in plures abundavit. [*] Et non sicut per unum, peccatum, ita & donum: nam iudicium quidem ex uno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in justificationem. Si enim unus delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiae, & donationis, & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per unius ju-

sticiam in omnes homines in justificationem vitae. [*] Sicut enim per inobedientiam unus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia; ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

DIE III. JANUARIJ.

*Fit de sancta Genovesa (nisi fit Dominica) ut in Proprio Sanctorum. Lectio Scripturae occurrentis, ut sequitur. Quae Lectio, si fit Dominica, in tres dividitur ad** Asteriscos.*

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 6.

Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes; & membra vestra arma iustitiae Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obedientiae ad iustitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in quam traditi estis. [*] Liberati autem a peccato, servi facti estis iustitiae. Humandum dico propter infirmitatem

274 *Diebus inter Circumcisionem & Epiph.*

earnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire iniquitatē; ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiæ in sanctificationē. [*] Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Grátia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Dómino nostro.

DIE IV. JANUARI.
De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romanos.

Leitio j. Cap. 7.

ITaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

Leitio ij.

SCimus enim quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intéllego: non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, conséntio legi, quóniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod hábitat in me peccatum. Scio

enim quia non hábitat in me; in carne mea, bonum. Nam velle ádjacet mihi; perficere autem bonum, non invénio. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod hábitat in me peccatum.

Leitio iij.

INvénio igitur legem videnti mihi facere bonum, quóniam mihi malum ádjacet: condelector enim legi Dei secundum interiorem hóminem; vídeo autem áliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberábit de corpore mortis hujus? Grátia Dei per Jesum Christum Dóminum nostrum. Igitur ego ipse mente servo legi Dei, carne autem legi peccati.

DIE V. JANUARIA
IN VIGILIA
EPIPHANIE.

¶ *Si hæc Vigilia occur. in Dóminica, Officium fit ut notatur suprà in Dom. à Circumcisione, 263. exceptis quæ sequuntur.*

IN I. NOCT. Tres Leitio-
sumuntur de Epístola ad Romanos, ut infrá; & è duabus sunt tres, divisionibus factis ad **
Asteris. R. R. R. ut suprà, 269.

IN II. NOCT. Tres Leitio-
nes & R. R. R. ut suprà, 270.

IN III. NOCTURNO.

¶. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine; R. Et omnia

Rex reges terræ glóriam tuam.
Ps. 101.

Tres Lectiones infra, diviſione factâ, pro viij. Lect. ad * Asteriscum.

R. vij. Terra Zabulon. sine Glória Patri. infra, 276.

R. viij. Dóminus dixit. infra.

R. ix. Ecce electus meus. cum Glória Patri. 277.

Reliqua ut in Offic. Vigiliæ.

[Si autem Vigilia ista occurrat in Feriis, Officium fit ut sequitur.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminus Rex magnus super omnem terram : * Veníte, adorémus. Ps. 46.

Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Fac, Christe. 266. Psalmi & Ant. de Psalterio.

¶ Timébunt gentes nomen tuum, Dómine; R. Et omnes reges terræ glóriam tuam. Ps. 101.

De Epístola beati Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio j. Cap. 8.

Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberávit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabátur per carnem; Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnávit peccátum in carne; ut justificatio legis implerétur in nobis, qui non secundum carnem ambulámus, sed secundum spiritum. [*] Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis

sunt sapiunt; qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est; prudentia autem spiritus, vita & pax.

R. Dóminus dixit ad me : Filius meus es tu. * Póstula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam téminos terræ. ¶ Sic præcepit Dóminus: Póstula te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extrémum terræ. * Póstula à me. Ps. 2. Act. 13.

Lectio ij.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen spiritus Dei hábitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccátum, spiritus verò vivit propter justificationem. [*] Quòd si spiritus ejus qui suscitávit Jesu à mortuis, hábitat in vobis; qui suscitávit Jesum Christum à mortuis, vivificábit & mortalia corpóra vestra, propter inhabitantem spiritum ejus in vobis. Ergo, fratres, debitóres sumus non carni, ut secundum carnem vivámus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriémini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivétis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timóre, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo

clamamus: Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimoniū reddidit spiritui nostro quod sumus filii Dei.

R. Ecce electus meus, dicit Dominus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum. * Judicium gentibus proferet; & legem ejus insulæ expectabunt. * Non sum sit vobis quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. * Judicium. *Is. 42. Añ. 28.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio iij. Cap. 2.

IN illo tempore; Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii
Episcopi.

Comment. in Matth. Cap. 2.

Mortuo Herode, Joseph per Angelum monetur ut in Judæam cum Püero & matre ipsius redeat. Et revertens, cum Archeläum Herodis filium regnare audisset, timuit eò venire; & per Angelum monetur ut in Galilæam transeat, & in regionis ejus civitate Nazareth inhábitet. Reverti ergo ad Judæam monetur, & reversus timet. Et rursum visu admonitus, transire ad regionem Gentium jubetur. Sed aut timere eum qui admonitus sit, non oportuit, aut per Angelum deferri admonitio mox mutanda non debuit. Verum typica ratio servata est. [*] Joseph enim Apostolorum habet speciem, quibus Christus circumferen-

du est creditus. Hi, tamquam Herode mortuo, id est, populo ejus & regno in passione Domini depéredito, Judæis prædicare sunt jussi; missi enim erant ad oves perditas domus Israel: sed manente hæreticæ infidelitatis dominatu, metuunt & recedunt. Admoniti per visum, sancti scilicet Spiritus donum in Gentibus contemplantés, ad eas transeverunt Christum, Judææ missum, sed vitam & salutem Gentium nuncupatum.

R. Terra Zabulon & terra Nephthali, via maris trans Jordanem Galilææ gentium: * Pópulus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. * Confurgens Joseph accépsit Püerum & matrem ejus, & venit in terram Israel; & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. * Pópulus. [Cum Offic. fit in Feriis, Glória. * Pópulus.] *Is. 9. Matth. 2.*

[Si sit Dominica, legitur pro nona Lectione de S. Simeone Stylita, ut sequitur.]

Simeon apud Clices natus; Sævium pastor adhuc puer, ac postea monachus, morum candore ceteros longè superabat, & hebdomadam totam sæpè jejünus explebat. Vitæ severioris desiderio, in cisterna sicca delituit; ex quaeductus, tres annos in cellula egit, orationibus ad Deum únicè intentus: eaque abstinentiã, ut quadraginta diebus sine cibo transactis, penè exanimatus reperitus fuerit; quam jejünii quadragenarii rationem per octo & viginti annos servavit. Tum

Septo quodam sibi in vértice montis extructo, ne ultrà progredi posset, catenam ferreà ex una parte ad saxum affixà, ex àltera ad dextrum pedem alligatam excogitavit; quam tamen, monente Melétio Episcopo, deposuit. Cùm verò multi ad eum ex remotissimis orbis partibus conducerent, omnesque illum tangerè, & benedictionem ab eo accipere contenderent, secessit à turba, & in columna stationem fixit. Ibi dies noctibus continuans, expansis ad cœlum manibus, Deum orabat, somni parcus & cibi; nec cessabat inde, aut fideles ad pietatem adhorrari, dissidentium lites componere, & Ecclesiæ curare negotia; aut infidèles, Judæos & hæreticos confutare. Tandem miraculorum gloriâ & singulari vitæ sanctitate illustri, anno quadringentesimo sexagesimo obiit Calendis Januarii sub Leonis imperio; & Norris ejusdem mensis, Antiochiæ in Ecclesiâ Cassiani sepultus est. Tantam fuisse apud Românes ejus sanctitatis famam ex Theodoréto refert septima Synodus, ut illius imagines in officinarum vestibulis in sui tutelam & presidium collocarent.

R. Ecce electus meus, dicit Dominus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum. * Judicium gentibus præferet; & legem ejus insulae expectabunt. * Notum sit vobis quoniam Genibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. * Judicium.

Glória Patri. * Judicium; *Is. 42. Ad. 28.]*

Te Deum.

†. Sacerd. Omnes gentes; plaudite manibus: R. Jubilate Deo in voce exultationis. *Pf. 46.*

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. g. Magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium; & scient quia ego Dominus. Ezech. 38.

Ant. 2. D. Venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Jerem. 16.

Ant. 6. C. Incurvabitur sublimitas hominum, & elevabitur Dominus solus in die illa, & idololatriæ penitus conterentur. Is. 2.

Ant. 8. G. Reddam populus labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & serviant ei humero uno. Sophon. 3.

Ant. 4. E. Mihi slectetur omne genu; & omnis lingua confitebitur Deo. Alleluia. Rom. 14.

Capitulum Zach. 2.

Applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum; & habitabo in medio tul: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te.

Hymnus, Divine. 267.

†. Deus, in sancto via tua: R. Notam fecisti in populus virtutem tuam. *Pf. 76.*

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Veniens Joseph habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum

est per Prophétas : Quóniam tuo cantábo. *Cant. 2. Reg. 22.*
 Nazaræus vocábitur. *Matth. 2.* **A D S E X T A M.**

Oratio.

COrda nostra, quæsumus,
 Dómine, ventúræ festi-
 vitátis splendor illustret; quo
 mundi hujus ténebris carére
 valeámus, & perveniré ad pá-
 triam claritátis æternæ; Per.

*Deinde fit commem. de S. Si-
 meone, Ant. Pars mea. ¶. Clamávi. Orat. Omnipotens. ut in
 Communi Monachorum, xxxiiij.*

*Ultimò, de Virgine Dei-
 para, ut suprà. 267.*

A D P R I M A M.

Ant. 1. g. Magnificábor.

*In R. br. ¶. Qui natus es *
 de María Virgine. Matth. 1.*

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Vénient.

Capitulum. Isaïæ 65.

Quæsierunt me qui antè
 non interrogábant: inven-
 nerunt qui non quæsierunt me.
 Dixi: Ecce ego, ecce ego ad
 Gentem quæ non invocábat
 nomen meum.

*R. br. Pópulus quem ignó-
 ro, sérviet mihi, * Allelúia,
 allelúia. Pópulus. ¶. Audíru
 auris * obédient mihi, * Alle-
 lúia. Glória Patri. Pópulus.*

*¶. Confitébor tibi, Dómi-
 ne, in géntibus, R. Et nómini*

tuó cantábo. Cant. 2. Reg. 22.

A D S E X T A M.

Ant. 6. C. Incurvábatur.

Capitulum. Apoc. 15.

Quis non timébit te, Dó-
 mine, & magnificábit
 nomen tuum? quia solus pius
 es; quóniam omnes gentes vé-
 nient, & adorábunt in con-
 spectu tuo.

*R. br. Benedicentur in ip-
 so * omnes tribus terræ, * Al-
 lelúia, allelúia. Benedicentur.
 ¶. Omnes gentes * magnificá-
 bunt eum, * Allelúia. Glória
 Patri. Benedicentur. P. 71.*

*¶. Magnificéntiam glóriæ
 sanctitátis tuæ loquentur,
 R. Et mirabilia tua narrábunt.
 P. 144.*

A D N O N A M.

Ant. 4. E. Mihi.

Capitulum. Sophon. 2.

Atrenuábit Dóminus om-
 nes deos terræ; & adorá-
 bunt eum viri de loco suo,
 omnes ínfulæ géntium.

*R. br. Adorábunt eum * om-
 nes reges terræ, * Allelúia, al-
 lelúia. Adorábunt. ¶. Omnes
 gentes * sérvient ei, * Allelúia.
 Glória. Adorábunt. P. 71.*

*¶. Dómini est regnum;
 R. Et ipse dominábitur génti-
 um. P. 21.*



www.libtool.com.cn

DIE VI. JANUARIJ. IN EPIPHANIA DOMINI.

S O L E M N E - M A J U S .

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. **E**cce ego declinabo
1. D. super Ierusalem qua-
si fluvium pacis, & quasi tor-
rentem inundantem gloriam
gentium. *Is.* 66.

Ant. 2. D. Quomodo po-
nam te in filios, & tribuam
tibi hereditatem praeclaram
exercituum Gentium? *Jerem.* 3.

Ant. 3. a. Exurge, & vide
collectos filios tuos ab orien-
te sole usque ad occidentem,
in verbo Sancti, gaudentes
Dei memoria. *Baruch.* 5.

Ant. 5. a. Dilata locum ten-
torii tui; ad dexteram enim
& ad laevam penetrabis: &
semen tuum gentes heredita-
bit. *Is.* 54.

Ant. 6. F. Videbis, & af-
fues; & mirabitur & dilatabitur
cor tuum, quando con-
versa fuerit ad te fortitudo
gentium. *Is.* 60.

Capitulum. Rom. 15.

Erit radix Jesse, & qui
exurget regere gentes: in
eum gentes sperabunt.

R. Salutare tuum parasti,
Deus, ante faciem omnium
populorum, * Lumen ad re-
velationem gentium, & glo-

riam plebis tuae Israel. *Ps.* Vidé-
bunt gentes Justum tuum, &
cuncti reges Inclytum tuum:
* Lumen. Glória Patri. * Lu-
men. *Luc.* 2. *Is.* 62.

Hymnus.

Quæ stella sole pulcior
Coruscat? hæc Regis
novi

Revelat ortus: hæc Dei
Præsignat ad cunas iter.

Stat vaticibus priscis fides;
En stella surgit ex Jacob:
Arrectus ad spectaculum
Ejus orbis emicat.

Dum sidus admonet fortis,
Lux fulget intrus clarior;
Suadetque vi blandam magos
Signi datorem querere.

Segnes amor nescit moras:
Labor, pericla, nil movent:
Domum, propinquos, patriam,
Deo vocante, deserunt.

Micante dum nos illicis,
O Christe, stellam gratiæ;
Ne tarda cœlesti sinas
Obstare corda lûmini.

Qui lumen est, sit laus Patri;
Qui se revelat Gentibus,
Sit laus perennis Filio:
Par sit tibi laus, Spiritus.
Amen.

Ps. Annuntiabunt cœli justitiam
Dômini *R.* Pópulo quæ

nascetur, quem fecit Dominus. *Pf. 21.*

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Civitas Dei luce splendidâ fulgêbis: nationes ex longinquo ad te venient; & mûnera deferentes, adorâbunt in te Dominum. *Tob. 13.*

Oratio, ut infrâ ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. a. Illuminare, Jérusalem; quia venit lumen tuum, & glória Domini super te orta est. *Is. 60.*

Hymnus, Mundi salus, 29. cum Doxologia sequenti, quæ dicitur ad omnes Horas in fine Hymnorum ejusdem metri:

Qui te revelas Gêntibus,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spirîtu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 7. c. Ego Dominus dedi te in fœdus pópuli, in lucem Gêntium. Allelûia. *Is. 42.*

AD OFFICIUM NOCT.

Dicitur secretò Pater. Ave. Credo inchoatur absolute ut sequitur.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Afferte.

In Pf. Afferte Domino, 126.
Ant. Afferte Domino, filii Dei; afferte Domino glóriam & honorem: adorâte Dominum in aula sancta ejus.

Ant. 3. a. Videte.

In Pf. Deus noster refugium. 128. *Ant.* Videte quóniam ego sum: Deus: exaltabor in gêntibus, & exaltabor in terra.

Ant. 2. D. Psállite Deo nostro,

In Pf. Omnes gentes. 43.

Ant. Psállite Deo nostro, psállite: psállite Regi nostro, psállite; quóniam rex omnis terræ Deus.

Ps. Ipse est Dominus Deus; & adorâbunt eum. *Pf. 44.*

De Isâia Prophéta.

Lectio j. Cap. 55.

OMnes sitientes, venite ad aquas: & qui non habétis argentum, properate, emite, & comedite; venite, emite absque argento & absque ulla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum; & delectabitur in crassitudine ánima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet ánima vestra; & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericórdias David fidèles. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem ac præceptorem Gêntibus. Ecce Gêntem quam nesciebas, vocabis; & Gentes quæ te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israel, quia gloriificavit te.

Ps. Viri sublimes ad te transibunt, & Tui erunt: te adorâbunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. *Ps.* Est repromissio ómnibus qui longè sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster. *Tui erunt. Is. 45. Ant. 2.*

Lectio ij. Cap. 60.

Surge; illuminare, Jérusalem; quia venit lumen

rum, & glória Dómini super te orta est. Quia ecce tenebræ operiet terram, & caligo pópulos: super te autem oriétur Dóminus, & glória ejus in te videbitur. Et ambulábunt Gentes in límíne tuo, & reges in splendóre ortús tui. Leva in circúitu óculos tuos, & vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longè venient, & filiz tuz de látere surgent. Tunc videbis, & áfflues, & mirábitur & dilatábitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multiúdo maris, fortitúdo Géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádián, & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudē Dómino annuntiantes.

Re. Venient pópuli multi, & gentes robustæ, * Ad quærendum Dóminum exercituum in Jerúsalem, & deprecandam faciem Dómini. ¶ Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilóne, & Austro, * Ad quærendum. Zach. 8. Luc. 13.

Leção iij. C. 61. & 62.

Gaudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; qui induit me vestimentis salútis, & indumento justitiz circumdedit me quasi sponsum decorátum coróná, & quasi sponsam ornátam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat; sic Dóminus Deus germinábit justitiam & laudem coram universis géntibus. Propter Sion

non tacébo, & propter Jerúsalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor Justus ejus, & Salvator ejus ut lampas accendátur.

Re. Super ipsum continébunt reges os suum: * Quia quibus non est narrátum de eo, vidé-runt; & † Qui non audierunt, contempláti sunt. ¶ An Judéorum Deus tantum? nonne & Géntium? * Quia. Glória Patri. † Qui non audierunt. Is. 52. Rom. 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. d. Omnis terra.

In Ps. Jubilate Deo... psal-mum. 8. Ant. Omnis terra adóret te, & psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

Ant. 1. D. Reges Tharsis.

In Ps. Deus, judicium. cum sua divissione, 51. Ant. Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent: reges Arabum & Saba dona addúcent.

Ant. 4. E. Omnes gentes.

In Ps. Inclína, Dñe. cum sua divissione, 134. Ant. Omnes gentes, quascumque fecisti, venient & adorábunt coram te, Dómine.

¶ Dábitur ei de auro Arabibz; Re. Et adorábunt de ipse semper. Ps. 71.

Sermo sancti Leonis Papæ.

In Epiph. 2. Leção iv.

Gaudete in Dómino dilectissimi; iterum dico, Gaudete; quóniam brevi intervallo témporis post solemnitátem Nativitátis Chrişti, festivitas Declaratiónis ejus illuxit: & quem in illo die Virgo pæ-

perit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim caro factum, sic susceptionis nostrae temperavit exordia, ut natus Jesus, & credentibus manifestus, & persequentibus esset occultus. Jam tunc ergo caeli enarraverunt gloriam Dei, & in omnem terram sonus veritatis exivit, quando & pastribus exercitus Angelorum, Salvatoris editi annuntiator apparuit, & Magos ad eum adorandum praevia stella perduxit; ut à solis ortu usque ad occasum veri Regis generatio coruscaret, cum rerum fidem & regna Orientis per Magos discerent, & Romanum Imperium non lateret.

R. Cum natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis, * Ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam. ¶ Circumpice, Jerusalem, ad Orientem, & vide jucunditatem à Deo tibi venientem. * Ecce. *Matth. 2. Baruch. 4.*

Leitio v.

NAM & saevitia Herodis volens primordia suspecti sibi Regis extinguere, huic dispensationi nesciens serviebat; ut dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscretà infantium caede persequitur, annuntiatum caelitus Dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur; quam promptiorem ad narrandum diligentioriisque faciebat, & supernae significationis novitas, & cruentissimi persecutoris impletas. Tunc autem etiam Aegypto Salvator illatus

est, ut gens antiquis erroribus dedita, jam ad vicinam salutem per occultam gratiam vocaretur; & quae nondum egerat ab animo superstitionem, jam hospitio reciperet veritatem.

R. Venerunt Magi, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judaeorum? * Vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. ¶ Orietur stella ex Jacob, & confurget virga de Israel: de Jacob erit qui dominetur. * Vidimus stellam. *Matth. 2. Num. 24.*

Leitio vj.

AGnoscamus ergo, dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi vocationis nostrae fideique primitias, & exultantibus animis beatae spei initia celebremus. Exinde enim in aeternam haereditatem coepimus introire: exinde nobis Christum loquentia Scripturarum arcana patuerunt; & veritas quam Judaeorum obsecratio non recepit, omnibus nationibus lumen suum iniecit. Honoretur itaque à nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostrae Auctor apparuit: & quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in caelis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Domino munere species obtulerunt; ita & nos de cordibus nostris, quae Deo sunt digna promamus.

R. Ecce stella quam viderant Magi in Oriente, antecederat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. * Videntes stellam, gavisii sunt gaudio magno valde.

In Epiphania Domini.

287.

¶ Ambulábunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ornáti tui. * Videntes. Glória.

* Videntes. *Matth. 2. Is. 60.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Veníte.

Psalms 94. sec. Valg.

Veníte, exultémus Dómino: * jubilémus Deo salutári nostro.

Præoccupémus faciém ejus in confessióne, * & in psalmis jubilémus ei;

Quóniam Deus magnus Dóminus, * & rex magnus super omnes deos:

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ; * & altitúdines móntium ipsius sunt:

Quóniam ipsius est mare, & ipse fecit illud; * & siccam manus ejus formavérunt.

Veníte, adorémus, & procidámus, * & plorémus ante Dóminum qui fecit nos;

Quia ipse est Dóminus Deus noster, * & nos pópulus páscuæ ejus, & oves manus ejus.

Hódie sí vocem ejus audieritis, * nókte obduráre corda vestra:

Sicut in irritatióne secundum diem tentatiónis in deserto, * ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt me, & vidérunt ópera mea.

Quadraginta annis offensus fui generatióni illi, * & dixi: Semper hi errant corde.

Et isti non cognovérunt vias meas: * ut jurávi in ira mea, Si introibunt in réquiem meá.

Ant. Veníte, adorémus eum; quia ipse est Dóminus Deus noster.

Ant. 6. C. Annuntiáte.

In Is. Cantáte... omnis terra. 41. Ant. Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Ant. 5. a. Annuntiavérunt. In Ps. Dóminus regnávít, exultet. 54. Ant. Annuntiavérunt cæli justítiam ejus, & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

¶ Laudáte Dóminum, omnes gentes; & Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus. *Ps. 116.*

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

Cum natus esset Jesus in Bethleem Juda in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriente venérunt Jerosólymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? Et reliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ. *Homil. 10. n. 2. in Evang.*

In ómnibus signis, quæ vel nascente Dómino, vel moriente, monstráta sunt, considerandum nobis est quanta fuerit in quorundam Judæorum corde durítia, quæ hunc nec per prophetæ donum, nec per miracula agnovit. Omnia quippe elementa auctórem suum venisse testáta sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar, Deum hunc cæli esse cognovérunt; quia prótinus stellam miserunt. Mare cognóvit, quia sub plantis ejus se calcábile præbuit. Terra cognóvit, quia eo moriente contrémuit. Sol cognóvit, quia lucis suæ rádios abscondit. Saxa & parietes cognó-

verant, quia tempore mortis ejus scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Judaeorum corda Deum esse minime cognoscunt, & duriora faxis scindi ad poenitendum nolunt. Qui etiam ad damnationis suae cumulum, eum quem natum despiciunt, nasciturum longe ante praesciverunt: & non solum quia nasceretur noverant, sed etiam ubi nasceretur; ut ipsa eorum scientia & illis fieret ad testimonium damnationis, & nobis ad adjurorium credulitatis.

Re. Intrantes domum, invenerunt Puerum cum Maria matre ejus: & * Proidentes, adoraverunt eum; & apertis thesauris suis, obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. ¶ De Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes: * Proidentes. *Matth. 2. Is. 60.*

n. 3. *Lesio viij.*

Nativitate Regis nostri cognita, Herodes ad callida argumenta convertitur, ne terrene regno privaretur. Renunciari sibi ubi Puer inveniretur postulat: adorare eum velle simulat; ut hunc, si invenire possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium divinitatis? Scriptum quippe est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Nam ea quae apparuit stella, Magos perducit: natum

Regem repertiunt, minera deferunt; & ne redire ad Herodem debeant, in somnis admonentur. Sicque fit ut Jesum, quem quaerit Herodes, invenire non possit. Cujus personam, qui alii quam hypocrite designantur; qui, dum fictè quaerunt, invenire Dominum nunquam merentur?

Re. Obtulerunt Magi munera; & * Responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. ¶ Re. probat Dominus consilia principum: consilium autem Domini in aeternum manet. * Responso accepto. *Matth. 2. Pf. 32.*

n. 6. *Lesio ix.*

Magi aurum, thus & myrrham deferunt. Aurum quippe regi congruit: thus vero in Dei sacrificium ponebatur: myrrham autem mortuorum corpora conduntur. Eum ergo Magi quem adorant, etiam mysticis muneribus praedicant; auro, regem; thure, Deum; myrrham, mortalem. Nos itaque nato Domino offeramus aurum, ut hunc ubique regnare fateamur: offeramus thus, ut credamus quod is qui in tempore apparuit, Deus ante tempora extitit: offeramus myrrham, ut eum quem credimus in sua divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem.

Re. Mystrium Christi, quod aliis generationibus non est agnitum, nunc revelatum est: Genes esse coheredes, & com-

corporales, & participes
promissionis Dei in Christo Je-
su; * Ut innotescat multiformis
sapiéntia Dei. *¶* Dicit Dó-
minus: Ultra flúmina Æthiópiz,
inde supplices mei; filii
dispersórum meórum déferent
munus mihi; * Ut. Glória.

* Ut. *Ephes. 3. Sophon. 3.*

Te Deum.

¶ Sacerd. Constituteantur tibi
pópuli, Deus; constituteantur
tibi pópuli omnes: *R.* Lætentur
& exultent gentes. *Pf. 66.*

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. **B**enignitas & humá-
6. F. **N**itas apparuit Salva-
tóri nostri Dei. *Allel. Tir. 3.*

Ant. 2. D. Vita manifestata
est: & vidimus vitam æter-
nam quæ erat apud Patrem,
& apparuit nobis. *Allelúia.*

1. Joan. 1.

Ant. 7. d. Qui dixit de téne-
bris lucem splendescere, ipse
illuxit in córdibus nostris ad il-
luminatióem sciéntiæ claritá-
tis Dei in fácie Christi Jesu.
Allelúia. 2. Cor. 4.

Ant. 1. g. Vóluit.

Canticum. Isaïæ 49.

Laudáte, cœli; & exulta,
terra: * jubiláte, montes,
laudem.

Quia consolátus est Dómi-
nus pópulum suum, * & páu-
perum suórum miserébitur.

Et dixit Sion: Dereliquit
me Dóminus, * & Dóminus
oblítus est mei.

Numquid oblivisci potest
múlier infantem suum, * ut
non miseréatur filio úteri sui?

Et si illa oblíta fúerit, * ego
tamen non obliviscar tui.

Ecce in máribus meis de-
scripsi te: * muri tui coram
oculis meis semper.

Venerunt structóres tui: *
destruentes te, & dissipantes
à te exibunt.

Leva in circúitu óculos
tuos, & vide: * omnes isti
congregáti sunt, venerunt tibi.

Vivo ego, dicit Dóminus; *
quia ómnibus his velut orna-
mento vestieris, & circúmda-
bis tibi eos quasi sponsa.

Quia deserta tua, & solitú-
dines tuæ, & terra ruínæ tuæ,
nunc angusta erunt præ habi-
tatóribus; * & longè fugabun-
tur qui ablorébant te.

Adhuc dicent in áuribus
ruis filii sterilitatis tuæ: * An-
gustus est mihi locus, fac spá-
tium mihi ut hábitem.

Et dices in corde tuo: Quis
génuit mihi istos? * ego stéril-
lis & non páriens, transmigrá-
ta & captiva.

Et istos quis enutrivit? ego
destitúta & sola: * & isti ubi
erant?

Ant. Vóluit Deus notas fá-
cere divitias glóriæ sacramen-
ti hujus in Géntibus: quod
est Christus. *Allelúia. Coloss. 1.*

Ant. 4. E. Grátia data est
à Deo, ut fiat oblátio Gén-
tium accepta, & sanctificáta
in Spíritu sancto. *Allelúia.*
Rom. 15.

Capitulum. 2. Tim. 1.

Deus nos liberávit, & vo-
cávit vocatióne suá san-
ctá, non secundum ópera no-
stra, sed secundum propósi-
tum suum, & grátiam quæ da-
ta est nobis in Christo Jesu
ante témpora secularia: *ma*

manifestata est autem nunc per
illuminationem Salvatoris no-
stri Jesu Christi.

Hymnus.

Linquunt recta Magi prin-
cipis urbis,
Et parvæ cupidis moenia
Bethlem
Votis præcipiunt ; jamque
sub imo
Spe subnixa fides corde
triumphat.

O qui lætitiæ sensus ! ut illis
Signans rursus iter stella re-
fulsit ;

Incumbensque domo lám-
pade pronâ ,

Infantem exhibuit matris in
ulnis !

Non hic splendet ebur , non
micat aurum :

Non velat rutilans pûrpura
corpus :

Horrens hic stâbulum , ré-
gia ; nudum

Hic præsepe , thronus ; pûr-
pura , panni.

Reges pompa alios dives ador-
net :

Regnantem meliùs se pro-
bat ipse

In vili pâlea , pàupere cultu ,
Flectens império corda po-
tenti.

Ad cunas humiles póplice cur-
vo ,

Præfens in Pûero Numen
adorant :

Et nos ad Pûerum , digna
propágo ,

Patrum plena fide corda
ferámus.

Regi castus amor pórrigat au-
rum ;

Castigáta hómini córpora
myrrham ;

Instar thuris erunt vóta præ-
cesque :

Illo thure Deum ritè faté-
mur.

Qui fons lúminis est , glóriæ
Patri :

Qui miro récreas lúmine
Gentes ;

Æqualis tibi sit glória , Na-
te :

Ambórum similis laus sit
Amóri. Amen.

Ps. Pópulus qui creábitur ,
laudábit Dóminum ; **R.** Quia
prospexit de excelsó sanctó
suo. *Ps.* 101.

Ad Benediclus. Ant. 3. 2.
Per viscera misericórdiæ Dei
nostri visitávit nos Oriens ex
alto , illumináre his qui in té-
nebris & in umbra mortis se-
dent. *Allelúia. Luc.* 1.

Oratio.

Deus , qui hodiernâ die
Unigénitum tuum Gén-
tibus , stellâ duce , revelasti ;
concede propítius , ut qui jam
te ex fide cognóvimus , usque
ad contemplandam spéciem
tuæ celsitudinis perducámur ;
Per eundem Dóminum no-
strum Jesum Christum.

A D H O R A S.

Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 6. F. Benignitas.

*Non dicitur Symbolum , Qui-
cumque.*

*In 3. br. 7. Qui te revélas
Géntibus.*

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Vita.

Capitulum. Rom. 3.

Nunc sine lege justitia Dei
manifestata est , testificá-
ta à lege & prophétis : justitia

autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum; non enim est distinctio.

R. br. Benedícite, gentes, * Deum nostrum, * Allelúia, allelúia. Benedícite. *Ps.* Et audítam fácite * vocem laudis ejus, * Allelúia. Glória Patri. Benedícite. *Pf.* 65.

Ps. In conspectu géntium revelávit justítiam suam: *R.* Recordátus est misericórdiæ suæ. *Pf.* 97.

A D S E X T A M.

Ant. 7. d. Qui dixit.

Capitulum. Is. 49.

Dédi te in fœdus pópuli, & ut suscitáres terram, & possidères hæreditátes dissipátas; ut diceres his qui vincti sunt: Exite; & his qui in ténébris: Revelámini.

R. br. Benedictus qui venit * in nómine Dómini, * Allelúia, allel. Benedictus. *Ps.* Deus Dóminus, * & illuxit nobis, * Allelúia. Glória. Benedictus. *Pf.* 117.

Ps. Apud te, Dómine, est fons vitæ; *R.* Et in lumine tuo vidébimus lumen. *Pf.* 35.

A D N O N A M.

Ant. 4. E. Grátia.

Capitulum. Rom. 15.

Dico Gentes super misericórdia honoráre Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Géntibus, Dómine, & nómini tuo cantábo. Et iterum dicit: Lætámini, Gentes, cum plebe ejus.

R. br. Afferte Dómino, pátrix géntium, * afferte Dómino glóriam & honórem, * Allelúia, allelúia. Afferte.

Ps. Afferte Dómino * glóriam nómini ejus, * Allelúia. Glória Patri. Afferte. *Pf.* 95.

Ps. Veníte in conspectu ejus,

R. Et adoráte Dóminum in decóre sancto. 1. *Par.* 16.

A D I I. V E S P E R A S.

Ant. 1. g. Mystérium.

In Ps. Dixit Dóminus. 25.

Ant. **M**ystérium quod ab 1. g. **M**scónditum fuit à séculis & generatióibus, nunc manifestátum est. Allelúia. *Coloss.* 1.

Ant. 2. D. Gentes.

In Ps. Laudáte, púeri. 26.

Ant. Gentes quæ non sectábantur justítiam, apprehenderunt justítiam; justítiam autem quæ ex fide est. Allelúia. *Rom.* 9.

Ant. 3. a. In Christo Jesu.

In Ps. Laudáte Dóminum.

124. *Ant.* In Christo Jesu, vos qui erátis longè, facti estis propè; ipse enim est pax nostra, qui fecit útraque unum. Allelúia. *Ephes.* 2.

Ant. 4. E. Véniens.

In Ps. Lætátus sum. 63.

Ant. Véniens evangelizávit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè. Allelúia. *Ephes.* 2.

Ant. 5. C. Non est.

In Ps. Confitebor tibi... quóniam. 96. *Ant.* Non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet eum, & operátur justítiam, acceptus est illi. Allel. *Act.* 10.

Capitulum. Rom. 9.

Vocávit nos Deus non solum ex Judæis, sed etiam ex Géntibus, sicut in Qsée dicit: Vocábo non ple-

hem meam, plebem meam; Qui nos membra sacri corpō
& non dilectam, dilectam; ris efficit,
& non misericordiam consecratam, misericordiam consecratam.

Hymnus.

Huc vos, ô miseri: surda relinquitur,

Quæ cæci colitis, mutaque numina:

Se vobis aperit splendida civitas,

Veri Numinis hospita.

En vestrae præeunt primitiæ Magi;

Vatum dicta patent: exitiabilibus

Errorum tenebris obsita gens diu,

Miro lumine spargitur.

Ambo sic populi, dissociabilis Quos dudum paries separat, unicum

In corpus cœeunt. Hoc proprium modò

Ambobus maneat decus!

O arcana Dei consilia! ô tuo Deturbata gradu, primus amor Dei,

Plebs Judæa! tuis glória gentium

Damnis, vitæ nascitur.

Iam nativa oleæ brachia decidunt,

Rami degeneres, germen adulterum;

Miraturque novos semine non suo

Arbor crescere surculos.

Nos radix oleæ sustinet. Ah! cave,

Qui stas, ne sterili deficias fide.

Tu ramos veteres insere denudò:

Tu serva, Deus, insitos,

Sit laus summa Patri: laus quoque Filio;

Cujus membra sumus: quo vigor infuit

Membris, laus tibi, Spiritus Amen.

V. Populi confitebuntur tibi, Deus, &c. In æternum, &c. in sæculum sæculi. Ps. 44.

Ad Magnificat. Ant. 1. A:

Manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, prædicatum est Gêntibus, creditum est in mundo. Allelûia. 1. Tim. 3.

Oratio, ut supra ad Laudes:

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capitulum de Dominica. Reliqua ut heri, 280.

¶ De DÔMINICA intrâ

Octavam Epiph. in quamcumque diem Octavæ incidit, sit

Officium ut notatur infrâ.

Si verò Dominica intrâ Oct. Epiph. incidit die 13. Januar. Officium hujus Dominicæ fiet ut notatur infrâ die 12.

Sabbato præcedente, (nisi sit dies Epiph.) ad Vesperas dicuntur Psalmi de Sabbato sub

sola Ant. 1. g. Mystérium quod absconditum fuit à sæculis &

generatiônibus, nunc manifestatum est. Allelûia. Coloss. 1.

Capitulum. Isaïæ 45.

Convertimini ad me, & salvi eritis, omnes fines terræ; quia ego Deus, & non est alius. In memetipso juravi; egrediétur de ore meo justitiæ verbum, & non revertetur, quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.

Hymnus, Quæ stella. 279.
 ¶ Quærite Dóminum, &
 virtutem ejus: *R. Quærite faci-*
ciem ejus semper. 1. Par. 16.
Ad Magnific. Ant. J. Quæ-
rétis me, & inveniétis: cum
quæsiéritis me in toto corde
vestro, & invénia- à vobis,
ait Dóminus. Jerem. 29.

Oratio, ut infrâ ad Laudes.
Nõn sit alia com. Epiphaniæ.

DOMINICA
INTRA OCTAVAM
EPIPHANIÆ.

AD OFFICIUM NOCT.

¶ Dómine, lábia. &c.

Invit. Verbum vitæ apparuit
*vobis: * Venite, adorémus,*
1. Joan 1. P. Venite. 2.

Hymnus.

Quà lapsu tácito stella lo-
 quácibus

Scintillat rádiis, huc óculis

Magi,

Huc desidériis, huc rápidis

simul

Certant téndere pássibus.

Ut ventum Sólymam, non
 sine númine

Lætam stella facem, proh
 dolor! ócculit;

Incertosque víx, ceu mé-
 dio vagam

Cursu, destituit ratem.

Illí, nil rábiem princípis, ín-
 vidas

Nil artes vériti, (tanta áni-
 mis fides!)

Urbis per trépidae cõmpita
 prædicant

Regem quærere se novum.

Nec vos irrita spes decipiet,
 Magi;

Quò divína vocat página,
 jéndite:

Illic quem sua plebs réspuit,
 éteris

Regem nosse Deum datur.

Sit laus summa Patri, summa-
 que Filio;

Ambórum sit idem Spiritu
 decus,

Qui, dum stella pedes præ-
 via dirigit,

Dux mentem mélior monet.
 Amen.

Psalmi de Dominicâ.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. OREX géntium,
inter cunctos sapientes, & in
universis regnis nullus est sími-
lis tui. Jerem. 10.

Ant. 7. d. Tua est, Dó-
mine, magnificéntia; &
poténtia, & glória: tuum,
Dómine, regnum; & tu es
super omnes principes. 1.
Paral. 29.

Ant. 3. d. Benedíctum no-
men glóriæ tuæ sanctum, &
laudábile in ómnibus scéculis:
benedíctus es in throno regni
tui. Dan. 3.

¶ Regnabit Deus super gen-
 tes: *R. Deus sedet super sedem*
sanctam suam. P. 46.

Hæc nocte, & sequent. intrâ
Octav. legitur Epist. prima ad
Corinthios, quæ habetur infrâ
post Officium Octavæ. Lectioes
verò quæ aliquando supersunt de
Epistola ad Romanos, præter-
mittuntur.

Post j. Lect. R. Viri sublimes
*ad te transibunt, & * Tui*
erunt: te adorábunt, teque de-
precabuntur. Tantum in te est
Deus, & non est absque te
Deus. ¶ Est repromissio óm-
nibus qui longè sunt, quos-
cumque advocáverit Dómi-

290 *Dominicá intrá Octáv. Epiphaniæ.*

nus Deus noster. * Tui erunt.
If. 45. Al. 2.

Post ij. Leã. B. Venient pópuli multi, & gentes robustæ,
* Ad quærendum Dóminum exercituum in Jerúsalem, & deprecandam faciẽm Dómini.
* Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilóne, & Austro, * Ad quærendum.
Zach. 8. Luc 13.

F. ost iij. Leã. B. Super ipsũ continebunt reges os suum;
* Quia quibus non est narratũ de eo, vidẽrunt; & † Qui non audierunt, contemplati sunt. * An Judæorum Deus tantũ? Nonne & Gẽntium?
* Quia. Glória. † Qui non.
If. 52. Rom. 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Pasce pópulum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ. *Mich. 7.*

Ant. 6. F. Manus tua in cervicibus inimicórum tuórum, adorábunt te filii patris tui.
Gen. 49.

Ant. 8. c. Relinquent gentes idóla sua, & venient; & gaudẽbunt adorantes Regem Israel. *Tob. 14.*

* Adoraverunt omnes pingues terræ: *R.* In conspectu Dómini cadent omnes qui descendunt in terram. *Pf. 21.*

Sermo sancti Máximi Episcopi.

Homil. 1. in Epiph.

Lectio iv.

IN hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruímur, multiplici nobis est festivitate lætandum. Ferunt enim hodie Christum Dóminum nostrum, vel, stellã duce, à Gẽnti-

bus adoratum; vel invitatum ad nuptias, aquas in vina versisse; vel suscepto à Joanne baptismate, consecrassẽ fluentã Jordánis, suumque simul purificassẽ Baptistã. Sed quid potissimum præsentĩ hoc factum sit die, nóverit ipse qui fecit; nos tamen credere, nec dubitare debemus, quiddam illud est, factũ esse pro nobis.

R. Cum natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Heródis regis, * Ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosólymã. * Circúmspice, Jerúsalem, ad Orientem, & vide jucunditatem à Deo tibi venientem.
* Ecce. *Matth. 2. Baruch. 4.*

Lectio v.

NAm quod eum fulgentioris stellæ rádiis incitãti adoravere Chaldæi, Deum verum Gẽntibus spes data est adorandi. Quod aquæ novo ordine sunt in vina mutatæ, novi nobis póculi prælibatum est sacramentum. Quod autem baptizatus est Agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum. Et quàm rectè tria hæc nobis uno acta in die mystéria prædicantur, qui ineffabilis Trinitatis arcánium uno Dei sub nómine consistémur! Per hæc ergo miracula Christum Dóminum, Redemptorque noster, óculis se vóluit revelare mortalium, quatenus invisibilis ejus divinitas quæ latebat in hómine, in ópere non latéret.

R. Venērunt Magi, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? * Vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus

Dominicá intrá Octav. Epiphaniæ. 291

adorare eum. *Ps.* Orietur stella
ex Jacob, & confurget virga
de Israel: de Jacob erit qui
dominétur. * Vidimus stellam.

Matth. 2. Num. 24.

Hom. 6. *Lectio vj.*

Quid igitur, fratres, hoc
lætius die? quid hâc so-
lemnitâte sacrâtius, in qua par-
tum Virginis, qui latebat in
cunis, stella fulgéntior co-
ruscâvit; in qua Unigénitum
Dei, in sanctificatióem suâ,
Jordánis unda fuscépit, homo
Spíritum sanctum vidit, Pa-
trem mundus audívit; in qua
etiam sóbrio illo vini mirábi-
lis póculo, peccâtiis ébrium
mortâle genus visitasse se Chri-
stus ostendit? Ideò, caríssimi,
in spirituálibus donis, lúbricæ
carnis voluptâte depósitâ, spi-
rituáliter gaudeamus; ut téné-
bras cordis nostri lumen stellæ
cœlestis irrâdiat, benedictio
paternæ vocis illustret, & sa-
lutâre nos vinum, Christo pro-
pinante, lætificet.

R. Ecce stella quam víde-
rant Magi in Oriente, antece-
debat eos, usque dum véniens
staret supra ubi erat Puer.
* Videntes stellâ, gavísi sunt
gáudio magno valde. *Ps.* Am-
bulábunt Gentes in lumine
tuo, & reges in splendóre or-
tûs tui. * Videntes. Glória
Patri. * Videntes. *Matth.* 2.
Jf. 60.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Ecce testem pó-
pulis dedi eum, ducem ac præ-
ceptórem Géntibus. *Jf.* 55.

Ant. 4. d. Convertentur,
quia nunc magnificábitur us-
que ad términos terræ. *Mich.* 5.

Ant. 8. G. In médio pópuli
sui gloriábitur, & in ecclésiis
Altríssimi aperiet os suum. *Ec-
cli.* 24.

Ps. Deus stetit in synagoga
deórum; *R.* In médio autem
deos dijúdicat. *Ps.* 81.

*Lectio sancti Evangelii secun-
dum Lucam.*

Lectio vij. Cap. 2.

In illo témpore; Puer cres-
cébat & confortabátur,
plenus sapiéntiâ: & grátia Dei
erat in illo. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósii
Episcopi.

Lib. 2. in *Luc.* n. 63.

A Duodécimo anno, ut
légimus, Dominicæ
sumitur disputatiónis
exórdium: hic enim prædi-
candæ fidei evangelizantium
númerus debebátur. Nec otio-
sè immemor suórum secun-
dum carnem parentum, qui
secundum carnem útique sa-
piéntiâ Dei implebátur & grá-
tiâ, post triduum reperitur in
templo; ut esset indício quia
post triduum triumphális illius
passiõnis in sede cœlesti, &
honóre divíno fidei nostræ se
resurrecturus offerret, qui mór-
tuus credebátur.

R. Remansit puer Jesus in
Jerúsalem, & non cogno-
vérunt parentes ejus; & post
triduum * Invenérunt illum in
templo sedentem in médio do-
ctórum, audientem illos, &
interrogantem eos. *Ps.* Lætá-
mini in Dómino Deo vestro;
quia dedit vobis Doctórem
justitiz. * Invenérunt. *Luc.* 2.
Joel. 2.

n. 64.

Lectio viij.

Quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in propria Patris mei oportet me esse? Dux sunt in Christo generationes: una est paterna, mater na áltera. Paterna illa divínior; materna verò, quæ in nostrum labórem usumque descendit. Et idéo quæ supra naturam, supra ætatem, supra consuetudinem sunt, non humanis assignanda virtútibus, sed divinis referenda sunt potestátibus. Alibi eum ad mystérium mater impellit: híc mater arguitur; quia adhuc quæ humana sunt, exígat. Sed cum híc duodecim describátur annórum, illíc discipulos habére doceátur; vides matrem didicisse de filio, ut exígeret à validióre mystérium, quæ stupebat in junióre miraculum.

R. Dixit mater Jesu ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebámus te. * Quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? * Dixit mihi Dóminus: Servus meus es tu. Et ego dixi: Ergo opus meum cum Deo meo. * Quid est. *Luc. 2. Is. 49.*

n. 65.

Lectio ix.

Et venit Názareth, & erat súbditus illis. Quid enim magister virtútis, nisi officium pietátis impléret? Et mirámur si Patri desert, qui súbditur matri? Non útique infirmitátis, sed pietátis est ista súbditio: atollat licet sævis emisus látebris cóluber perfiditæ caput, & serpentínis évomat

venéna pectóribus. Cum dicit se Filius missum, majóre hæreticus appellat Patrem; ut imperfectum Filium dicat, qui potest habére majórem, ut aliénis auxiliis áfferat eum qui mittitur, indigére: numquid & humano egébat auxílio, ut materno servíret império?

R. Descendit Jesus cum eis, & venit Názareth: & * Erat súbditus illis. * Mens justí meditatúr obediéntiam. * Erat. Glória. * Erat. *Luc. 2. Prov. 15. Te Deum.*

* *Sacerd.* Constituteantur tibi pópuli, Deus, constituteantur tibi pópuli omnes: **R.** Latentur & exultent gentes. *Pf. 66.*

AD LAUDES.

Pf. & Antiphona cum Cantico, ut in die Epiphania. 285. Capitulum. Apoc. 21.

Civitas non eger sole, neque luná, ut luceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucerna ejus est Agnus. Et ambulábunt gentes in lumine ejus, & reges terræ áfferent glóriam suam & honórem in illam.

*Hymnus, Linqunt. ut supra, 286. * Pópulus 286.*

Ad Benedictus. Ans. 2. D. Stupébant omnes qui eum audiebant, super prudéntia & responsis ejus. *Luc. 2.*

Oratio.

Vota, quæsumus, Dómine, supplicantis pópuli cælesti pietáte proséquere: ut, & quæ agenda sunt videant, & ad implenda quæ viderint, convalescant; Per.

Non fit alia commemoratio Epiphania.

AD

Diebus intrâ Octav. Epiphania.

293

AD HORAS, omnia ut in die Epiphania. excepto Canone ad Primam, qui habetur ad Calcem secundum diem Hebd. ubi legitur Epist. ad Corinthios.

AD VESPERAS.

(Nisi hæc Dominica concurreat I. Vesp. diei Oct. Epiph.) Ps. de Dominica, cum. Ant. de II. Vesp. Epiphania. 287. Capitulum. Ephes. 4.

Crescâmus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam subministratiônis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificatiônem sui in caritate.

Hymnus, Huc vos. Ps. Pópuli. ut supra, 288.

Ad Magnific. Ant. J. Jesus proficiébat sapiéntiâ, & ætate, & grâtiâ apud Deum & homines. Luc. 2.

Oratio, ut supra ad Laudes.

Non fit alia commem. Epiph.

COMPLET. ut in die. 288.

DIEBUS

Intrâ Octavam

EPIPHANIE.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto Off.

AD NOCTUR. Invitatorium & Hymnus, 289. Tres Antiph. & Ps. sumuntur de Nocturno Dominicæ intrâ Octav. juxta Feriam; id est, Ferid ij. & v. ex. I. Noct. Ferid iij. & vj. ex II. Noct. Ferid iv. & Sabbato, ex III. Nocturno.

Lectio j. ante Dominicam in Mimâ. Pars Hyem.

tra Oct. sumitur de Epistola ad Romanos post Dominic. verò de Epist. prima ad Corinthios.

Lectio ij. & iij. habentur infra pro unaquaque die.

Ferid secundâ & quintâ dicuntur B.B.B. I. Nocturni. Ferid iij. & vj. dicuntur B.B.B. II. Nocturni. Ferid iv. & Sabbato dicuntur B.B.B. III. Nocturni.

AD LAUDES.

Canticum Epiphaniae, 285.

Ant. sola. 1. g. Voluit Deus. quæ est quarta de Laudibus supra. 285.

Antiphona ad Benedictus habetur infra pro qualibet die.

AD HORAS ut in die, excepto Canone, qui sumitur unde sumpta est Scriptura occurrens, ut supra dictum est.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 1. g. Mystérium: quæ est prima de Vesperis supra. 287.

Antiph. ad Magnificat. ut infra pro qualibet die.

COMPLET. ut supra, 280.

DIE VII.

DE OCTAVA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 9.

Non omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ; neque qui semen sunt Abraham, omnes filii; sed, In Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniâ; & erit Saræ filius. Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac

patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (ut secundum electionem propositum Dei manerét) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Absit. Móysi enim dicit: Miserebor cujus misereor; & misericordiam præstabo cujus miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

De Sermóne sancti Leónis Papæ.

In Epiph. 4. *Leitio ij.*

Justum & rationabile, dilectissimi, veræ pietatis obsequium est, in diebus qui divinæ opera misericordiae protestantur, toto corde gaudere, & honorificè ea quæ ad salutem nostram gesta sunt, celebrare; vocante nos ad hanc devotionem ipsâ recurrentium temporum lege, quæ nobis post istum diem in quo cœternus Patri Filius Dei natus ex Virgine est, brevi intervallo, Epiphaniæ intulit festum, ex apparitione Domini consecratum: in quo fidei nostræ magnum præsidium providentia divina constituit; ut, dum solemnî veneratione colitur adorata in exordiis suis, Salvatoris infantia, per ipsa originalia documenta probarétur veri hominis in ipso orta natura. Hoc enim est quod justificat simplices, hoc est quod ex peccatoribus facit sanctos, si in uno eodemque; Domino nostro Jesu

Christo, & vera deitas, & vera credatur humanitas: deitas, quâ ante omnia sæcula in forma Dei æqualis est Patri; humanitas, quâ novissimis diebus in forma servi unitus est homini.

Leitio iij.

AD roborandum ergo hanc fidem, quæ contra omnes præmuniebatur errores, ex magna gestum est divini pietate consilii; ut gens in longinqua orientalis plagæ regione consistens, quæ spectandorum siderum arte pollébat, signum nati Pueri qui supra omnem Israel esset regnaturus, acciperet. Nova etenim claritas apud Magos stellæ illustrioris apparuit, & intuiti animos ita admiratione sui splendoris implévit, ut nequâquam sibi crederent negligendum quod tanto nuntiabatur indicio. Præerat autem, sicut res docuit, huic miraculo gratia Dei: & cum Christi nativitatem nec ipsa adhuc Bethleem tota didicisset, jam illam credituris Gentibus inferébat; & quod nondum póterat humano eloquio dísseri, cœlo faciébat evangelizante cognosci.

Ad Benedictus. Ant. 2. D. Patrum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob: ecce dedi te in lucem gentiũ. Is. 49.

Ad Magnificat. Ant. 8. G. Hæc Prophætæ locuti sunt & Móyses: Passibilis Christus, primus lumen annuntiaturus est populo, & Gentibus. Alleluia. Añ. 26.

Fis comm. S. Odilonis Abbat. per Ant. Egrédere. V. Potens. xxix. Orat. Deus cujus. xxxij.

DIE VIII.

DE OCTAVA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Letitio j. Cap. 9.

Dicis mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se fixit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in intractum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiae, quæ præparavit in gloriam. Quos & vocavit nos non solum ex Judæis, sed etiam ex Gæntibus, sicut in Osée dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam; & non dilectam, dilectam; & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit: In loco ubi dictum est eis: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.

De Sermone sancti Leonis Papæ.

In Epiph. 6. Letitio ij.

Dies, dilectissimi, quo primum Gæntibus Salvator mundi Christus apparuit, sacro nobis honore venerandus est. Neque enim ita ille emensus est dies, ut virtus operis, quæ tunc est revelata, transferret; nihilque ad nos nisi rei gestæ fama pervenerit,

quam fides susceperet, & memoria celebraret; cum, multiplicato munere Dei, etiam quotidie nostra experiantur tempora quidquid illa habuerit primordia. Unde cum certum hómnes mundanæ sapientiae deditos, & à Jesu Christi confessione longinquos, de profundo erroris sui educi, & ad agnitionem veri luminis advocari, divinæ procul dubio gratiæ splendor operatur: & quidquid in cordibus tenebrosis novæ lucis apparet, de ejusdem stellæ radiis micat; ut mentes quas suo fulgore contigerit, & miraculo moveat, & ad Deum adorandum præuendo perducatur.

De S. Odilone. Letitio iij.

Odilo nobilis Arvernus, à primâ juventute uni servivit Deo. Nomen statim dedit Clericali militiæ; sed paulò post, vitæ Monasticæ studiosus, magistrum sibi elegit Majolum cœnobii Cluniacensis Abbatem, & virtutum Magistri discipulum se præbuit verè æmulum. In honore, & onere, digno Abbatis datus est dignus successor, sicque officii sui partes explèvit, ut minus homo terrenus, quam cœlestis, habitus esset. In decantandis nocturnis diuque divinis laudibus erat indefessus, corpusque suum vigiliis, jejuniis, omnique pœnæ genere macerabat. Pater verè pauperum, quibus ut subveniret, cum alia non esset subveniendi via, nec ipsis vasis sacris pepercit. Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum, primâ die post Festum

omnium Sanctorum, in Monasteriis suis fieri præcepit, quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens, comprobavit. Obiit Kalendis Januarii, innumeris clarus miraculis, anno millésimo quadragésimo tertio.

Ad Benedictus. Ant. 4. D. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Alleluia. *If. 9.*

Pro comm. S. Odilonis. Ecce ego. V. Venite. Orat. Deus cujus munere. xxxij.

Ad Magnificat. Ant. 4. f. Eratis vos aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambuláte. *Ephes. 5.*

DIE IX.

DE OCTAVA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Leitio j. Cap. 9.

Isaias clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ fient. Verbum enim consummans, & abbrevians in æquitate; quia verbum brevium faciet Dominus super terram. Et sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sódoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissetemus. Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam; justitiam autem quæ ex fide est. Israel vero sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus; offenderunt enim in lapidem offensivum, sicut scriptum est: Ecce

pono in Sion lapidem offensivum, & petram scándali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

De Sermone sancti Leonis Papæ.

In Epiph. 7. Leitio ij.

In dispensationibus sacramentorum Christi & virtutes sunt gratiæ, & incitamenta doctrinæ; ut quem confitemur fidei spiritu, operum quoque sequamur exemplo. Nam etiam ipsa primordia, quæ Dei Filius per matrem Virginem nascendo suscepit, ad provectum nos pietatis instruunt. Simul enim apparet cordibus rectis in una eademque persona, & humana humilitas, & divina majestas. Quem cum testantur infantem, cælum & cælestia suum loquentur auctorem. Sed in his nostrorum vulnere est curatio, & nostræ dejectionis erectio; quia nisi in unum tanta diversitas conveniret, reconciliari Deo humana natura non posset.

Leitio iij.

Legem ergo vivendi remedia nobis nostra sanxerunt; & inde data est moribus forma, unde mortuis est impensa medicina. Nec immerito, cum tres Magos adorandum Jesum novi sideris claritas deduxisset, non eum imperantem dæmonibus, non mortuos suscitantem, non cæcis visum, aut claudis gressum, aut mutis eloquium reformantem, vel in aliqua divinorum virtutum actione viderunt; sed puerum silentem, quietum, &

sub matris sollicitudine constitutum : in quo nullum quidem apparet de potestate signum , sed magnum præbatur de humilitate miraculum. Ipsa itaque species sacræ infantis , cui se Deus Dei Filius aptarat , prædicationem auribus intemandam , oculis ingererat ; ut quod adhuc vocis non profererat sonus , visionis jam doceret effectus. Tota enim victoria Salvatoris , quæ & diabolum superavit & mundum , humilitate est concepta , humilitate est confecta. Dispositos dies sub persecutione inchoavit , & sub persecutione finivit ; nec puero tolerantia passionis , nec passuro defuit mansuetudo puerillis.

Ad Benedictus. Ant. 8. c.
Veniens ad te , & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. *Is. 60.*

Ad Magnificat. Ant. 3. d.
Omnes gentes adorabunt in conspectu tuo , Domine ; quoniam judicia tua manifestata sunt. *Apoc. 15.*

Fit commemor. sancti Pauli Eremitæ. Ant. Reliquisti. ♯. In umbra. *ut in Communi Monachorum , xxix. Oratio , Omnipotens , xxxij.*

DIE . X .

DE OCTAVA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectione j. Cap. 10.

Dicit Scriptura : Omnis qui credit in illum , non confundetur. Non enim est distinctio Judæi & Græci ; nam idem Dominus omnium , dives in

omnes qui invocant illum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini , salvus erit. Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt ? Aut quomodo credent ei quem non audierunt ? Quomodo autem audient sine prædicante ? Quomodo verò prædicabunt , nisi mittantur ? Sicut scriptum est : Quam speciosi pedes evangelizantium pacem , evangelizantium bona ! Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit : Domine , quis credidit auditui nostro ? Ergo fides ex auditu ; auditus autem per verbum Christi. Sed dico : Numquid non audierunt ? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum , & in fines orbis terræ verba eorum.

Ex libro sancti Irenæi Episcopi & Martyris , contra hæreses.

Lib. 3. C. 10.

Lectione ij.

Matthæus Magos ab Oriente venientes ait dixisse : Vidimus enim stellam ejus in Oriente , & venimus adorare eum ; deductosque à stella in domum Jacob ad Emmmanuel , per ea quæ obrulerunt mûnera , ostendisse quis erat qui adorabatur : myrrha quidem , quod ipse erat qui pro mortali humano genere moreretur & sepeliretur ; aurum verò , quoniam Rex cuius regni finis non est ; thus verò , quoniam Deus qui & notus in Judæa factus est , & manifestus eis qui non quærebant eum.

*De sancto Paulo Eremita,**Lectio iij.*

PAULUS, Eremitarū auctor & magister, apud inferiorem Thebaidem natus, cum quindecim esset annorum, parentibus orbatus est. Declinanz causā persecutiōnis Décii & Valeriani, & Deo liberius inserviendi, in eremi speluncam se contulit; ubi palmā ei victum & vestitum præbente, vixit ad centesimum & desimum tertium annum: quo tempore ab Antonio nonagenario, Dei admōnitu invistur. Quibus cum propriis se nominibus, licet antea sibi invicem ignoti, salutassent, gratiasque Domino in commune retulissent, corvus qui ab annis sexaginta Paulo dimidiatum panem quotidie asserēbat, integrum detulit. Quare, cum gratiarum actiōne ad fontem capientes cibum, ubi transper recreati sunt, noctem in divinis laudibus consumpsērunt. Diluculo Paulus, de morte quæ sibi instaret, admonens Antonium, hortatur ut pāllium quod ab Athanasio acceperat, ad involvendum suum corpus asserret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter Angelorum choro, inter Prophetarum & Apostolorum cœtus, Pauli animam in cœlum ascendere. Cūque ad ejus cellam pervenisset, invenit genibus complicatis, erectā cervicē, extensisque in altum manibus, corpus exanime; quod pāllio obvolvens, hymnosque & psalmos ex christiana traditiōne decantans, in fō-

veam, à duobus leonibus qui eo occurrerant effossam, sanctum corpus intulit; &, injectā humo, tūmulum ex christiano more composuit: tunicam verò Pauli, quam in sportæ modum ex palmæ fōliis ille sibi contexerat, secum auferens, eo vestitu diebus solēmnibus Paschæ & Pentecostes, quoad vixit, usus est.

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Cognoscent Egyptii Dñum in die illa, & colent eum in hōstis & in munēribus. Is. 19.

Fu comm. S. Pauli, Eremitæ, Ant. Pars mea. 7. Clamavi ad te. Orat. Omnipotens semipiternæ Deus. ut in Comuni, xxxij.

Ad Magn. Ant. 7. G. Reges terræ asserent glóriam suam & honorem; & asserent glóriam & honorem Gēntiū. Apoc. 21.

DIE XI.

DE OCTAVA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. II.

Vobis dico Gēntibus: Quāndiu quidem ego sum Gēntium Apostolus, ministērium meum honorificābo, si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi; quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quod si delibatio sancta est, & massa; & si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem, cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis olivæ

factus es, noli gloriari adversus ramos. Quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dices ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.

Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 200. de Tempore.

Leſſio ij.

AD partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt: magnum sacramentum. In præſepi Christus jacébat, & Magos ab Oriente ducébat. Abscondebátur in stábulò, & agnoscebátur in cælo; ut ágnitus in cælo manifestarétur in stábulò, & appellarétur Epiphánia dies iste, quod latínè Manifestátio dici potest: simul ejus celsitudínem humilitatemque commendans; ut qui in aperto cælo signis fidereis monstrabátur, in angusto diversório quæsitus invenirétur; inválidus infantilibus membris, involútus infantilibus pannis, adorarétur à Magis, timerétur à malis. Timuit enim eum rex Heródes, eisdem sibi Magis nuntiántibus, cum adhuc quærent parvulum quem cognóverant, cælo teste, jam natum. Quid erit tribúnal judicantis, quando superbos reges cunæ terrébant infantis?

Leſſio iij.

Hæc Magórum illuminátio magnum testimónium

cæcitatís éxitit Judæórum. In terra eórum isti requirebant quem illi in sua non agnoscebant. Apud eos isti infantem invenérunt; quem illi apud se docentem negavérunt. In his terris de longinquo isti peregrini púerum Christum notidum verba promentem adoravérunt, ubi cives illi júvenem mirácula facientem crucifixerunt. Isti in membris parvis Deum agnovérunt, illi in factis magnis nec tanquam hómini pepercerunt: quasi plus fuerit vidére novam stellam in ejus nativitate fulgentem, quàm solem ejus in morte lugentem.

Ad Benedictus. Ant. 7. d.
Erit in loco ubi dicéur eis: Non pópulus meus vos; dñcetur eis: Filii Dei viventis. *Of. 1.*

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Dñe, redemisti nos Deo ex omni tribu, & línguá, & pópulo, & natíone; & fecisti nos Deo nostro regnum. *Apocal. 5.*

DIE XII.

DE OCTAVA.

[*Si sit Sabbatum, Officium fiet hoc modo.*

Invit. & Hymnus, ut in Dominica intrâ Octav. 289.

Psalmi de Sabbato; sub tribus Antiph. & 7. tertii Noſt. de eadem Dominica, 291.

Leſſio j. de Scriptura occurrit in Sabbato; ij. de Serm. 8. Fulgentii, quæ incipit per hæc verba: Tráctum tenémus. infrá; iij. de Evang. Domini-cæ, cum prima Leſſione Homiliæ, 291.

Duo priora R. sumuntur & III. Noſt. Epiph. 290. tertium verò R. Remansit. cum. Glória Patri. 291.

AD LAUDES, Psalmi de Sabbato, cum Cant. de Festo Epiphaniae sub Antiph. Voluit Deus, ut in Feriis intrâ Octavam, 293.

Cetera ut notantur pro eadem Dominica, usque ad II. Vesperas exclusivè, quæ erunt integræ de die Octavæ, sine commemoratione Dominicæ.

Epistola verò ad Corinthios, quæ ponitur in Dominica, inchoabitur ipsâ die Octavâ.]

Sed in quacumque alia Feria, fiet de eo ut sequitur.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 12.

Oblesco vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri; ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, & benèplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; & unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

Sermo S. Fulgentii Episcopi. In Epiph. 4. *Lectio ij.*

Traditum tenemus à patribus, quod Unigenitus

Dei, postquam est secundum carnem temporaliter natus, in isto die est, Magis venientibus, manifestatus; à quibus, oblatis munèribus, suppliciter est adoratus. Quid est, fratres, ut isti Magi Regem Judæorum adorandum quærerent, cum ipsi Judæi non essent? Et quem Regem? Utique non Herodem, sed Christum. De Heròde filii jam fuerant nati, qui erant, patre mortuo, regnatùri. Mortuo Heròde, Archelæus regnâvit. Archelæus natus est in palatio, Christus in diversorio: Archelæus natus, in lecto est argenteo positus; Christus autem natus, in præsepio est brevissimo collocatus: & tamen ille natus in palatio, contemnitur; iste natus in diversorio, quæritur: ille à Magis nullatenus nominatur; iste inventus, suppliciter adoratur.

Lectio iij.

Quis est iste Rex Judæorum? Pauper & dives, humilis & sublimis: qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus: parvulus in præsepio, immensus in cælo: vilis in panis, pretiosus in stellis. Quid est quod sic turbâris, Heròdes? Rex iste qui natus est, non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjugare: nec idèò natus est ut tibi succedat, sed ut in eum mundus fideliter credat. Venit ergo, non ut pugnet vivus, sed ut triumphet occisus. Puer qui nunc à Magis dicitur Rex Judæorum, idem creator est & Dominus Angelorum. Quapropter cujus times infantiam

nascens, magis timere debes
omnipotentiam judicantis. Noli
ergo eum timere regni tui suc-
cessorem, sed time infidelitatis
tuæ justissimum damnatorem.

Ad Benedictus. Ant. 5. C.
Qui redempti sunt à Domino,
revertentur laudantes; & læti-
tia sempiterna super capita eor-
um. *Is. 51.*

DIE XIII.

OCTAVA EPIPHANIE,
& Baptismus Domini.

Duplex-majus.

IN PRIMIS VESPERIS.

*Psalmi de Feria; & sic in
oro Officio.*

Ant. 8. G. **E**rit fons patens habi-
tans in Jerúsalem,
in ablutionem peccatoris; &
desperdam nomina idolorum
de terra. *Zach. 13.*

Ant. 3. à. Sanctificabo no-
men meum magnum, quod
pollutum est inter gentes; &
effundam super vos aquam
mundam. *Ezech. 36.*

Ant. 6. F. Mundabimini ab
omnibus inquinamentis ve-
stris; & ab universis idolis ve-
stris mundabo vos. *Ezech. 36.*

Ant. 4. E. Faciam ut in præ-
ceptis meis ambulatis, & judi-
cia mea custodiatis, & operemini. *Ezech. 36.*

Ant. 5. a. Eritis mihi in
populum, & ego ero vobis
in Deum; & salvabo vos.
Ezech. 36.

Capitulum. Joel. 3.

Erit Jerúsalem sancta; &
alieni non transibunt per
eam amplius. Et erit in die illa:
Stillabunt montes dulcedinem,
& colles fluent lacte, & per

omnes rivus Juda ibunt aquæ;
& fons de domo Domini egre-
dietur, & irrigabit torrentem
spinarum.

R. Qui post me venturus est,
fortior me est, cujus non sum
dignus calceamenta portare:
* Ipse † Vos baptizabit in Spi-
ritu sancto, & igni. †. Sanctus
vocabitur omnis qui scriptus
est in vita in Jerúsalem; si
abluerit Dominus sordes filia-
rum Sion in spiritu judicii &
spiritu ardoris. * Ipse. Glória.
† Vos. *Matth. 3. Is. 4.*

Hymnus.

Clamantis ecce vox sonans
Deserta Judææ quatit:
Mox ad Joannem confluunt,
Quos criminum moles gravat.

En ipse permixtus reis
Accedit Agnus innocens;
Agnus suo qui sanguine
Piaabit orbis crimina.

Sub nube carnis at suum
Lucerna Solem detegit;
Lymphis nec audet tingere;
A quo lavari debuit.

Parere sed fas est Deo,
Vel quando sese deprimit:
Hunc omne virtutum genus
Implere nempe sic decet.

Agnosce, Præcursor, tibi
Intus revelat quem Deus:
Tu mergis undis corpora,
Hic corda mundat Spiritu.

¶ Mundi scelus qui diluis,
Jesu, tibi sit gloria
Cum Patre, cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

*Hæc Doxologia Mundi sce-
lus. dicitur ad omnes Horas.]*

¶ Elumina plaudent manu,
& A conspectu Domini, quo-
niam venit. *Is. 97.*

Ad Magnificat. Ant. 7. G.

Erit dies una quæ nota eſt
Dómino: & exſunt aquæ vi-
væ de Jeruſalem, & erit Dó-
minus rex ſuper omnem ter-
ram. *Zach. 14.*

*Oratio, ut infrâ ad Laudes,
COMPLETORIUM, ut ſu-
prâ, 280. cum Doxologia: Mun-
di ſcelus, &c.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invi. Jeſum qui baptizat in
Spiritu ſancto, * Venite, ado-
rémus. *Joan. 1.*

Pſ. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Non abluunt lymphæ
Deum,
Sed abluit lymphas Deus;
Carnisque contactu ſacræ
Vim dat lavandi crîminis.
Promiſſus ecce jam patet
Fons abluendis cordibus:
Res mira! tingitur caro,
Mentisque labes tollitur.

His tinſta nam canâlibus
Regis ſuprêmi pûrpura
Tinſtos cruentat, & nivis
Inſtar dat eſſe cândidos.

Fœcunda ſancto Spirito
Virgo Deum nobis parit:
Fœcunda ſancto Spirito
Nunc unda nos parit Deo.

Mundi ſcelus qui dîluis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spirito,
In ſempiterna ſécula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Fuit Joannes in
deſerto baptizans, & prædicans
baptiſmum pœnitentiæ in re-
miſſionem peccatorû. *Marc. 1.*

Ant. 1. f. Egrediebâtur ad
Joannem omnis Judææ régio,
& baptizabantur ab illo in Jor-
dânis flumine, conſitentes pec-
câta ſua. *Marc. 1.*

Ant. 7. c. Baptizavit bap-
tiſmo pœnitentiæ pópulum,
dicens: In eum qui ventûrus
eſſet poſt ipſum, ut créderent,
hoc eſt in Jeſum. *Mat. 19.*

* Viſitavi terrâ, Dómine,
& inebriavi eam: *Et.* Flumen
Dei replétum eſt aquis. *Pſ. 64.*

*Tres Leſiones ſumuntur de
Epiſtola prima ad Corinthios,
ex Feria in qua Oſtava Epi-
phaniæ occurrit, ut infrâ.*

Poſt j. Leſ. Et. Vox Domini
revelabit condensa, & in tem-
plo ejus omnes dicent glóriam.

* Dóminus dilúvium inhabi-
târe facit, & ſedebit Dóminus
rex in æternum. * In diebus
Noe, octo animæ ſalvæ factæ
ſunt per aquam; quod & vo-
nunc ſimilis formæ ſalvos fa-
cit baptiſma. * Dóminus. *Pſ.
28. 1. Peetr. 3.*

Poſt ij. Leſ. Et. Sapiéntia
deduxit juſtos in via mirâbili:
trâſtulit illos per mare Ru-
brum; * Inimicos autem illorû
demerſit in mare, & ab altitû-
dine inferorû eduxit illos. *
Patres noſtri omnes ſub nube
fuérunt, & omnes in Môyſe bap-
tizati ſunt in mari;
* Inimicos. *Sap. 10. 1. Cor. 10.*

Poſt iij. Leſ. Et. Ecce aquæ
egrediebantur ad Orientem; &
ait Dóminus: Aquæ iſtæ ſa-
nabuntur; * Et vivent omnia
ad quæ vénerit torrens, quia
aquæ de ſanctuario egredien-
tur. * Oſtendit mihi Ange-
lus flúvium aquæ vitæ, pro-
cedentem de ſede Dei & Agni,
& ex utraque parte flúmi-
nis lignum vitæ. * Et. Glória.
* Et. *Ezech. 47. Apoc. 22.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Venit Jesus à Galilea in Jordánem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. *Math. 3.*

Ant. 8. G. Joannes prohibebat eum, dicens : Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? *Math. 3.*

Ant. 2. D. Respondens Jesus, dixit : Sine modò ; sic enim decet nos implere omnem justitiam. *Math. 3.*

¶ Vidérunt te aquæ, Deus ; Et timuérunt, & turbatæ sunt. *Pf. 76.*

Sermo sancti Gregórii Nazianzénii.

In S. Lumina. Orat. 39.

Leitio iv.

CHristi nativitatem prius aprá solemnitate celebrávimus, cum stella eucúrrimus, cum Magis adorávimus, cum Pastóribus luce circumfúsi sumus, cum Angelis divínam glóriam prædicávimus. Nunc verò ália Christi actio, áliud mystérium sequitur. Non possum cohibere ánimi voluptátem, divíni afflatus ímpetu agor ; ac propemodum Joannis instar faustum núntium prófero, non quidem ut ille, præcursor ; ceterum à solitúdine véniens. Christus illumináatur, simul & nos illuminémur. Christus baptizáatur ; simul & nos descendámus, ut cum ipso páriter ascendámus.

Et. Factum est, in diébus illis venit Jesus à Nazareth Galilææ ; * Et baptizáatus est à Joanne in Jordáne. ¶ Dícite pusillánimis : Deus ipse salvábit vos, quia scissæ sunt in de-

serto aquæ ; * Et baptizáatus est. *Marc. 1. If. 35.*

Leitio v.
JOannes baptizat, accédit Jesus ; non admittit Baptista, Jesus certat. Ego à te debeo baptizari, dicit lucerna Soli, vox Verbo, amicus Sponso ; inter natos mulierum major, Primogénite omnis creatúræ ; is qui à materno ventre præfultáverat, ei qui in ventre adorátus fuerat ; præcursor & præcursurus ; ei qui apparuerat & appariturus erat. Quid autem Jesus ; Sine modò ; hoc enim certo consilio & dispensatióne fit. Ascendit Jesus ex aqua ; mundum enim secum in altum effert : ac celos quos Adam cláuserat & sibi & pósteris, quem admodum & flámmeo gládio paradísium, findi atque aperiri cernit. Ac Spíritus testimonium perhibet divinitátis ; ad similem enim accurrit. Et vox cœlitus mstititur : illinc enim erat is de quo testimonium perhibebátur. Et ut columba Spíritus apparet ; à multis enim séculis columba dilúvii finem nuntiáre consuevit.

Et. Jesu baptizáto, & orante, apertum est cœlum ; & * Descendit Spíritus sanctus corporáli spécie sicut columba in ipsum. ¶ Flos de radice Jesse ascendet : & requiescet super eum Spíritus Dómini. * Descendit. *Luc. 3. If. 11.*

Leitio vi.

NOs igitur hódie Christum baptizatum venerémur, ac festum honestè celebrémus ; non ventris delictis operam

dantes, sed spiritaliter nos oblectantes. Lavamini mundi estote. Si peccato rubri estis, ac propè sanguinei, quasi nix dealbâmini. Si coccinei estis, ac omnino viri sanguinum, ad candorem lanæ pervenitote. Purgâmini, inquam; nullâ enim re Deus perinde delectatur, ut hominis respiciëntiâ ac salutē, pro quo omnis sermo & omnia mystéria. Sic fiet ut sicut luminária in mundo, ita & vos aliis hominibus sitis vis quædam vivifica, & velut lûmina perfûsa, magno illi lûmini astantes, & à Trinitate illuminâti, cujus nunc rádium à divinitate, quæ una est, emanantem accepistis in Christo Jesu Dômino nostro, cui glória in sæcula seculórum. Amen. Tu autem.

R. Ecce vox de cœlis, dicens: * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complâeui. V. Vox Dômini super aquas, Deus majestâtis intónuit: * Hic est. Glória Patri. * Hic. *Math. 3. Ps. 28.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. F. Venit per aquam Jesus Christus: & Spiritus est qui testificatur quóniam Christus est veritas. 1. *Joan. 5.*

Ant. 1. g. Joannes clamat: Sic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est; quia prior me erat. *Joan. 1.*

Ant. 6. F. Ego nesciebam eum; sed ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. *Joan. 1.*

V. Dominâbitur à mari usque ad mare; R. Et à flûmi-

ne usque ad terminos orbis terrarum. *Ps. 71.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 1.

In illo tempore; Vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Tract. 4. in Joan. Evangel. n. 12 & 13.

Accépit ministérium baptismatis Joannes in aqua penitentiæ, parare viam Dômino, non existens Dôminus. At ubi cognitus est Dôminus, superfluo ei via parabatur; quia cognoscéntibus se ipse factus est via. Itaque non duravit diu baptismus Joannis. Sed quomodo demonstratus est Dôminus? Húmilis; ut ideò acciperet baptismum Joannes, in quo baptizaretur ipse Dôminus. Et opus erat Dômino baptizari? Et ego interrogans, citò respondeo: Opus erat Dômino nasci? Opus erat Dômino crucifigi? Opus erat Dômino mori? Opus erat Dômino sepeliri? Si ergo tantam suscepit pro nobis humilitatem, baptismum non erat suscepturus? Et quid profuit, quia suscepit baptismum servi? Ut tu non dedignarêris suscipere baptismum Dômini.

R. Vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei; * Ecce qui tollit peccatum mundi. V. Justificabit ipse Justus multos, & int-

quitates eorum ipse portabit :

* Ecce. *Joan. 1. Is. 53. Tract. 6. n. 5. 6. Lectio vii.*

Ecce columba descendit super Dóminum, & super Dóminum baptizátum; & apparuit ibi sancta illa & vera Trínitas, quæ nobis unus Deus est. Ascendit enim Dóminus ab aqua, sicut in *Evangélio* legimus; & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit Spíritum descendentem velut columbam, & mansit super eum; & statim vox consecuta est: Tu es Fílius meus dilectus, in quo mihi complácuti. Appáret manifestíssima Trínitas; Pater in voce, Fílius in hómine, Spíritus in columba. In ista Trínitate missi sunt discipuli, In nómine Patris, & Fílii, & Spíritus sancti, ab illo de quo dictum est: Hic est qui baptizat: qui sibi tenuit hanc potestátem, ita ut in nullum ministrórum eam transferret, quamvis per ministros suos baptizáre dignátus sit. Per hanc potestátem stat únitas *Ecclésiæ*, quæ significátur in columba de qua dictum est: Una est columba mea. Si enim transferretur potestas à Dómino ad ministrum, tot baptismata essent, quot ministri essent; & já non staret únitas baptismi.

R. Qui misit me baptizáre in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spíritum descendentem, & manentem super eum, * Hic est qui baptizat in Spíritu sancto: *V.* Ecce servus meus, dedi Spíritum meum super eum: * *Hic, Joan. 1. Is. 43.*

n. 7.

Lectio ix.

In columba cognóvit Joannes quiddam próprium, cum ei dictum esset: Super quem videris Spíritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in Spíritu sancto. Jam nóverat Joannes, quia baptizáturus erat Dóminus in Spíritu sancto. Antequàm veniret ad flúvium, cum multi concurrerent ad Joannem baptizári, ait illis: Ego quidem baptizo vos in aqua; qui autem post me venit, ipse vos baptizábit in Spíritu sancto & igni. Quid ergo per columbam didicit, nisi quamdam proprietátem in Christo talem futuram, ut quamvis multi ministri baptizáturi essent, sive iusti, sive iniusti, non tribuerétur sanctitas baptismi, nisi illi super quem descendit columba, de quo dictum est: Hic est qui baptizat in Spíritu sancto? Petrus baptizet, hic est qui baptizat. Paulus baptizet, hic est qui baptizat. Judas baptizet, hic est qui baptizat.

R. Vidi Spíritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. * Vidi, & testimónium perhibui quia † Hic est Fílius Dei. *V.* Deus ostendit illi glóriam suam; audivit enim eum, & vocem ipsius. * Vidi. Glória. † Hic est. *Joan. 1. Eccli. 45. Te Deum.*

V. Sacerd. Benedicite, fontes, Dómino: *R.* Laudáte, & superexaltáte eum in sécula. *Dan. 3.*

A D L A U D E S.

Psalms de Feria.

Ant. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. *Joan.* 3.

Ant. 6. F. Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est: oportet vos nasci denuo. *Joan.* 3.

Ant. 5. a. Ego recipiam vos; & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias. 2. *Cor.* 6.

Canticum, ut in die Epiph. 285.

Ant. 3. c. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Matth.* 28.

Ant. 1. a. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. *Marc.* 16.

Capitulum. *Ezech.* 36.

Dabo vobis cor novum, & Spiritum novum ponam in medio vestri; & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

Hymnus.

Emergit undis, & Deo Fundit preces homo Deus: Patet polorum régia, Adest repente Spiritus.

Instar columbæ, vértici Illapsus insidet sacro: Summi Patris vox personat, Dilectus hic est Filius.

Christi dicata corpore Sic quem lavacra consecrant, Hic nascitur proles Dei; Cœlum precanti panditur.

Castis sit, expers sordium, Columba simplex moribus: Divinus hunc intus regit,

Agit, fovetque Spiritus.

O Christe, sacri gurgitis

Quos abluisti fontibus,

Tuo cruore candidos

Fac nulla labes inquinet.

Mundi scelus qui diluis,

Jesu, tibi sit gloria

Cum Patre, cumque Spiritu,

In sempiterna sæcula. Amen.

Ps. Confessio & pulchritudo in conspectu ejus; *R.* Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus. *Pf.* 95.

Ad Benedictus. *Ant.* 4. D. Jesus Christus dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria in sæcula. *Apoc.* 1.

Oraio.

Deus, cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit: præsta, quaesumus, ut per eum quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur; Qui tecum vivit & regnat in unitate.

A D P R I M A M.

Ant. 7. c. Nisi quis renatus.

In R. br. *Ps.* Mundi scelus qui diluis.

A D T E R T I A M.

Ant. 6. F. Quod natum est.

Capitulum. *Tit.* 3.

Deus salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum; ut justificari gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite æternæ.

R. br. Deduxit eos in abyssis, * & salvavit eos, * Alleluia, alleluia. Deduxit. *Ps.* Et

aperuit aqua tribulantes eos , mine: R. Multiplica genuina
 * Allelúia. Glória Patri. De- ejus. *Pf. 64.*
 duxit. *Pf. 105.* **AD II. VESPERAS.**

✠ Contribulasti cápita dra-
 cónum in aquis : R. Tu
 dirupisti fontes & torrentes.
Pf. 73.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ego.

Capitulum. 2. Petr. 1.

Per Christum Deus máxi-
 ma & pretiósa nobis pro-
 missa donávit ; ut per hzc
 efficiámini divinæ consortes
 naturæ , fugientes ejus , quæ
 in mundo est , concupiscén-
 tiz corruptiónem.

R. br. Apud te , Dómine , *
 est fons vitæ , * Allelúia , al-
 lelúia. Apud te. ✠. Et in lími-
 ne tuo * vidébitus lumen ,
 * Allelúia. Glória Patri. Apud
 te. *Pf. 35.*

✠. Dilixisti justitiam , &
 odisti iniquitatem ; R. Propté-
 reá unxit te, Deus, óleo lætitiæ
 præ consórtibus tuis. *Pf. 44.*

AD NONAM.

Ant. 1. a. Qui crediderit.

Capitulum. Ephes. 5.

Christus dilexit Ecclesiám,
 & seipsum trádedit pro
 ea, ut illam sanctificáret, mun-
 dans lavácro aquæ in verbo
 vitæ ; ut exhiberet ipse sibi
 gloriósam Ecclesiám , non ha-
 bentem máculam , aut rugam,
 aut áliquid hujusmodi ; sed ut
 sit sancta & immaculáta.

R. br. Flúminis ímpetus *
 lætificat civitatem Dei , * Alle-
 lúia, allelúia. Flúminis. ✠. San-
 ctificávit * tabernáculum suum
 Altíssimus , * Allelúia. Glória
 Patri. Flúminis. *Pf. 45.*

✠. Rivos ejus inébria , Dó-

*Ant. 1. g. U*nus Dóminus , ana-
 fides, unum baptis-
 ma, unus Deus, & Pater óm-
 nium. *Eph. 4.*

Ant. 5. C. Omnes filii Dei
 estis per fidem quæ est in Chri-
 sto Jesu. Quicumque enim in
 Christo baptizáti estis , Chri-
 stum induistis. *Galat. 3.*

Ant. 2. D. Non est Judæus ,
 neque Græcus : non est servus,
 neque liber ; omnes enim vos
 unum estis in Christo Jesu.
Galat. 3.

Ant. 6. F. Ablúti estis, san-
 ctificáti estis, justificáti estis
 in nómine Dómini nostri Jesu
 Christi, & in Spíritu Dei no-
 stri. *1. Cor. 6.*

Ant. 3. a. Caritatem habé-
 te, quod est vínculum perfe-
 ctiónis ; & pax Christi exul-
 tet in córdibus vestris, in qua
 & vocáti estis in uno corpore.
Coloss. 3.

Capitulum 1. Cor. 12.

Omnia membra corpóris
 cùm sint multa , unum
 tamen corpus sunt ; ita & Chri-
 stus. Etenim in uno Spíritu
 omnes nos in unum corpus
 baptizáti sumus , sive Judæi ,
 sive gentíles , sive servi , sive
 liberi.

Hymnus , Emergit. 306.

✠. Ego dixi : Dii estis ,
 R. Filii Excelsi omnes. *Pf. 81.*

Ad Magnificat. Ant. 1. D.
 Jesus plenus Spíritu sancto ,
 regressus est à Jordáne ; & age-
 batur à Spíritu in desertum.
Luc. 4.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Deinde (si non sit Sabbatum) fit commemor. S. Hilarii Episcopi, & Ecclesiæ Doctōris.

Ans. Beatus qui. V. Beatus homo. ut in Comuni Doctōr. Pontif. xxiiij.

Oratio.

Profit nobis, Dōmine, beati Pontificis Hilarii festiva solēmnitas: ut sicut substantialis tibi Verbi fidem per univasas Gāllias servavit illazsam, ita nos, ejus intercessiōne, in eadem fide stābiles, ipsi soli semper Verbo vivāmus Filio tuo Dōmino nostro; Qui tecum.

COMPLETORIUM, ut supra, 280.

AB OCTAVA Epiph. ad Present Domini, in fine Hymnorum metri sequentis dicitur Doxologia:

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit glōria
Cum Patre, cumque Spīritu,
In sempiterna sēcula. Amen.

*AD PRIMAM, in R. br. V. Qui natus es * de Mariā Virgine.*

AD LAUDES Commem. de Virg. Deipara.

Lectiones sequentes leguntur a Dominica intrâ Octâv. Epiphaniæ & per Hebdomad. loco Epistolæ ad Romanos.

DOMINICA IPSA
quæ est intrâ Octâv. Epiphaniæ.
IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola primâ beati Pauli Apōstola ad Corinthios.

Lectio j. Cap. i.

Paulus vocatus Apōstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Sōsthe-

nes frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Dōmini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro: Grātia vobis & pax à Deo patre nostro, & Dōmino Jesu Christo. Grātia ago Deo meo semper pro vobis in grātia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu, quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciētia: sicut testimōnium Christi confirmatum est in vobis; ita ut nihil vobis desit in ulla grātia, expectantibus revelatiōnem Dōmini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Dōmini nostri Jesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Dōmini nostri.

Lectio ij.

Obscuro autem vos, fratres, per nomen Dōmini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodē sensu, & in eadem sententiā. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollō; ego verò Cephæ, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in

nómine Pauli baptizáti estis? **FERIA SECUNDA.**

Grátias ago Deo, quòd némí-
nem vestrum baptizávi, nisi
Crispum & Cáium: ne quis
dicat quòd in nómine meo
baptizáti estis. Baptizávi au-
tem & Stéphanz domum: cé-
terum néscio si quem álium
baptizáverim. Non enim misit
me Christum baptizáre, sed
evangelizáre; non in sapién-
tia verbí, ut non evacuétur
cruz Christi.

Leñio iij.

Verbum enim crucis per-
cúntibus quidem stultí-
tia est; iis autem qui salvi
sunt, id est nobis, Dei vir-
tus est. Scriptum est enim:
Perdam sapiéntiam sapién-
tium, & prudéntiam prudén-
tium reprobábo. Ubi sapiens?
ubi scriba? Ubi conquisitor
hujus séculi? Nonne stultam
fecit Deus sapiéntiam hu-
jus mundi? Nam quia in Dei
sapiéntia non cognóvit mun-
dus per sapiéntiam Deum,
plácuít Deo per stultítiam
prædicatiónis salvos fácere
credentes. Quóniam & Ju-
dæi signa petunt, & Græci
sapiéntiam quærunt: nos au-
tem prædicámus Christum cru-
cifixum, Judæis quidem scán-
dalum, Géntibus autem stultí-
tiam, ipsis autem vocátis
Judæis atque Græcis Chri-
stum Dei virtútem & Dei sapi-
éntiam.

In II. & III. Nocturno leguntur Leñiones de Dominica intra Oñavam, 290. Si verò dies Oñava Epiph. venerit in Dominica, leguntur de die Oñava, suprâ, 303.

Leñio j. Cap. 2.

ET ego, cum venissem
ad vos, fratres, veni
non in sublimitate ser-
mónis aut sapiéntiæ, annún-
tians vobis testimónium Chri-
sti. Non enim judicávi me
scire áliquid inter vos, nisi
Jesum Christum, & hunc cru-
cifixum. Et ego in infirmitá-
te, & timóre, & tremóre mul-
to fui apud vos: & sermo
meus, & prædicatío mea non
in persuasibilibus humánæ sa-
piéntiæ verbis, sed in osten-
sione Spíritus, & virtútis; ut
fides vestra non sit in sapién-
tia hóminum, sed in virtúte
Dei.

Leñio ij.

Sapiéntiam autem loquimur
inter perfectos; sapiéntiam
verò non hujus séculi, neque
príncipum hujus séculi, qui
destruuntur: sed loquimur Dei
sapiéntiam in mystério, quæ
abscondita est, quam prædesti-
návit Deus ante sécula in gló-
riam nostrâ, quam nemo prin-
cipum hujus séculi cognóvit: si
enim cognovissent, nunquam
Dóminu glóriæ crucifixissent.
Sed sicut scriptum est: Quòd
óculus non vidit, nec auris
audivit, nec in cor hóminis
ascendit, quæ præparávit Deus
iis qui diligunt illum. Nobis
autem revelávit Deus per Spí-
ritum suum; Spíritus enim
omnia scrutátur, étiam pro-
funda Dei. Quis enim hómi-
num scit quæ sunt hóminis,

310 *Feriá tertiá Hebdom. I. post Epiphaniá.*

nisi spiritus hóm̄inis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognóvit, nisi Spiritus Dei.

Leñtio iij.

NOs autem non spiritum hujus mundi accépinus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut scíamus quæ à Deo donáta sunt nobis; quæ & loquimur non in doctis humanæ sapiéntiz verbis, sed in doctrína Spiritus, spirituálibus spirituália comparantes. Animális autem homo non percípit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spirituáliter examinátur. Spirituális autem júdicat ómnia; & ipse à nemine júdicátur. Quis enim cognóvit sensum Dómini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habémus.

FERIA TERTIA.

De Epístola prima ad Corinthios.

Leñtio j. Cap. 3.

CUm sit inter vos zelus & conténtio, nonne carnáles estis, & secundum hóm̄inem ambulátis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli; álius autem, Ego Apollo: nonne hóm̄ines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri ejus cui credidistis, & unicuique sicut Dóminus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est áliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus. Qui autem plantat, &

qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem próp̄riam mercedem accípiet secundum suum labórem. Dei enim sumus adjutores, Dei agricultúra estis, Dei ædificatio estis.

Leñtio ij.

Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violáverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se sedúcat. Si quis vidétur inter vos sapiens esse in hoc século, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapiéntia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astútia eórum. Et iterum: Dóminus novit cogitátiones sapiéntium, quóniam vanæ sunt. Nemo itaque gloriétur in hóm̄inibus.

Leñtio iij.

Cap. 4.

Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos; ut in vobis discatis ne supra quàm scriptum est, unus adversus álium infletur pro álio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriáris quasi non accéperis? Jam saturáti estis, jam dívites facti estis: sine nobis regnáti; & útinam regnéti, ut & nos vobiscum regnémus! Puto enim quod Deus nos Apóstolos novísimos ostendit, tanquam morti destinátos; quia spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & hóm̄inibus. Nos stulti propter Christum, vos autem

prudens in Christo : nos infirmi , vos autem fortes : vos nobiles , nos autem ignobiles.

FERIA QUARTA.
De Epistola prima ad Corinthios.

Leſtio j. Cap. 5.

OMnino auditur inter vos fornicatio , & talis fornicatio , qualis nec inter gentes ; ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis ; & non magis luctum habuistis , ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore , praesens autem spiritu , jam iudicavi ut praesens eum qui sic operatus est , in nomine Domini nostri Jesu Christi , congregatis vobis & meo spiritu , cum virtute Domini nostri Jesu , tradere hujusmodi satanae in incertum carnis , ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit ?

Leſtio ij. Cap. 6.

Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum , iudicari apud infirmos , & non apud sanctos ? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt ? Et si in vobis iudicabitur mundus , indigni estis qui de minimis iudicetis ? Nescitis quoniam Angelos iudicabimus ? quanto magis secularia ? Secularia igitur iudicia si habueritis , contemptibiles qui sunt in Ecclesia , illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico : Sic non est inter vos

sapiens quisquam , qui possit iudicare inter fratrem suum ? Sed frater cum fratre iudicio contendit ; & hoc apud infideles.

Leſtio iij.

Jam quidem omnino delictum est in vobis , quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis ? Quare non magis fraudem patimini ? Sed vos injuriam facitis , & fraudatis ; & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt ? Nolite errare : neque fornicarii , neque idolis servientes , neque adulteri , neque molles , neque masculorum concubitatores , neque fures , neque avari , neque ebriosi , neque maledici , neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et haec quidam fuistis sed abluti estis , sed sanctificati estis , sed iustificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi , & in Spiritu Dei nostri.

FERIA QUINTA.

De Epistola prima ad Corinthios.

Leſtio j. Cap. 6.

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi ? Tollens ergo membra Christi , faciam membra meretricis ? Absit. An nescitis quoniam qui adharet meretrici , unum corpus efficitur ? Erunt enim , inquit , duo in carne una. Qui autem adharet Domino , unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo , extra corpus est ; qui autem fornicatur , in corpore suo peccat. An nescitis

312 *Feriá quintá Hebdom. I. post Epiphaniá*

quóniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificáte & portáte Deum in corpore vestro.

Letitio ij. Cap. 7.

DE quibus autem scripsistis mihi; bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum virum habeat. Uxóri vtr debítum reddat, similiter autem & uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos sátanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

Letitio iij.

Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est. Reliquum est, ut & qui habent uxóres, tanquam non habentes sint; & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui uruntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxóre est,

sollicitus est quæ sunt mundi; quomodo placeat uxóri; & divus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

F E R I A S E X T A.

De Epistola prima ad Corinthios.

Letitio j. Cap. 9.

Quæ est merces mea? ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abútar potestate meá in Evangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cum ipse non essem sub lege,) ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem: iis qui sine lege erant tanquam sine lege essem, (cum sine lege Dei non essem; sed in lege essem Christi,) ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem fácio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.

Letitio ij.

Nescitis quod ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet; & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorrup-

tam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in servit utem redigo, ne forte cum aliis predicaverim, ipse reprobus efficiar.

Leſtio iij. Cap. 12.

DE spirituálibus autem noto vos ignorare, fratres. Scitis quoniam cum Gentes effectis, ad simulacra muta prout ducebámini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spirítu Dei loquens, dicit anáthema Jesu. Et nemo potest dicere, Dóminus Jesus, nisi in Spirítu sancto. Divisiones veró gratiarum sunt, idem autem Spirítus: & divisiones ministratorum sunt, idem autem Dóminus: & divisiones operationum sunt, idem veró Deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spirítus ad utilitatem. Alii quidem per Spirítum datur sermo sapiéntiæ; alii autem sermo sciéntiæ secundum eundem Spirítum: aliter fides in eodem Spirítu: alii grátia sanítatum in uno Spirítu: alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discernitio spirituum, alii generá linguarum, alii interpretatio sermónum. Hæc autem omnia operatur unus atque idē Spirítus, dividēs singulis prout vult.

S A B B A T O.

De Epístola prima ad Corinthios.

Leſtio j. Cap. 13.

SI linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non

habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Leſtio ij.

Caritas patiens est, benigna est: caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sive lingue cessabunt, sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

Leſtio iij.

Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi que erant parvuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides,

314 *Dominicá secundá post Epiphaniám.*

spes, caritas, tria hæc; major autem horum est caritas.

¶ Quando Septuagesima incidit in Dominicam secundam post Epiphaniám, tunc hodie in Officio Festi occurrit prima Lectio erit de initio Epistolæ II. ad Corinth. tribus in unam junctis; secunda de Festo, è duabus fit una; tertia verò de Homilia in Evang. Dominicæ II. cum commem. ejusdem Dominicæ in Laudib. tantum ante Comm. Virg. Deip. Vesperæ verò ut in Sabbato ante Septuages. Et deinceps nihil fiat de Officio à Circumcisione ad Præsent. nisi commem. de Virgine Deipara ad Laudes & Vesp. R. br. ad Primam, & Doxologia: Qui natus es.

Si verò Septuagesima non occurrat ante Præsentationem,

AD VESPERAS,

Officium ut notatum est supra in Sabbatis & Dominicis à Circumcisione ad Præsentationem.

Ad Magnificat. Ant. 5. a.

Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. 2. Corinth. 5.

Oratio, ut infra ad Laudes.

DOMINICA II.

post Epiphaniám.

Omnia ut in Dominicis à Circumcis. ad Præsent. 263. exceptis quæ sequuntur.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 1.

PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus fra-

ter, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in universa Achæia: Grátia vobis & pax à Deo patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Benedictus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem quæ exhortamur & ipsi à Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute; sive consolamur, pro vestra consolatione; sive exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur; ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quòd sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis.

R. In convertendo Dóminus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: * Magnificavit Dóminus facere nobiscum; facti sumus lætantes. V. Ipse Dóminus Jesus Christus qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in grátia. * Magnificavit Dóminus facere nobiscum; facti sumus lætantes. Ff. 125. 2. Theff. 2.

Lectio ij.

NON enim vólumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra quæ facta

Dominicá secundá post Epiphaniám. 315

est in Asia; quóniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitavit mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus quóniam & adhuc eripiet, adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis; ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donatiõnis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

R. In te, Dómine, speraverunt patres nostri, speraverunt; & liberasti eos: * Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt; in te speraverunt, & non sunt confusi. ✽. Est fides sperandarum substantia rerum; in hac enim testimoniũ consecuti sunt senes: * Ad te. *Rf. 21. Hebr. 11.*

Lectio iij.

NAm glória nostra hæc est, testimoniũ conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo; abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis & cognovistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut & cognovistis nos ex parte, quod glória vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Dómini nostri Jesu Christi.

R. Qui timetis Dóminum, laudate eum: * Universum semen Jacob, glorificáte eum,

† Timeat eum omne semen Israel. ✽. Sunt Israelitæ quorum adoptio est filiõrum, quorum patres, & ex quibus est Christus qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. * Universum semen. Glória Patri. † Timeat eum. *Rf. 21.*

Rom. 9.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário S. Joannis Chrysósti in Epistolam ad Romanos.

In Proem. Lectio iv.

Beati Pauli Epistolarum lectiõnem dum assidue ausculto, perque hebdomadas singulas, bis sæpe & ter, & quater, quotiescumque sanctorum Mártirum memoriã celebramus, gaudio exulto, tubã illã spiritali perfruens; & excitõr ac desiderio incalẽco, vocem mihi amicam agnoscens: quin & non solum præsentem ipsum animo intuẽri, verum & disserentem audire videor. Interim tamen dóleo ac molestè fero, quod virum hunc non omnes, sicut par est, cognoscunt; verum ita illum nonnulli ignorant, ut ne Epistolãrũ quidem ejus numerum planè sciant. Hoc verò non imperitia facit, sed quod nolint beati hujus viri scripta assidue in manibus habere.

R. Edificavit Dñs Sion; & videbitur in glória sua. * Scribantur hæc in generatione altera; & pópulus qui creabitur, laudabit Dóminũ. ✽. Mihi data est gratia hæc, illuminare omnes quæ sit dispensatiõ sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia

316 *Dominicâ secundâ post Epiphaniam.*

creavit. * Scribantur hæc.
Pf. 101. Ephes. 3.

Leitio v.

NEquè enim nos, quæ scimus, si quid scimus, ab ingénii bonitate atque acúmine scimus; sed quòd erga hunc virum impensè affecti, ab illius lectione nunquam discédimus: siquidem qui amant, ii plusquam ceteri omnes eorum facta norunt quos amant, ut qui de iis ipsis sint solliciti. Id quod beatus hic véluti offendens, ad Philippenses ait: Sicut est mihi iustum ut hoc de vobis omnibus sentiam, eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Evangelii. Quapropter si & vos quoque huic lectioni diligenter attendere volueritis, nihil aliud erit vobis requirendum. Verax est enim Christi sermo dicentis: Quærite, & inveniétis; pulsate, & aperietur vobis.

Rx. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. * Super senes intellexi, quia mandata tua quæsi. *Ps. 118. Philipp. 3.*

Leitio vj.

Ceterum, quandoquidem complures ex his qui huc nobiscum convéniant, & liberorum educationem, & uxoris curam, & familiæ providentiam suscipere; ob idque totos sese huic labóri dare non abstinent: at certè ipsi vos ex-

citare ad ea sultem capienda; quæ alii collegerint; stúdiū tantundem iis quæ dicta fuerint auscultandis, quantum pecuniis colligendis, impertientes. Nam etsi turpe sit, non nisi tantum stúdiū à vobis exigere, tamen vel hoc ipso contenti érimus. Tantundem ergo date. Siquidem hinc infinita exorta sunt mala, ab ipsa videlicet sacrarum Scripturarum ignoracione: hinc multa hæreseon lues pullulavit: hinc vitæ in multis neglectus: hinc inútiles ac lucro carentes labóres. Nam quemadmodum qui lúminis hujus usurá sunt privati, nequaquam recta ingredi possunt; ita qui ad divinarum Scripturarum rádios óculos non intendunt, necessariò in multa frequentes errata incurrunt, perinde ac si in ténebris periculosissimis ambularent; id quod ut ne eveniat, óculos ad ipsum apostolicorum verbórum fulgórem adaperiamus.

Rx. A mandatis tuis intellexi, Dómine; propterea odavi omnem viam iniquitatis: * Lucerna pèdibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. *Ps. 118. 2. Tim. 3.*

IN III. NOCTURNO.

LECTIO sancti Evangelii secundum Joannem.

Leitio vij. Cap. 2.

IN illo tempore; Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ,

Dominicâ secundâ post Epiphaniam. 317

hæc, & erat mater Jesu ibi : si in illam domum ad nuptias vocatus est autem & Jesus, & venit, qui in hunc mundum discipuli ejus ad nuptias. Et ad nuptias venit? Verbum reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Tract. 8. in Joan. n. 1 & 3.

Quis est qui considerat opera Dei, quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstupescit obruiturque miraculis? Sed quia homines in aliud intenti perdidērunt considerationem operum Dei, in qua darent quotidie laudem Creatori; servavit sibi Deus inusitata quædam quæ faceret, ut tanquam dormientes homines ad se colendum mirabilibus excitaret. Priora miracula fecit per Verbum suum Deum apud se; posteriora fecit per ipsum Verbum suum incarnatum. Cum ergo tanta videremus facta per Deum Jesum, quid miramur aquam in vinum conversam per hominem Jesum? Ipse fecit hoc, qui illa omnia.

R. Deus secundum imaginem suam fecit hominem: creavit ex ipso adiutorium simile sibi: * Justitiam & judicia sua ostendit illis, & magnalia honoris ejus vidit oculus illorum. * Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Jesu ibi; vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias: * Justitiam. *Eccl. 17. Joan. 1.*

n. 3. 4. 5 & 9. * *Leitio viij.*

Excepto miraculo, aliquid in ipso facto mysterii & sacramenti lateat. Quid mirum
Pars Hyemalis.

enim, sponsus; & sponsa, caro humana: & utrumque unus Filius Dei, & idem filius hominis. Uterus Virginis Mariæ thalamus ejus; inde processit tanquam sponsus de thalamo suo. Certi sacramenti gratiâ, videtur matrem de qua sponsus processit, non agnoscere, & dicere illi: Quid mihi & tibi est, mulier? Miraculum exigebat mater: at ille non agnoscit viscera humana, operaturus facta divina, tanquam dicens: Quod de me facit miraculum, non tu genuisti; divinitatem meam non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam, cum ipsa infirmitas pendebit in cruce: hoc est enim, Nondum venit hora mea.

R. Deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: * Quodcumque dixerit vobis, facite. * Facite quæ præcepit Dominus Deus, ut bene sit vobis: * Quodcumque. *Joan. 2. Deut. 5.*

Tract. 9. n. 2. *Leitio ix.*

Quod Dominus invitatus venit ad nuptias, etiam excepta mysticâ significatione, confirmare voluit quod ipse fecit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes quod malum essent nuptiæ, & quod Diabolus eas

318 *Dominica secunda post Epiphaniam.*

fecisset. Nec illæ quæ virginitatem Deo vovent, quamquam ampliorem gradum honoris & sanctitatis in Ecclesia teneant, sine nuptiis sunt: nam & ipsæ pertinent ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptiis sponsus est Christus. Ac per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias; ut conjugalis castitas firmaretur, & ostenderetur sacramentum nuptiarum: quia & illarum nuptiarum sponsus personam Domini figurabat.

R. Ego Dominus Deus eorum, & exaudiam eos; & * lætabitur cor eorum quasi à vino, & † exultabit cor eorum in Domino. †. Dicit Jesus: Implète hydrias aqua. Et impleverunt. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc. * lætabitur. Glória Patri. † Exultabit. *Zach. 10. Joan. 2.*

Ad Benedictus. Ant. 3. d.
Ut gustavit architrictinus aquam vinum factam, vocat sponsum, & dicit ei: Servasti bonum vinum usque adhuc. *Joan. 2.*

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui cœlestia simul & terræna moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus; Per omnia secula seculorum.

Ad Magnificat. Ant. 1. D.
Fecit infantium signorum Jesus in *Cana Galilææ*, & manifestavit

gloriam suam; & crediderunt in eum discipuli ejus. *Joan. 1.*

Oratio, ut suprâ.

FERIA SECUNDA.

Omnia ut in Feriis à Circumcisione ad reser. 166. & sic in Feriis sequentibus.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Leitio j. Cap. 2.

Statu hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non, cum vénero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam caritatem habeam abundantius in vobis.

R. In convertendo. 314.

Leitio ij.

Si quis autem contristavit, non me contristavit; sed ex parte, ut non ónerem omnes vos. Súfficit illi qui ejusmodi est, objurgatio hæc quæ fit à pluribus; ita ut è contrario magis donetis & consolimini, ne forè abundantiori tristitiâ absorbeat qui ejusmodi est. Propter quod óbscuro vos, ut confirmetis in illum caritatem. Ideo enim & scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, & ego: nam

& ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniâmur à Sâtana; non enim ignorâmus cogitationes ejus.

R. In te, Dóming. 315.

Leção iij.

LEo autem grâtiâs, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco; quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi sunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plûrimi, adulterantes verbum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur.

R. Qui timetis. 315.

F E R I A T E R T I A .

De Epistola secunda ad Corinthios.

Leção j. Cap. 3.

Incipimus iterum nosmetipsos commendare? Aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitius epistolis, ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum; non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis,

quod si ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non litterâ, sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.

R. Edificavit. 315.

Leção ij. Cap. 4.

Non enim nosmetipsos predicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum: nos autem servos vestros per Jesum; quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vas fictilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aperiâmur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: despondimus, sed non perimus; semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes; ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

R. Super omnes. 316.

Leção iij.

Propter quod non deficiamus: sed licet is qui foris est, noster homo corrumpatur; tamen is qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in

320 *Ferid quinta Hebdom. II. post Epiphani.*

sublimitate æternum gloriæ nal Christi, ut referat unus-
pondus operatur in nobis, non quisque propria corporis
contemplantibus nobis, quæ prout gessit, sive bonum, sive
videntur, sed quæ non videntur, sed quæ non videntur, æterna sunt.
Quæ enim videntur, temporaria sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

R. A mandatis. 316.

F E R I A Q U A R T A.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lesio j.

Cap. 5.

S Cimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod ædificacionem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes; si tamen vestiti, non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati; eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri; ut absorbeat quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.

R. In convertendo. 314.

Lesio ij.

A Vdentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino; (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. Et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentem; placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribu-

nal Christi, ut referat unus-
quisque propria corporis
prout gessit, sive bonum, sive
malum.

R. In te, Domine. 315.

Lesio iij.

C Aritas enim Christi urget nos; æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus; ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum; sed nunc jam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliacionis.

R. Qui timetis. 315.

F E R I A Q U I N T A.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lesio j.

Cap. 7.

N Unc gaudeo; non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operatur sollicitudinem; sed defensionem

sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis coram Deo.

R. *Edificavit.* 315.

Lectio ij. Cap. 9.

Qui parca seminatur, parca & metet; & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis; ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.

R. *Super omnes.* 316.

Lectio iij. Cap. 10.

In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

R. *A mandatis.* 316.

FERIA SEXTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 11.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuimus in hac parte. In quo quis audeat, (in insipientia dico) audeo & ego. Hebraei sunt, & ego: Israelitae sunt, & ego: semen Abrahae sunt, & ego: ministri Christi sunt, (ut minus sapiens dico,) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.

R. *In convertendo.* 314.

Lectio ij. Cap. 12.

Si gloriari oportet, (non expedit quidem) veniam autem ad visiones & revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore, nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum hujusmodi usque ad tertium caelum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audivit arcana verba, quae non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam &

322 *Sabbato Hebdom II. post Epiphani.*

si voluero gloriari, non ero insipiens; veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

Rx. In te, Domine. 315.

LECTIO iij.

ET ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus sathanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me; & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cum enim infirmior, tunc potens sum.

Rx. Qui timetis. 315.

S A B B A T O.

De Epistola secunda ad Corinthios.

LECTIO j. Cap. 13.

ECce tertio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi, & prædico, ut præsens & nunc absens, iis qui antè peccaverunt, & ceteris omnibus, quoniam si vénero iterum; non parcam. An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam etsi crucifixus est ex infirmitate; sed vivit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo, sed vivē-

mus cum eo ex virtute Dei in vobis.

Rx. Edificavit. 315.

LECTIO ij.

Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probare. Annon cognoscitis vosmetipsos quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod bonum est, faciatis; nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem.

Rx. Super omnes. 316.

LECTIO iij.

Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem. De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete; & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. Tu autem.

Rx. A mandatis. 316.

Ad Magnificat. Ant. 2. D. Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi

Dominica tertia post Epiphaniam. 323

per fidem Jesu Christi, & nos in Christo Jesu credimus. *Galat. 2.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

DOMINICA III
post Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola beati Pauli Apóstoli ad Galatas.

Leitio j. Cap. 1.

PAULUS Apóstolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, & Deum Patrem qui suscitavit eum à mortuis; & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ: Grátia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri, cui est glória in secula seculorum. Amen. Tu autem.

R. Apud Dóminum misericórdia, & copiósa apud eum redemptio. * Et ipse redimet Israel ex ómnibus iniquitatibus ejus. * Salvátor noster Jesus Christus dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate. * *Et. Ps. 129. Tit. 2.*

Leitio ij.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocávit in grátiam Christi, in aliud Evangelium; quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de caelo evange-

lizeret vobis præterquam quod evangelizávimus vobis, anáthema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizáverit præter id quod accepistis, anáthema sit. Modò enim hominibus suádeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placérem, Christi servus non essem.

R. Judicábit páuperes populi, & salvos faciet filios páuperum; & humiliábit calumniatórem: * Orietur in diebus ejus justitia. * Christum propósuit Deus, ad offensionem justitiæ ejus in hoc tempore; ut sit ipse justus, & justificans eum qui est ex fide Jesu Christi.

* Orietur. *Pf. 71. Rom. 3.*

Leitio iij.

Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium quod evangelizátum est à me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accépi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo; quóniam supra modum persequébar Ecclesiam Dei, & expugnábam illam, & proficiébam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulátor existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam suam, ut reveláret Filium suum in me, ut evangelizárem illum in gentibus, continuò non acquievi carnì & sanguini.

324 *Dominicâ tertiâ post Epiphaniam.*

R. Rectum est verbum Dómini, & ómnia ópera ejus in fide: * Diligit misericórdiam & judicium. † Misericórdiâ Dómini plena est terra. † In Christo Jesu neque circumcisio áliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per caritatem operatur. * Diligit. Glória Patri. † Misericórdiâ. *Pf. 32. Galat. 5.*

IN II. NOCTURNO.
De Expositione sancti Augustini Episcopi in Epistolam ad Galatas.

Pref. initio.

Leñio iv.

CAusa, propter quam scribit Apóstolus ad Galatas, hæc est, Ut intelligant grátiam Dei id secum ágere, ut sub lege jam non sint. Cum enim prædicata eis esset Evangelii grátia, non defuerunt quidam ex circumcisíone, quamvis Christiáni nómine, nondum tamen tenentes ipsum grátiaæ beneficium, & adhuc volentes esse sub onéribus legis, quæ Dóminus Deus imposúerat, non justitiae serviéntibus, sed peccato; justam scilicet legem injustis homínibus dando, ad demonstranda peccata eórum, non auferenda. Non enim auferit peccata, nisi grátia fidei quæ per dilectiónem operatur.

R. Adjuva me, Dómine Deus meus: saluum me fac secundum misericórdiam tuam; & sciant * Quia manus tua hæc; & tu, Dómine, fecisti eam. † Grátia estis salváti per fidem, & hoc non ex vobis:

Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriétur; * Quia. *Pf. 108. Ephes. 2.*

Leñio v.

Sub hac ergo grátia jam Galatas constitutos illi volebant constitúere sub onéribus legis, asseverantes nihil eis prodesse Evangelium; nisi circumciderentur, & ceteras carnáles Judáici ritus observatiónes subírent. Et ideo Paulum Apóstolum suspectum habere cœperant, à quo illis Evangelium prædicatum erat, tanquam non tenentem disciplinam ceterórum Apóstolorum, qui gentes cogébant judaizare.

R. Super omnem terram glória tua, Deus: * Ut liberentur dilecti tui, saluum fac dexterá tuá, & exaudi me. † Grátia quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia, manifestata est nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi; * Ut liberentur. *Pf. 107. 2. Tim. 1.*

Leñio vj.

Talis quidem quæstio est & in Epístola ad Romanos: verúntamen vidétur áliquis interesse, quod ibi contentiónem ipsam dirimit, li-temque compónit, quæ inter eos qui ex Judæis, & eos qui ex gentibus crediderant, orta erat; cùm illi tanquam ex méritis óperum legis, sibi redditum Evangelii præmium arbitrantur, quod præmium incircumcisís tanquam imméritis nolébant dari; illi contra Judæis se præferre gestirent, tanquam interfectóribus Dó-

mini. In hac verò Epistola, ad eos scribit, qui jam con-
móti erant auctoritate illorum
quæ Judæis erant, & ad ob-
servatiões legis cogébant.

Tu autem.

R. Dóminus petra mea &
robór meum; sperábo in eum:
* Salvátor meus, † De ini-
quitáte liberábis me. *¶.* Lex
spíritus vitæ in Christo Jesu
liberávit me à lege peccáti &
mortis: * Salvátor. Glória.
† De iniquitaté. 2. *Reg.* 22.
Rom. 8.

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secun-
dum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

In illo tempore; Cùm des-
cendisset Jesus de monte,
secutæ sunt eum turbæ mul-
tæ; & ecce leprósus véniens,
adorábat eum. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.

In Luc. Lib. 5. n. 1.

Secundum Matthæum pri-
mus hic post benedictiões
à Dómino sanátus
indúctur; ut quia dixerat Dó-
minus, Non veni sólvare legem,
sed adimplére, ille qui
excludebátur à lege, purgári
se Dómini potestáte præjú-
mens, non ex lege, sed su-
pra legem esse grátiam judi-
cáret, quæ leprósi máculam
posset abluere. Verùm ut in
Dómino potestátis auctóritas,
ita in illo fidei constántia
declarátur. Ille in fá-
ciem prócidit; quod humilitá-
tis est & pudóris, ut unus-
quisque de suæ vitæ mácu-
lis erubescat: sed confessió-

nem verecúndia non repressit.
Ostendit vulnus, remédiū
postulávit; & ipsa religiões
& fidei plena confessio est.
Si vis, inquit, potes me mun-
dáre. In voluntáte Dómini tré-
buit potestátem: de voluntáte
autem Dómini, non quasi
pietátis incrédulus dubitávit;
sed quasi colluviónis suæ cón-
sciūs, non præsumpsit.

R. Cùm descendisset Jesus
de monte, ecce leprósus vé-
niens, adorábat eum, dicens:
Dómine, * Si vis, potes me
mundáre. *¶.* Dómine Deus,
non erit tibi difficile omne
verbum: * Si vis. *Matth.* 8.
Jerem. 32.

Lectio viij.

Cui moráli quádam Dómi-
nus sanctitaté respondit:
Volo; mundáre. Et continuó
lepra discessit ab eo. Nihil
enim médiū est inter opus
Dei, atque præceptum; quia
in præcepto est opus. Dénique
dixit, & facta sunt. Vidétis
igitur quód dubitári non
potest, quia voluntas Dei po-
testas est. Itaque statim lepra
discessit, ut intélligas meden-
tis affectum, qui veritaté ópe-
ri áddidit. Dénique, secundum
Marcum, miserátus est eum
Dóminus: quod pulcrè est
pósitum. Et pleraque tália po-
suérunt Evangelistæ, qui nos
in utroque fundáre voluérunt,
describentes signa virtútis ad
fidem, exprimentes ópera vir-
tútis ad imitatióem. Unde &
tangit non dedignátus, & im-
perat non diffísus; hoc enim
est indícium potestátis, quia
quasi habens potestátem sa-

326 *Feriá secundá Hebdom. III. post Epiphan:*

mandi, & jubendi auctoritatem, operandi testimonium non refugit. Volo, ergo dicit propter Photinum, imperat propter Arium, tangit propter Manichæum.

R. Jesus misertus ejus, extendit manum suam; & tangens eum, * Ait illi: Volo; mundare: & statim mundatus est. ¶ Omne quod voluerit, faciet: & sermo illius potestate plenus est. * Ait illi: Volo. *Marc. 1. Eccles. 8.*

Lectio ix.

Simul illud mirabile, quod Deo sanavit genere, quo fuerat obsecratus. Si vis, potes me mundare. Volo, inquit; mundare. Habes voluntatem; habes etiam pietatis effectum. Et extendens manum, tetigit illum. Lex tangi leprosos prohibet; sed qui Dominus legis est, non obsequitur legi; sed legem facit. Non ergo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat; sed ut probaret quia subiectus non erat legi, nec contagium timebat ut homines, sed quia contaminari non poterat, qui alios liberabat: simul ut e contrario lepra tactu Domini fugaretur, quæ solēbat contaminare tangentem. Ostendere autem se sacerdoti jubetur, ut intelligeret sacerdotes non legis ordine, sed Dei gratiā super legem esse curatum; &, dum mandato jubet offerre sacrificium præceptum Moysi, ostenderet Dominus quia legem non solveret, sed impleret, qui secundum legem gradiens, supra legem

sanare eos quos remedia legis non sanaverant, videretur. Et bene addidit, Sicut præcepit Moyses. Lex enim spiritalis est, ideoque videtur sacrificium spiritale mandasse.

R. Ait Jesus: Vide, nemini dixeris; sed vade, * Ostende te sacerdoti, & † Offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. ¶ Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: Adducetur ad sacerdotem, qui præcipiet ei ut offerat: * Ostende te. Gloria Patri. † Offer.

Matth. 8. Levit. 14.

Ad Benedictus. Ant. 1. a. Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. *Matth. 8.*

Orazio.

OMnipotens sempiternæ Deus, infirmitatem nostram propitius respice; atque, ad protegendum nos, dexteram tuæ majestatis extende; Per.

Ad Magnificat. Ant. 8. G. Dixit Jesus Centurioni: Vade; & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. *Matth. 8.*

F E R I A S E C U N D A.
De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap. 2.

Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; & nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro. Quod si querentes justificari

in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister est? Abiit Si enim quæ destruxi iterum hæc ædifico, prævaricatorum me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus. Quòd autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non abjicio grâtiâ Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

R. Apud Dóminum. 323.

Leñio ij. Cap. 3.

O Insensati Gálataz, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spíritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum Spíritu copèritis, nunc carne consummèmini? Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis Spíritum, & operatur virtutes in vobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ.

R. Judicabit. 323.

Leñio iij.

PRóvidens autem Scriptura, quia ex fide justificatur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub

in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quóniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide; sed, Qui fecerit ea, vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno; ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus accipiámus per fidem.

R. Rectum est. 324.

FERIA TERTIA.

De Epístola ad Gálatas.

Leñio j. Cap. 5.

VOS in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per caritatem Spiritus servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone implètur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quòd si invicem morderis, & comeditis, videte ne ab invicem consumamini. Dico autem: Spíritu ambulâte, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum; spiritus autem adversus hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub

lege. Manifesta sunt autem ópera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxúria, idolorum sérvitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diffensionés, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia quæ prædico vobis sicut prædixi; quóniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, paciéntia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modéstia, continentia, castitas.

R. Adjuva me. 324.

Lectio ij.

Cap. 6.

FRatres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tentéris. Alter alterius ónera portate, & sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum glóriam habébit, & non in áltero: unusquisque enim onus suum portábit. Communícet autem is qui catechizátur verbo, ei qui se catechizat in ómnibus bonis. Nolite errare, Deus non irridétur. Quæ enim semináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptionem; qui autem séminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

R. Super omnem. 324.

Lectio iij.

Videte quilibet litteris. Scripsi vobis meá manu. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutiónem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt; sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur. Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc régulam secuti fuerint, pax super illos; & misericórdia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Grátia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen. Tu autem.

R. Dominus. 325.

FERIA QUARTA.

Incipit Epístola beati Pauli

Apóstoli ad Ephésios.

Lectio j.

Cap. 1.

PAulus Apóstolus Jesu Christi per voluntatem Dei, ómnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidélibus in Christo Jesu: Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Benedíctus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictiône spirituáli in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos

in ipso ante mundi constitutió-
nem, ut essémus sancti & im-
maculáti in conspectu ejus in
caritaté.

R. Apud Dóminum. 323.

Letitio ij.

Qui prædestinávit nos in
Adoptiónem filiórum per
Jesum Christum in ipsum, se-
cundum propósitum voluntá-
tis suæ, in laudem glóriæ
gratiæ suæ, in qua gratificá-
vit nos in dilecto Filio suo.
In quo habémus redempti-
onem per sánguinem ejus, re-
missiõnem peccatórum, secun-
dum divitias gratiæ ejus, quæ
superabundávit in nobis in
omni sapiéntia & prudéntia;
ut notum faceret nobis sacra-
mentum voluntátis suæ, se-
cundum beneláctum ejus,
quod propósuit in eo in dis-
pensatiõne plenitudinis tẽm-
porum, instauráre ómnia in
Christo quæ in cœlis & quæ in
terra sunt, in ipso.

R. Judicábit páuperes. 323.

Letitio iij.

IN quo étiam & nos sorte
Invocáti sumus, prædestináti
secundum propósitum ejus
qui operátur ómnia secundum
consilium voluntátis suæ; ut
simus in laudem glóriæ ejus,
nos qui antè sperávimus in
Christo: in quo & vos, cùm
audissetis verbum veritátis,
(*Evangélium salutis vestræ*)
in quo & credentes signáti
estis Spíritu promissiõnis san-
cto, qui est pignus hzreditá-
tis nostræ in redemptiõnem
acquisitiõnis, in laudem glóriæ
ipsius.

R. Rectum. 324.

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Ephésios.

Cap. 2.

NOs omnes aliquando
conversáti sumus in
desidériis carnis no-
stræ, facientes voluntátem car-
nis & cogitatiõnum; & erá-
mus naturá filii iræ, sicut &
ceteri. Deus autem qui dives
est in misericórdia, propter
nãmiam caritatẽ suam, quã
dilexit nos, & cùm essémus
mórtui peccátis, convivificá-
vit nos in Christo, (*cujus grã-
tiã estis salváti*) & conrelus-
citávit, & confedére fecit in
cœlestibus in Christo Jesu;
ut osténderet in sæculis super-
veniéntibus abundantes di-
vitiis gratiæ suæ in bonitatẽ
super nos in Christo Jesu. Grã-
tiã enim estis salváti per si-
dem, & hoc non ex vobis;
Dei enim donum est, non ex
opéribus, ut ne quis glorié-
tur. Ipsius enim sumus factú-
ra, creáti in Christo Jesu in
opéribus bonis quæ præparávit
Deus, ut in illis ambulémus.

R. Adjuva me. 324.

Letitio ij.

Propter quod mémores
estote quòd aliquando
vos Gentes in carne, qui dici-
mini præpútium ab ea quæ
dicitur circumcissio in car-
ne manu facta; quia erátis
illo in tẽpore sine Christo,
alienáti à conversatiõne Israël,
& hóspites testamentórum,
promissiõnis spem non habentes,
& sine Deo in hoc mundo.
Nunc autem in Christo Jesu
vos, qui aliquando erátis longè,
facti estis propé in sán-

guine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit útraque unum, & médium parietem maceriaz solvens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

R. Super omnem. 324.

LECTIO iij.

ET veniens evangelizavit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui propè; quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. Ergo jam non estis hospites & advenæ; sed estis cives sanctorum, & domestici Dei: superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulâri lapide Christo Jesu; in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino; in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

R. Dominus. 325.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Ephesios.

LECTIO j.

Cap. 4.

Obfecro vos ego vinc-tus in Domino, ut dignè ambulétis vocati-quæ vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, eum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati

estis in una spe vocati-onis ver-træ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

R. Apud Dominum misericordia. 323.

LECTIO ij.

UNicuique autem nostrum data est grátia secundum mensuram donati-onis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia.

R. Judicabit. 323.

LECTIO iij.

ET ipse dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi; ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus.

R. Rectum est. 324.

Sabbato Hebd. III. post Epiphaniam. 331

S A B B A T O.

De Epistola ad Ephésios.

Letitio j.

Estote imitatores Dei, sicut filii carissimi: & ambuláte in dilectiōne sicut & Christus dilexit nos, & trádedit semetipsum pro nobis oblatiōem & hóstiam Deo in odórem suavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominétur in vobis, sicut decer sanctos, aut turpítudo, aut stultilóquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet; sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicátor, aut immundus, aut avárus, (quod est idolórum sérvitus) non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.

[*Si fiat de Sabbato, & de Resumentur à II. Nocturno Dominice præcedentis.*]

Letitio ij.

Nemo vos seducat inánibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidéntiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Erásis enim aliquando ténébræ; nunc autem lux in Dómino. Ut filii lucis ambuláte, (fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate;) probantes quid sit beneplácitum Deo: & nolite communicare opéribus infructuosis ténébrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto sunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur; omne enim quod manifestatur, lu-

men est. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, & exurge à mortuis; & illuminábit te Christus.

Letitio iij.

Cap. 6.

DE cetero, fratres, confortámini in Dómino, & in poténtia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insídias diaboli. Quóniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectóres ténébrarum harum, contra spirituália nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in ómnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica[m] justitiæ, & calcetis pedes in præparatiōe Evangelii pacis: in ómnibus sumentes scutum fidei, in quo positus ómnia tela nequissimi ignea extinguerent.

Ad Magnificat. Ant. 2. D.

Omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, & Christum lucrificáram. *Philip. 3.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

D O M I N I C A I V
post Epiphaniam.

I N I. N O C T U R N O.

Incipit Epistola beati Pauli Apóstoli ad Philippenses.

Letitio j.

Cap. 1.

PAULUS, & Timótheus, servi Jesu Christi, ómnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & Diacónibus: Grátia vobis & pax à Deo

332 *Dominicá quartá post Epiphaniám.*

Patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Grátias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro ómnibus vobis, cum gáudio deprecationem faciens, super communicatióne vestra in Evangelio Christi, à prima die usque nunc; confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu: sicut est mihi justum hoc sentire pro ómnibus vobis; eò quòd hábeam vos in corde, & in vñculis meis, & in defensioné & confirmatióne Evangelii, sócios gáudii mei omnes vos esse.

R. Voluntátem timéntium se faciet Dóminus, & deprecationem eórum exáudiet; & salvos faciet eos. * Custódit Dóminus omnes diligentes se. ¶ Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat; sed generatio Dei conservat eum. * Custódit. *Psf.* 144. 1. *Joan.* 5.

Lectio ij.

TEstis enim mihi est Deus quómodo cúpiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro ut caritas vestra magis ac magis abundet in sciéntia & in omni sensu; ut probétis potióra, ut sitis sincéris & sine offensa in diem Christi, repléti fructu justitiæ per Jesum Christum in glóriam & laudem Dei. Scire autem vos voló, fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, &

in ceteris ómnibus; & plures è fratribus in Dómino confidentes vñculis meis, abundantius auderent sine timóre verbum Dei loqui.

R. Dómine, visita nos in salutári tuo, * Ad videndum in bonitate electórum tuórum, ad lætandum in lætítia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua. ¶ Iis qui coæquálem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri & Salvatoris Jesu Christi, grátia & pax adimpleatur, * Ad videndum. *Psf.* 105. 2. *Petr.* 1.

Lectio iij.

Quidam quidem & propter invidiam & contentiónem, quidam autem & propter bonam voluntátem Christum prædicant, quidam ex caritate, scientes quóniam in defensionem Evangelii pòsitus sum: quidam autem ex contentiõne Christum annúntiant non sincéris, existimantes pressúram se suscitáre vñculis meis. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasiõnem, sive per veritátem Christus annúntiétur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi provéniet ad salutem per vestram oratiõnem, & ministratiõnem spíritus Jesu Christi.

R. Salvábis me, Dómine, à contradicónibus pópuli mei; custódies me in caput géntium: pópulus quem ignóro, sérviet mihi; * Et exaltábitur Deus fortis salutis meæ. ¶ Sermo Dei currat, & clarificétur; * Et exaltábitur. Glória.

Dominicâ quartâ post Epiphaniam. 333

* Et exarâbitur. 2. Reg. 22. rem, ad illius imitationem
2. Thess. 3. hoc à nobis fieri intelligent.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentârio sancti Joannis Chrysostomi in Epistola ad Philippenſes.

In Præf. n. 2.

Leſio iv.

PAulus testimoniũ Philippensibus dat, non solum fidei, & periculorum nomine, sed etiam beneficentiæ; ubi, inquit, quod & in principio Evangelii, & semel & bis in usum mihi misistis, nemine alio id præstare. Hæc igitur & nos intelligentes, aggrediamur ipsi digni fieri hujusmodi exemplis; & primam quidem promptos ac paratos nos ostendamus pro Christo pati. At enim hoc tempore non est qui Christianos insectetur & vexet. Ergo, ubi nihil aliud, saltẽm efficacem & vehementem illorum beneficentiã imitemur: neque ubi semel atque iterum dedimus, omni officio perfunctos nos arbitremur. Etenim per omnem vitam id faciendum est. Quemadmodum divitum filii decus aureum circa collum gestant, illudque nunquam depõnunt, tanquam nobilitatis insigne circumferentes; ita & eleemosynam nobis ipsis circumdẽmus oportet, declarantes nos esse misericordis illius filios, qui solem exoriri facit super malos & bonos. At non credunt infidèles? Quinimod per hæc credent, si nos hæc præstiterimus. Nam si viderint nos omnium misereri, illumque representare præcepto-

rum, ad illius imitationem hoc à nobis fieri intelligent. *Ps.* Clamaverunt ad Dõminum, cum tribularentur; & de necessitatibus eorum liberavit eos. * Misit verbum suum, & sanavit eos; & eripuit eos de interitionibus eorum. *Ps.* Vidistis quoniam misericors Dõminus est, & miserator: * Misit verbum. *Pf.* 106. *Jac.* 5.

Leſio v.

NOstis profecto, nostis & vos ex pecuniis mala omnia, ex pecuniis sexcenta bella solere existere. Quamobrem qui illas contemnere didicit, tranquillo in portu seipsum locavit, nec damnnum posthac metuit. Ad hanc enim disciplinam illum eleemosyna erudit, non appetit posthac aliena: quomodo enim, cum sua profundat ac donet? Nulla posthac divitis invidia tangitur: quomodo enim, cum pauper fieri velit? Ipsumque animæ oculum ab omni labe purum reddit. Atque hæc quidem hæc: quorum verò ibi bonorum compos futurus sit, nulla unquam oratio queat expõnere: non unã cum stultis virginibus fors manebit, sed unã cum prudentibus, unã cum sponso introibit, splendidas habens lampades. Tanta est eleemosynæ virtus: magnã cum libertate alumnos suos introducit, ac nemo contradicit; sed omnes cedunt. Nam si Deum in terram adduxit, idque ipsi persuasit ut homo fieret; multo magis hominem in cælum intromittere pote-

334 *Dominica quarta post Epiphaniam.*

rit : usque adeo magna est ipsius potentia.

R. Confiteantur Domino misericordiae ejus, & mirabilia ejus filiis hominum ; * Quia suscepit eos de via iniquitatis eorum. V. Suscipite infirmos, semper quod bonum est sectamini in omnes : haec est enim voluntas Dei in Christo Jesu ; * Quia suscepit eos. *Pf. 106. 1. Theff. 5.*

Lectio vj.

Itaque si ex misericordia atque hominum amore, Deus homo factus est, imò si eò adductus est ut servus fieret; multò magis propter eam servos in domum introducet suam. Hanc amemus, hanc colamus, non uno aut altero die, sed per omne tempus; ut ipsa nos bene notos habeat: nam si ea nos nóverit, & Dominus noscet: sin ignóret, Dominus etiam ignorabit, ac dicet, Nescio vos. Verùm absit ut hanc nos vocem audiamus, sed beátam illam: Venite, benedicti Patris mei, possidete parátum vobis regnum à constituciónè mundi; quod últimam nos omnes consequámur in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri, unáque sancto Spiritui glória, impérium, honos, nunc & semper, in sécula seculórum. Amen. Tu autem.

R. Misericordiam & veritatem diligit Deus: * Grátiam & glóriam dabit Dominus: † Non privábit bonis eos qui ambulat in innocentia. V. Hilarem datórem diligit Deus; potens est autem omnem grá-

tiam abundare facere in vobis: * Grátiam, & glóriam. Glória Patri. † Non privábit. *Pf. 83. 2. Cor. 9.*

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundam Mattheum.

Lectio vij. Cap. 8.

In illo tempore; Ascendente Jesu in naviculam, secúti sunt eum discipuli ejus: & ecce motus magnus factus est in mari; ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse verò dormiebat. Et reliqua.

Homília sancti Augustini Episcopi.

Enarrat. 2. in Psalm. 25.

A Udisti in Evangelio: Periclitabatur navigiù in stagno, & dormiebat Jesus. Navigámus per quoddam stagnum, & ventus & procellae non desunt; tentationibus quotidianis hujus seculi propè oppléur nostrum navigium. Unde autem sit, nisi quia dormit Jesus? Si non dormiret in te Jesus, temperstates istas non patereris; sed tranquillitatem haberes intéribus, convigilante tecum Jesu.

R. Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; Jesus verò dormiebat. Et discipuli ejus suscitaverunt eum, dicentes: * Domine, salva nos, perimus. V. Exurge, quare obdormis, Domine? adjuva nos: * Domine. *Matth. 8. Pf. 43.*

Lectio viij.

Quid est autem, Dormit Jesus? Fides tua, quae est de Jesu, obdormivit. Surgunt procellae stagni hujus;

vides malos florere, bonos laborare: tentatio est, fluctus est. Er dicit ánima tua! O Deus, ipsa est iustitia tua, ut mali floreant, boni laborent? Dicis Deo, Ipsa est iustitia tua? & Deus tibi, Ipsa est fides tua? Hæc enim tibi promissi? ad hoc Christianus factus es, ut in sæculo isto flores? Unde hoc dicit? unde fluctibus stagni & tempestate turbaris; Quia dormit Jesus, id est, quia fides tua, quæ est de Jesu, sopita est in corde tuo.

R. Exurgens Jesus, ait discipulis: * Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Qui timet Dominum, non pavebit; quoniam ipse est spes ejus. * Quid timidi. *Marc. 4. Eccli. 34.*

Lectio in.

Quid facis ut libereris? Excita Jesum, & dic Magister, perimus. Movent enim incerta stagni, perimus. Evigilabit ille, id est, rediet ad te fides tua; & adjuvante illo, considerabis in ánima tua, quia quæ dantur modò malis, non cum illis perseverabunt; tibi autem quod promittitur, manebit in æternum. Evigilante Christo, jam tempestas illa non quatiet cor tuum; non opplebunt fluctus navim tuam; quia fides tua imperat ventis & fluctibus, & transiet periculum.

R. Viderunt ópera Domini, & mirabilia ejus in profundo. Clamaverunt ad Dominum: * Et statuit procellam in auram; & † Siluerunt fluctus maris. †. Comminatus est Jesus

vento, & dixit mari: Tace, obmutesce; * Et. Glória. † Siluerunt. †. f. 106. *Marc. 4.*

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Surgens Jesus, imperavit ventis & mari; & facta est tranquillitas magna. *Matth. 8.*

Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis, ut ea quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante, vincamus; Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Ad Magnificat. Ant. 8. G. Homines mirati sunt, dicentes: Qualls est hic, quia venti & mare obediunt ei! *Matth. 8.*
FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 2.

Si qua consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis; implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrans, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.

R. Voluntatem. 332.

Lectio ij.

Itaque, carissimi mei, (sicut semper obedistis) non ut in præsentia mei tantum, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operati-

336 *Feriã tertiã Hebdom. IV. post Epiphan.*

mini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus; ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ & perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

R. Dómine. 332.

Lectio iij. Cap. 4.

DE cetero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando restorulistis pro me sentire, sicut & sentiebatis; occupari autem eratis. Non quasi propter penuriam dico; ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare, (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.

R. Salvabis me. 332.

F E R I A T E R T I A.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Colossenses.

Lectio j. Cap. 1.

Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus

frater, eis qui sunt Colossis; sanctis & fidelibus fratribus in Christo Jesu: Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Grátias ágimus Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes: audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ repósta est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Evangelii, quod pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis ex ea die quã audistis & cognovistis grátiam Dei in veritate.

R. Clamaverunt ad Dóminum. 333.

Lectio ij.

Ideo & nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus in omni sapientia & intellectu spiritali; ut ambulatis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia & longanimitate cum gaudio, grátias agentes Deo Patri qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum.

R. Constituteantur Dño. 334.

Leſtio iij.

Cap. 2.

R. Voluntatem. 332.

Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambuláte, radicáti & superzedicáti in ipso, & confirmáti fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actióne. Vidéte ne quis vos decipiat per philosophiam & inánem falláciam, secundum traditionem hóminum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum; quia in ipso inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter; & estis in illo repléti, qui est caput omnis principátus & potestátis: in quo & circumcísi estis circumcisióne non manu factá in expoliatióne córporis carnis, sed in circumcisióne Christi: consēpulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operatiónis Dei qui suscitávit illum à mortuis.

R. Misericórdiam. 334.

F E R I A Q U A R T A.

De Epístola ad Colossenses.

Leſtio j.

Cap. 3.

Indúite vos sicut electi Dei, sancti & dilecti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modestiam, paciéntiam; supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus áliquem habet querélam: sicut & Dóminus donávit vobis, ita & vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vinculum perfectiόνis: & pax Christi exultet in córdibus vestris, in qua & vocáti estis in uno córpose; & grati estóte.

Leſtio ij.

Vobis abundanter in omni sapiéntia, docentes & commoventes vosmetipsos psalmis, hymnis & cánticis spirituálibus, in grátia cantantes in córdibus vestris Deo. Omne quodcumque faciitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agentes Deo & Patri per ipsum. Mulieres, súbditæ estóte viris, sicut oportet, in Dómino. Viri, diligite uxóres vestras, & nolite amári esse ad illas. Fílii, obedíte paréntibus per ómnia; hoc enim plácitum est in Dómino. Patres, nolíte ad indignatióem provocáre filios vestros, ut non pusillo ánimo fiant.

R. Dómine. 332.

Leſtio iij.

Cap. 3. & 4.

Servi, obedíte per ómnia dóminis carnálibus, non ad óculum servientes, quasi homínibus placentes, sed in simplicitáte cordis timentes Deum. Quodcumque faciitis, ex ánimo operámini sicut Dómino, & non homínibus; scientes quód à Dómino accipiétis retributiónem hæreditátis. Dómino Christo servíte. Qui enim injúriam facit, recipiet id quod iniquè gessit; & non est personarú accéptio apud Deum. Dómini, quod justum est & æquum, servis præstáte; scientes quód & vos Dóminum habétis in celo. Oratióni instáte, vigilantes in ea in gratiarum actióne.

R. Salvábis me. 332.

FERIA QUINTA.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Thessalonicenses.

Lesio j.

Cap. 1.

PAulus, & Silvánus, & Timótheus, Ecclesiæ Thessalonicénsium in Deo Patre, & Dómino Jesu Christo: Grátia vobis & pax. Grátias ágimus Deo semper pro ómnia vobis, memóriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione; memores óperis fidei vestræ, & labóris, & caritátis, & sustinentiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum: scientes, fratres dilecti à Deo, electiõnem vestram; quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos.

R. Clamaverunt. 333.

Lesio ij.

Cap. 2.

EXhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Evangelium; ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione avaritiæ, Deus testis est; nec querentes ab hominibus glóriam, neque à vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis óneri esse, ut Christi Apóstoli; sed

facti sumus parvuli in mente vestrum, tanquam si nutrix fovet filios suos. Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam carissimi nobis facti estis.

R. Confiteantur. 334.

Lesio iij.

MEmores enim estis, fratres, labóris nostri & fatigatiõnis; nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis, & Deus, quam sancte, & justè, & sine querela, vobis qui credidistis, fuimus; sicut scitis qualiter unumquemque vestrum, (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo qui vocavit vos in suum regnum, & glóriam. Ideo & nos grátias ágimus Deo sine intermissione; quoniam cum accepissetis à nobis verbum audinis Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei qui operatur in vobis qui credidistis.

R. Misericordiam. 334.

FERIA SEKTA.
De Epistola prima ad Thessalonicenses.

Lesio j.

Cap. 4.

DE cetero, fratres, rogavimus vos, & obsecramus in Dómino Jesu, ut quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambulatis, ut

abundētis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dóminum Jesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum: & ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum; quoniam vindex est Dóminus de iis omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificari sumus. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

R. Voluntatem. 332.

Lectio ij. Cap. 5.

DE temporibus autem & momentis, fratres, non indignis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies Dómini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax & securitas; tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugiet. Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diæ: non sumus noctis, neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & ceteri; sed vigilemus, & sobrii simus.

R. Dómine. 332.

Lectio iij.

Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, & præsumunt vobis in Dómino,

& monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum: pacem habete cum eis. Rogamus autem vos, fratres, corrumpite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper quoddam bonum est sectamini in invicem, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetas nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos.

R. Salvabis me. 332.

S A B B A T O .

Incipit Epistola secunda beati Pauli Apóstoli ad Thesalonicenses.

Lectio j. Cap. 1.

PAULUS, & Silvánus; & Timótheus, Ecclesiæ Thesalonicensium, in Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo: Grátia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Dómino Jesu Christo. Grátias ágere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat caritas uniuscujusque vestrum in invicem; ita ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei, ut di-

gni habeamini in regno Dei, vobis; quoniam si quis non pro quo & parimini. Si tamen justum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant; & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de celo cum Angelis virtutis ejus.

[*Si fiat de Sabbato, R. R. R. sumentur è II. Nocturno Dominice precedentis.*]

Lesio ij.

Cap. 2.

Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostrae congregationis in ipsum; ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat ullo modo; quoniam nisi venerit discessio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui adversatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Non retinetis quòd, cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium jam operatur iniquitatis; tantum, ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui eum.

Lesio iij.

Cap. 3.

Nam & cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus

quoniam si quis non vult operari, nec manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiosè agentes. Iis autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducet. Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notare, & ne commisceamini cum illo, ut confundatur; & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Iple autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli; quod est signum in omni epistola: ita scribo. Gracia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Tu autem.

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Christus Jesus dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis.

1. *Tim. 2.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

DOMINICA V
post Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.
Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lesio j. Cap. 1.

PAULUS Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei salvatoris nostri, & Christi Jesu spei nostrae:

Rz : Timótheo dilecto filio in fide ; Grátia , misericórdia , & pax à Deo Patre , & Christo Jesu Dómino nostro . Sicut rogávi te ut remanéres Ephesi , cum irem in Macedóniam , ut denuntiáres quibusdam ne áliter docérent , neque inténderent fábulis , & genealogiis interminátis : quæ quæstiónes præstant magis quàm ædificatióem Dei , quæ est in fide . Finis autem præcepti est caritas de corde puro , & conscientiâ bonâ , & fide non fictâ . A quibus quidam aberrantes , conversi sunt in vaniloquium , volentes esse legis doctóres , non intelligentes neque quæ loquuntur , neque de quibus affirmant .

Rz . Diriget Dóminus manufectos in iudicio : docébit mites vias suas . * Universæ viæ Dómini , misericórdia & veritas , requiréntibus testamentum ejus . **¶** Sectáre justitiam , fidem , caritatem , & pacem ; stultas autem & sine disciplina quæstiónes devíta . * Universæ . *Pf. 24. 2. Tim. 2.*

Lectio ij.

Grátiâs ago ei qui me confortávit , Christo Jesu Dómino nostro , quia fidélem me existimávit , ponens in ministerio : qui prius blasphemus fui , & persecutor , & contumeliosus ; sed misericórdiam Dei consecutus sum , quia ignorans feci in incredulitate . Superabundávit autem grátia Dómini nostri cum fide & dilectiône quæ est in Christo Jesu . Fidélis sermo & omni acceptiône dignus , quod Chri-

Pars Hyem.

stus Jesus venit in hunc mundum peccatóres salvos facere , quorum primus ego sum : sed ideo misericórdiam consecutus sum , ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam , ad informatiõem eórum qui credituri sunt illi in vitam æternam .

Rz . Usquequod , Deus , impropérabit inimicus ? irritat adversárius nomen tuum in finem ? Deus autem rex noster ante sæcula : * Operátus est salutem in medio terræ . **¶** Filius hóminis non venit ánimas pèrdere , sed salvare : * Operátus est . *Pf. 73. Luc. 9.*

Lectio iij.

Cap. 2.

Obscuro igitur primùm ómnium fieri obsecrationes , orationes , postulationes , gratiarum actiones , pro ómnibus hominibus , pro rébus , & ómnibus qui in sublimitate sunt ; ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate . Hoc enim bonum est , & acceptum coram salvatore nostro Deo , qui omnes homines vult salvos fieri , & ad agnitiõem veritatis venire . Unus enim Deus , unus & mediátor Dei & hóminum homo Christus Jesus : qui dedit redemptionem semetipsum pro ómnibus , testimonium temporibus suis .

Rz . Recordatus est Dóminus misericórdiæ suæ , & veritatis suæ domui Israel : * Vidérunt omnes términi terræ salutáre Dei nostri . **¶** Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi , non reputans illis delicta

Q

342 *Dominicâ quintâ post-Epiphaniâ.*

ipsorum. * Vidérunt. Glória Vade, dic ægróti, clama de-
Parti. * Vidérunt. *Pf. 97. 2.* sperátis : Fidéiis sermo &
Cor. 5. www.libtool.com omni acceptióne dignus, quia

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini

Episcopi.

De verbis Apost. Serm. 175,

aliás 9. C. 1.

Leñio iv.

Fidéiis sermo & omni
acceptióne dignus, quia
Christus Jesus venit in
mundum peccatóres salvos fá-
cere, quorum primus ego sum.
Nulla causa fuit veniendi Chri-
sto Dómino, nisi peccatóres
salvos facere. Tolle morbos,
tolle vúlnera, & nulla causa
est medicinæ. Si venit de
cælo magnus médicus, ma-
gnus per totum orbem terræ
jacébat ægrótu. Ipse ægró-
tu, genus humanum est.

R. Bénedic, ánima mea,
Dómino; & ómnia quæ intrá
me sunt, nómini sancto ejus:

* Anima mea, noli oblivisci
ómnès retributiónes ejus, qui
propitiátur ómnibus iniquita-
tibus tuis. ¶ Misericórdiam
consecútus sum, ut in me
primo osténderet Christus Je-
sus omnem paciéntiam. * Ani-
ma. *Pf. 102. 1. Tim. 1.*

Serm. 176. C. 4. Leñio v.

Dicit Paulus unicusque
ægróto, & de se volenti
desperare: Qui curávit me,
misit me ad te, & dixit mihi:
Illi desperanti vade, & dic
quid habuisti, quid in te sa-
návi, quàm citò sanávi. De
cælo vocávi, uná voce per-
cussi & dejeci, aliá erexi &
elegi, tertiá implévi & misi,
quarta liberávi & coronávi,

Vade, dic ægróti, clama de-
sperátis : Fidéiis sermo &
omni acceptióne dignus, quia
Christus Jesus venit in mun-
dum peccatóres salvos fácere.
Quid timétis? Quid trepidá-
tis? Quorum primus ego sum,
Ego, inquit, vobis loquor,
sanus ægrotántibus, stans ja-
céntibus, secúrus desperánti-
bus. Ideo enim misericórdiam
consecútus sum, ut in me os-
ténderet Christus Jesus omnem
longanimitátem.

R. Quómódò miserétur pa-
ter filiórum, miserus est Dó-
minus timentibus se; quóniam
* Ipse cognóvit signum
nostrum: recordátus est quón-
iam pulvis sumus. ¶ Non
ex opéribus justitiæ quæ fé-
cimus nos, sed secundum
suam misericórdiam salvos nos
fecit: * Ipse. *Pf. 102. Tit. 3.*

Cap. 5.

Leñio vj.

Nolite ergo desperare,
ægróti estis, accédite
ad eum, & sanámini: cæci
estis, accédite ad eum, & il-
luminámini. Et qui sani estis
ei grátias ágite; & qui ægro-
tátis, ad eum sanandi curríte:
dícite omnes, Veníte, ado-
rémus, & prosternámur ei, &
plorémus coram Dómino qui
fecit nos, & hómines & sal-
vos. Nam si ille nos fecit hó-
mines, nos autem ipsi nos
fécimus salvos; aliquid illo
mélius fécimus: mélior est
enim salvus homo, quàm qui-
libet homo. Si ergo te Deus
fecit hóminem, & tu te fecisti
bonum hóminem; quod tu
fecisti, mélius est. Noli te
extóllere super Deum: subde

Dominicâ quintâ post Epiphaniâ. 343

te Deo, adora, prosternere, quomodo pertinentibus, monendo, docendo, hortando. confutere illi qui fecit te; quia nemo recrear, nisi qui creat, nemo reficit, nisi qui fecit.

R. Magnificâte Dñm mecum, & exaltémus nomen ejus in idipsum. * Accédite ad eum, & illuminâmini; & † Fâcies vestræ non confundentur. †. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in hûmine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum. * Accédite. Glória † Fâcies. *Ps. 33. Col. 1. IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore; Parabolam proposuit turbis Jesus, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

De verbis Ev. Serm. 88. C. 18.

HOC in mysterio lectionis hujus cognovimus, fratres, esse intus in Ecclesia bonos & malos, quod sæpè dicimus frumentum & paleam. Nemo ante tempus délerat aream, tóleret paleam in tritura, tóleret in area; quod enim tóleret, in hórreo non habébit. Véniet ventilátor qui dividet malos à bonis. Erit etiam corporalis separatio, quam modò spiritalis præcédit. A malis corde semper disjungimini, ad tempus cautè corpore copulamini. Nec tamen negligentes sitis in corrigendis vestris, ad curam scilicet vestram quo-

R. Simile factum est regnum caelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo; cum autem dormirent homines, inimicus superseminavit zizania. †. Ad imaginem similitudinis suæ Deus fecit hominem; invidia autem diaboli, mors introivit in orbem terrarum. * Seminavit. *Matth. 13. Sap. 2.*

Lectio vij.

DUobus modis non te maculat malus; si non consentias, & si redarguas: hoc est, non communicare, non consentire. Communicatur quippe, quando factio ejus consortium voluntatis vel approbationis adjungitur. Hoc ergo nos admonens Apóstolus, ait: Nolite communicare operibus instructuosis tenebrarum. Et quia parum erat non consentire, si sequeretur negligentia disciplinæ: Magis autem, inquit, & redarguite. Videte quemadmodum utrumque complexus est, Nolite communicare; magis autem & redarguite. Quid est, Nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, Magis autem & redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Deinde in ipsa correctione vel coercitione alienorum peccatorum cavendum est ne se extollat qui alterum corripit. Neque ergo consentientes sitis malis ut approbetis, neque negligentes ut non arguatis,

344 *Feriâ secundâ Hebdom. V. post Epiphan.*

neque superbientes ut insultanter arguâtis.

R. Zizânia, filii sunt nequam; inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. * Sicut colliguntur zizânia; & igni comburantur; sic erit in consummatione sæculi. ¶ In diem perditionis servatur malus, & ad diem furoris ducetur. * Sicut. *Math. 13. Job. 21.*

Leslio ix.

QUI deseruerit unitatem, violat caritatem: & quisquis violat caritatem, quodlibet magnum habeat, ipse nihil est. Si linguis hominum loquatur & Angelorum, si sciat omnia sacramenta, si habeat omnem fidem ut montes transferat, si distribuât omnia sua pauperibus, si corpus suum tradat ut ardeat, caritatem autem non habeat; nihil est, nihil ei prodest. Universa inutiliter habet, qui unum illud quo universis utatur, non habet. Amplectamur itaque caritatem, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Non nos seducant qui carnaliter intelligunt, & corporalem separationem facientes, ab Ecclesie frumentis toto orbe diffusis spiritali sacrilegio separantur. Per rotum enim mundum seminatum est bonum semen.

R. Mittet Filius hominis Angelos suos; & colligent eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in carinum ignis: * Tunc ¶ Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. ¶. Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei

tunc erit. * Tunc. Glória Patri. ¶ Iusti. *Math. 13. Eccles. 3.*

Ad Benedictus. Ant. 3. c. Dómine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizânia? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. *Math. 13.*

Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsumus, Dómine, continuâ pietate custodi; ut quæ in sola spe gratiæ celestis innititur, tuâ semper protectione muniatur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Ad Magnificat. Ant. 1. g. Colligite primum zizânia, & alligatæ ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregatæ in horreum meum. *Math. 13.*

FERIA SECUNDA.

De Epistola prima ad Timotheum.

Leslio j. Cap. 3.

FIDELIS sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobriam, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesie Dei diligentiam habebit? Non neophytum; ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diabolus. Opor-

Feria tertiâ Hebdom. V. post Epiphan. 345

tet autem illum & testimónium habere bonum ab iis qui & inseruerunt se dolóribus foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in láqueum diabóli.

R. Diriget. 341.

Leñio ij. Cap. 4. & 5.

Nemo adolescentiâ tuam contemnat; sed exemplum esto fidélium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ. Noli negligere grâtiâ quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem; juvenes, ut fratres; anus, ut matres; juvenculas, ut sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ verè viduæ sunt.

R. Usquequò. 341.

Leñio iij. Cap. 6.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficiëntia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quodd nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in láqueum diabóli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam

appetentes, erraverunt à fide, & inseruerunt se dolóribus multis. Tu autem, ó homo Dei, hæc fuge: sectare verò justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.

R. Recordatus. 341.

F E R I A T E R T I A .
Incipit Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Leñio j. Cap. 1.

Paulus Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Jesu: Timotheo carissimo filio; Grâtiâ, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro. Grâtiâs ago Deo, cui servo à progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tuam memoriâ in orationibus meis, nocte ac die considerans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear, recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primum in avia tua Lóide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te. Propter quam causam admoneo te ut resuscites grâtiâ Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

R. Benedic. 342.

Leñio ij. Cap. 2.

TU ergo, fili mi, confortare in grâtiâ, quæ est in

346 *Ferid quartá Hebdom. V. post Epiphán.*

Christo Jesu : & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labóra sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus ; ut ei placeat cui se probávit. Nam & qui certat in agóne, non coronátur nisi legitímè certáverit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intéllige quæ dico ; dabit etenim tibi Dóminus in omnibus intellectum.

R. Quómodo. 342.

Lectio iij.

Juvenilia autem desideria fuge ; sectáre verò justitiam, fidem, caritátem, & pacem cum iis qui invocant Dóminu de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones devíta ; sciens quia generant lites. Servum autem Dómini non oportet litigare ; sed mansuétum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modéstia corripientem eos qui resistunt veritati : nequando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritátem, & respiscant à diaboli láqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatē.

R. Magnificáte. 343.

FERIA QUARTA.

De Epístola secunda beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Lectio j. Cap. 3.

Hoc autem scito, quòd in novíssimis diébus instábunt témpora peccant homines seipso- rum, eláti, super-

bi, blasphemí, paréntibus non obediétes, ingrátí, scelesti, sine affectióne, sine pace, criminatóres, incontinentes, immítes, sine benignitáte, proditóres, protervi, tímidi, & voluptátum amatóres magis quàm Dei ; habentes spéciem quidem pietátis, virtútem autem ejus abnegantes. Et hos devíta : ex his enim sunt qui penetrant domos, & captivas ducunt muliérculas onerátas peccátis, quæ ducuntur variis desidériis ; semper discétes, & nunquam ad sciéntiam veritátis perveniétes.

R. Diriget. 341.

Lectio ij.

Tu autem assecútus es meam doctrinam, institucióne, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectióne, patientiá, persecuciónes, passiónes, quália mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, & Lystris : quales persecuciónes sustinui, & ex omnibus eripuit me Dóminus. Et omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecucióne patientur. Mált autem homines & seductóres proficiéte in pejus ; errantes, & in errórem mittentes. Tu verò permáne in iis quæ didicisti, & crédita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infántia sacras líteras nosti, quæ te possunt instrúere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Jesu.

R. Usquequò. 341.

Lectio iij.

Cap. 4.

Testificor coram Deo, & Jesu Christo, qui judicáturus est vivos & mórtuos,

per adventum ipsius, & regnum ejus: prædica verbum, inſta opportunè, importunè: argue; obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus; & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelizæ, miniſterium tuum imple. Sobrius eſto.

R. Recordatus eſt Dominus miſericordiz. 341.

FERIA QUINTA.

Incipit Epiſtola beati Pauli Apòſtoli ad Titum.

Leſio j. Cap. 1.

PAulus ſervus Dei, Apòſtolus autem Jeſu Chriſti ſecundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ ſecundum pietatem eſt, in ſpem vitæ æternæ quam promiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſeculária: manifeſtavit autem temporibus ſuis verbum ſuum in prædicatione quæ credita eſt mihi ſecundum præceptum Salvatoris noſtri Dei: Tito dilecto filio, ſecundum communem fidem: Grátia & pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu ſalvatore noſtro.

R. Benedic, ánima mea. 342.

Leſio ij.

Hujus rei grátia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas

per civitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos. Oportet enim Episcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem; non ſuperbum; non iracundum; non vinolentum; non percufforem; non turpis lucri cupidum; ſed hoſpitalem, benignum, ōbrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem; ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.

R. Quomodo miſeretur patet. 342.

Leſio iij.

Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maxime qui de circumciſione ſunt; quos oportet redargui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiã. Dixit quidam ex illis proprius ipſorum propheta: Cretenſes ſemper mendaces, male beſtiæ, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam increpa illos dure, ut ſani ſint in fide, non intendentes Judæicis fabulis, & mandatis hominum averſantium ſe à veritate. Omnia munda mundis; coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinata ſunt eorum & mens & conſciencia. Conſitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant, cum ſint abominati, & incredibiles;

& ad omne opus bonum réprobi.

R. Magnificatè Dominum mecum. 343.

F E R I A S E X T A.

De Epistola ad Titum.

Lesio j. Cap. 2.

TU loquere quæ decent sanam doctrinam; senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sancti in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes; ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Juvēnes similiter hortare, ut sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile; ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

R. Diriget Dominus manuetos. 341.

Lesio ij. Cap. 3.

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse; neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Erant enim aliquando & nos insipientes, increduli, erran-

tes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiae, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovacionis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum salvatorem nostrum; ut justificati gratia ipsius, hæredes simus, secundum spem vite æternæ.

R. Usquequò, Deus, improberabit. 341.

Lesio iij.

Fidelis sermo est; & de his volo te confirmare: Ut curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Hæc sunt bona & utilia hominibus. Stultas autem quaestiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita; sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem, devita; sciens quia subversus est qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Cum misero ad te Artem aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim; ibi enim statui hiemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usum necessarios, ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei

cum omnibus vobis. Amen.
Tu autem.

R. Recordatus est Dominus. 341.

S A B B A T O.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Philémonem.

Lectio j.

PAulus victus Christi
Jesu, & Timotheus frater :
Philémoni dilecto & adiutori nostro, & Appiae sorori carissimae, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiae quae in domo tua est; Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens caritatem tuam, & fidem quam habes in Domino Jesu, & in omnes sanctos; ut communicatio fidei tuae evidens fiat in agnitione omnis operis boni quod est in vobis in Christo Jesu.

[Si fiat de Sabbato, B&B. sumentur à II. Nocturno Dominicae praecedentis.]

Lectio ij.

GAudium enim magnum habui, & consolationem in caritate tua, quae viscera sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter caritatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex; nunc autem & victus Jesu Christi: obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit,

nunc autem, & mihi & tibi utilis, quem remisisti tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii: sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

Lectio iij.

Forsitan enim ideo disceris ad horam à te, ut aeternum illum reciperes; jam non ut servum, sed pro servo carissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me, si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi quoddam & te ipsum mihi debes. Ita, frater. Ego te fruatur in Domino: refice viscera mea in Domino. Confidens in obedientia tua, scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies. Simul autem & para mihi hospitium; nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras conceptivus meus in Christo Jesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas, adiutores mei. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Tu autem.

Ad Magnificat. Ant. 6. F. Jesus Christus heri, & hodie: ipse & in secula. Hebr. 13.

Oratio, ut infra ad Laudas.

DOMINICA SEXTA
post Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Hebræos.

Lectio j.

Cap. 1.

Multifariam multique modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis; tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit.

R. Speciosus formâ præ filiis hominum; diffusa est grâtiâ in labiis tuis. * Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. * Ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus; ad Filium autem: * Sedes tua, Deus, &c. *Pf. 44. Hebr. 1.*

Lectio ij.

Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium? Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, &

ministros suos flammam ignis.

Ad Filium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ participibus tuis.

R. Regnum tuum, Domine, regnum omnium sæculorum; * Et dominatio tua in omni generatione, & generationem. * Domine Deus omnipotens, accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti; * Et dominatio. *Pf. 144. Apoc. 11.*

Lectio iij.

ET: Tu in principio, Domine, terram fundasti; & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes ut vestimentum veterascunt, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?

R. Tu Dominus altissimus super omnem terram: * Nimis exaltatus es super omnes deos. * Dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriâ, & honorem, & virtutem; quia tu creasti omnia: * Nimis. Glória Patri. * Nimis. *Pf. 96. Apoc. 4.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Athanasii
Episcopi.

*Orat. 2. contra Arianos. n. 24.
& 26. Lectio iv.*

Nemo disceptantes audire velit hereticos, Deum non semper Patrem fuisse, sed postea factum esse; ut emendantur aliquo tempore ejus Verbum non existisse. Nemo, inquam, hæc disputantes patienter audierit, cum multæ sint adversus illos refutationes; tum ex verbis Joannis, qui dicit: Erat Verbum; tum ex Pauli scriptis, cujus hæc sententia est: Qui est splendor gloriæ, & qui est super omnia Deus benedictus in sæcula: Amen. Deus æternaliter est. Eternaliter igitur existente Patre, æternaliter quoque existit ejus splendor, quod ipsum est Verbum ejus. Ac rursus Deus existens, ex se existens Verbum habet: neque Verbum supervénit, cum prius non esset; neque Pater unquam irrationalis, hoc est, sine ratione & Verbo fuit.

R. Dominare in medio inimicorum tuorum: * Tecum Principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum; ex utero ante luciferum genui te. *Ps. 109. Hebr. 1.*

n. 53. & 55. Lectio v.

Sed, inquit, in Epistola ad Hebræos ita Apóstolus

loquitur: Tanto melior Angelis factus, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est. Ex his verbis colligunt Verbum Dei creaturam esse, & opus, & unam ex rebus conditis. Si personam, rem, tempus apostólici dicti cognoscerent heretici, nunquam humana in deitatem transferentes, tam impie & stulte adversus Christum sese habuissent. Id intuéri necébit, si initium lectionis probè excipias. Dicit enim Apóstolus: Multifariam multisque modis olim Deus locutus est patribus nostris per Prophetas; últimis autem diebus locutus est nobis in Filio. Atque ita paulò post dicit, perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dexteram majestatis in excelsis, tanto meliorem Angelis factum, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est. De eo igitur tempore quo nobis per Filium locutus est, cum peccatorum purgatio fieret, apostólicum dictum mentionem facit. Quando autem nobis locutus est in Filio, aut quando purgatio peccatorum facta est, aut quando natus est homo, nisi post Prophetas; idque in últimis diebus?

R. Benedicite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, * Ad audiendam vocem sermonum ejus. *Ps. Vidébitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis, * Ad audiendam. Ps. 102. Joan. 1.*

& ad omne opus bonum ré-
probi.

R. Magnificatè Dominum
mecum. 343.

F E R I A S E X T A.

De Epistola ad Titum.

Leitio j. Cap. 2.

TU loquere quæ decent
sanam doctrinam; se-
nes, ut sobrii sint, pu-
dici, prudentes, sancti in fide,
in dilectione, in patientia.
Anus similiter, in habitu san-
cto, non criminatrices, non
multo vino fervientes, bene
docentes; ut prudentiam dó-
ceant adolescentulas, ut vi-
ros suos ament, filios suos
diligant, prudentes, castas,
sobrias, domus curam habent-
es, benignas, subditas viris
suis, ut non blasphemetur ver-
bum Dei. Juvēnes similiter
hortare, ut sobrii sint. In om-
nibus teipsum præbe exem-
plum bonorum operum, in
doctrina, in integritate, in
gravitate, verbum sanum, ir-
reprehensibile; ut is qui ex
adverso est, vereatur, nihil
habens malum dicere de no-
bis.

R. Diriget Dominus man-
uétos. 341.

Leitio ij. Cap. 3.

Admone illos principibus
& potestátibus subditos
esse, dicto obedire, ad omne
opus bonum paratos esse; né-
minem blasphemare, non liti-
giosos esse, sed modestos, om-
nem ostendentes mansuetudi-
nem ad omnes homines. Erá-
mus enim aliquando & nos
insipientes, increduli, erran-

tes, fervientes desidériis & vo-
luptátibus váriis, in malitia
& invidia agentes, odibiles,
odientes invicem. Cùm au-
tem benignitas & humanitas
apparuit Salvatoris nostri Dei,
non ex opéribus justitiæ, quæ
fecimus nos, sed secundum
suam misericórdiam salvos nos
fecit per lavácrum regenera-
tionis & renovatiónis Spíritus
sancti, quem effudit in nos
abundè per Jesum Christum sal-
vátorem nostrum; ut justificati
gratiá ipsius, hæredes simus,
secundum spem vitæ æter-
næ.

R. Usquequò, Deus, impro-
perábit. 341.

Leitio iij.

Fidelis sermo est; & de his
volo te confirmare: Ut
curent bonis opéribus præesse,
qui credunt Deo. Hæc sunt
bona & utilia hominibus. Stul-
tas autem quæstiones, & ge-
nealogias, & contentiones, &
pugnas legis devita; sunt enim
inútiles & vanæ. Hæreticum
hominem, post unam & secun-
dam correptionem, devita;
sciens quia subversus est qui
ejusmodi est, & delinquit, cùm
sit proprio iudicio condemná-
tus. Cùm misero ad te Arte-
mam aut Tychicum, festina
ad me venire Nicópolis; ibi
enim statui hiemare. Zenam
legisperitum & Apollo sollici-
tè præmitte, ut nihil illis desit.
Discant autem & nostri bo-
nis opéribus præesse ad usum
necessários, ut non sint infru-
ctuosi. Salútant te qui mecum
sunt omnes. Salúta eos qui
nos amant in fide. Grátia Dei

tum omnibus vobis. Amen.
Tu autem.

R. Recordatus est Dominus. 341.

S A B B A T O.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Philémonem.

LECTIO j.

PAULUS victus Christi
Jesu, & Timotheus frater :
Philémoni dilecto & adiutori nostro, & Appia
sorori carissimæ, & Archippo
commilitoni nostro, & Ecclesiæ
quæ in domo tua est; Grátia
vobis & pax à Deo Patre nostro,
& Domino Jesu Christo. Grátias
ago Deo meo, semper memóriam
tui faciens in orationibus meis,
audiens caritatem tuam, & fidem
quam habes in Domino Jesu, & in
omnes sanctos; ut communicatio
fidei tuæ evidens fiat in agnitione
omnis operis boni quod est in
vobis in Christo Jesu.

[Si fiat de Sabbato, R. & R. funentur è II. Nocturno Dominica præcedentis.]

LECTIO ij.

GAUDIUM enim magnum
hábui, & consolationem
in caritate tua, quia viscera
sanctorum requieverunt per te;
frater. Propter quod multam
fiduciam habens in Christo
Jesu imperandi tibi quod ad
rem pertinet, propter caritatem
magis obsecro, cum sis talis,
ut Paulus senex; nunc autem
& victus Jesu Christi: obsecro
te pro meo filio, quem genui
in vineis, Onesimo, qui tibi
aliquando inutilis fuit;

nunc autem, & mihi & tibi
utilis, quem remisisti tibi. Tu
autem illum, ut mea viscera
suscipe. Quem ego volueram
mecum detinere, ut pro te
mihi ministraret in vinculis
Evangelii: sine consilio
autem tuo nihil volui facere,
uti ne velut ex necessitate
bonum tuum esset, sed voluntarium.

LECTIO iij.

FORSITAN enim ideo discessit
ad horam a te, ut æternum
illum reciperes; jam non ut
servum, sed pro servo carissimum
fratrem, maxime mihi: quanto
autem magis tibi, & in carne,
& in Domino? Si ergo habes
me socium, suscipe illum sicut
me, si autem aliquid nocuit tibi,
aut debet, hoc mihi imputa.
Ego Paulus scripsi meâ manu:
ego reddam, ut non dicam
tibi quod & te ipsum mihi
debes. Ita, frater. Ego te fruor
in Domino: refice viscera mea
in Domino. Confidens in obedientia
tua, scripsi tibi, sciens quoniam
& super id quod dico, facies.
Simul autem & para mihi
hospitium; nam spero per
orationes vestras donari me
vobis. Salutat te Epaphras
concaptivus meus in Christo
Jesu, Marcus, Aristarchus,
Demas & Lucas, adiutores
mei. Grátia Domini nostri
Jesu Christi cum spiritu vestro.
Athen. Tu autem.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Jesús Christus heri, & hodie:
ipse & in secula. Hebr. 13.

Oratio, ut infra ad Laudes.

& ad omne opus bonum ré-
probi.

R. Magnificatè Dominum
mecum. 343.

F E R I A S E X T A.

De Epistola ad Titum.

Lectio j. Cap. 2.

TU loquere quæ decent
sanam doctrinam; se-
nes, ut sobrii sint, pu-
dici, prudentes, sancti in fide,
in dilectione, in patientia.
Anus similiter, in habitu san-
cto, non criminatrices, non
multo vino servientes, bene
docentes; ut prudentiam dó-
ceant adolescentulas, ut vi-
ros suos ament, filios suos
diligant, prudentes, castas,
sobrias, domus curam haben-
tes, benignas, subditas viris
suis, ut non blasphemetur ver-
bum Dei. Juvēnes similiter
hortare, ut sobrii sint. In om-
nibus te ipsum præbe exem-
plum bonorum operum, in
doctrina, in integritate, in
gravitate, verbum sanum, ir-
reprehensibile; ut is qui ex
adverso est, vereatur, nihil
habens malum dicere de no-
bis.

R. Diriget Dominus man-
uētos. 341.

Lectio ij. Cap. 3.

ADmone illos principibus
& potestatibus subditos
esse, dicto obedire, ad omne
opus bonum paratos esse; né-
minem blasphemare, non liti-
giosos esse, sed modestos, om-
nem ostendentes mansuetudi-
nem ad omnes homines. Erá-
mus enim aliquando & nos
insipientes, increduli, erran-

tes, servientes desideriiis & vo-
luptatibus variis, in malitia
& invidia agentes, odibiles,
odientes invicem. Cùm au-
tem benignitas & humanitas
apparuit Salvatoris nostri Dei,
non ex operibus justitiæ, quæ
fecimus nos, sed secundum
suam misericordiam salvos nos
fecit per lavacrum regenerati-
onis & renovatiōnis Spiritus
sancti, quem effudit in nos
abundè per Jesum Christum sal-
vatorem nostrum; ut justificati
gratiâ ipsius, hæredes simus,
secundum spem vitæ æter-
næ.

R. Usquequò, Deus, impro-
perabit. 341.

Lectio iij.

Fidēlis sermo est; & de his
volo te confirmare: Ut
curent bonis operibus præesse,
qui credunt Deo. Hæc sunt
bona & utilis hominibus. Stul-
tas autem quæstiones, & ge-
nealogias, & contentiones, &
pugnas legis devita; sunt enim
inutiles & vanæ. Hæreticum
hominem, post unam & secun-
dam correptionem, devita;
sciens quia subversus est qui
ejusmodi est, & delinquit, cùm
sit proprio judicio condemná-
rus. Cùm misero ad te Arte-
mam aut Tychicum, festina
ad me ventre Nicópolis; ibi
enim statui hiemare. Zenam
legisperitum & Apollo sollici-
tè præmitte, ut nihil illis desit.
Discant autem & nostri bo-
nis operibus præesse ad usum
necessarios, ut non sint infruc-
tuosi. Salutant te qui mecum
sunt omnes. Saluta eos qui
nos amant in fide. Grátia Dei

tum omnibus vobis. Amen.
Tu autem.

R. - Recordatus est Dominus. 341.

S A B B A T O.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Philémonem.

Leitio j.

PAulus victus Christi
Jesu, & Timótheus frater
& Philémoni dilecto
& adjutori nostro, & Appia
sorori carissimæ, & Archippo
commilitoni nostro, & Eccle-
siaz quæ in domo tua est; Grá-
tia vobis & pax à Deo Patre no-
stro, & Domino Jesu Christo.
Grátias ago Deo meo, semper
memóriam tui faciens in ora-
tionibus meis, áudiens caritá-
tem tuam, & fidem quam habes
in Domino Jesu, & in omnes
sanctos; ut comunicatio fidei
tuæ evidens fiat in agnitione
omnis operis boni quod est in
vobis in Christo Jesu.

[Si fiat de Sabbato, BeBeB.
fumentur è II. Nocturno Domi-
nicæ præcedentis.]

Leitio ij.

GAudium enim magnum
hábui, & consolatióem
in caritate tua, quia viscera
sanctorum requieverunt per te,
frater. Propter quod multam
fiduciam habens in Christo
Jesu imperandi tibi quod ad
rem pertinet, propter caritatē
magis obsecro, cum sis talis,
ut Paulus senex; nunc autem
& victus Jesu Christi: obse-
cro te pro meo filio, quem
genui in vinculis, Onesimo,
qui tibi aliquando inutilis fuit,

nunc autem, & mihi & tibi
utilis, quem remisisti tibi. Tu
autem illum, ut mea viscera
& suscipe. Quem ego volue-
ram mecum detinere, ut pro
te mihi ministraret in vinculis
Evangelii: sine consilio
autem tuo nihil volui facere,
uti ne velut ex necessitate bo-
num tuum esset, sed voluntá-
rium.

Leitio iij.

Forsitan enim idéo disces-
sit ad horam à te, ut æternum
illum reciperes; jam non ut
servum, sed pro servo carissimum
fratrem, maxime mihi: quanto
autem magis tibi, & in carne, &
in Domino? Si ergo habes me só-
cium, suscipe illum sicut me,
si autem aliquid nocuit tibi,
aut debet, hoc mihi imputa.
Ego Paulus scripsi meâ manu:
ego reddam, ut non dicam
tibi quoddam & te ipsum mihi
debes. Ita, frater. Ego te fruatur
in Domino: réfice viscera mea
in Domino. Confidens in obedi-
entia tua, scripsi tibi, sciens
quoniam & super id quod dico,
facies. Simul autem & para
mihi hospitium; nam spero
per orationes vestras donari
me vobis. Salutat te Epaphras
concaptivus meus in Christo
Jesu, Marcus, Aristarchus,
Demas & Lucas, adjutores
mei. Grátia Domini nostri
Jesu Christi cum spiritu vestro.
Amen. Tu autem.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Jesús Christus heri, & hodie:
ipse & in secula. Hebr. 13.

Oratio, ut infra ad Lau-
des.

& ad omne opus bonum ré-
probi.

R. Magnificatè Dominum
mecum. 343.

F E R I A S E X T A.

De Epistola ad Titum.

Lectio j. Cap. 2.

TU loquere quæ decent
sanam doctrinam; se-
nes, ut sobrii sint, pu-
dici, prudentes, sancti in fide,
in dilectione, in patientia.
Anus similiter, in habitu san-
cto, non criminatrices, non
multo vino fervientes, bene
docentes; ut prudentiam dó-
ceant adolescentulas, ut vi-
ros suos ament, filios suos
diligant, prudentes, castas,
sobrias, domus curam haben-
tes, benignas, subditas viris
suis, ut non blasphemetur ver-
bum Dei. Juvēnes similiter
hortare, ut sobrii sint. In om-
nibus teipsum præbe exem-
plum bonorum operum, in
doctrina, in integritate, in
gravitate, verbum sanum, ir-
reprehensibile; ut is qui ex
adverso est, vereatur, nihil
habens malum dicere de no-
bis.

R. Diriget Dominus man-
uétos. 341.

Lectio ij. Cap. 3.

Admone illos principibus
& potestátibus subditos
esse, dicto obedire, ad omne
opus bonum paratos esse; né-
minem blasphemare, non liti-
giosos esse, sed modestos, om-
nem ostendentes mansuetudi-
nem ad omnes homines. Erá-
mus enim aliquando & nos
insipientes, increduli, erran-

tes, servientes desideriiis & vo-
luptatibus variis, in malitia
& invidia agentes, odibiles,
odientes invicem. Cum au-
tem benignitas & humanitas
apparuit Salvatoris nostri Dei,
non ex operibus justitiæ, quæ
fecimus nos, sed secundum
suam misericordiam salvos nos
fecit per lavacrum regenerati-
onis & renovatiōis Spiritus
sancti, quem effudit in nos
abundè per Jesum Christum sal-
vátorem nostrum; ut justificati
gratiâ ipsius, hæredes simus,
secundum spem vitæ æter-
næ.

R. Usquequò, Deus, impro-
perabit. 341.

Lectio iij.

Fidélis sermo est; & de his
F volo te confirmare: Ut
curent bonis operibus præesse,
qui credunt Deo. Hæc sunt
bona & utilia hominibus. Stul-
tas autem quaestiones, & ge-
nealogias, & contentiones, &
pugnas legis devita; sunt enim
inutiles & vanæ. Hæreticum
hominem, post unam & secun-
dam correptionem, devita;
sciens quia subversus est qui
ejusmodi est, & delinquit, cum
sit proprio judicio condemná-
tus. Cum misero ad te Arte-
mam aut Tychicum, festina
ad me venire Nicópolis; ibi
enim statui hiernare. Zenam
legisperitum & Apollo sollici-
tè præmitte, ut nihil illis desit.
Discant autem & nostri bo-
nis operibus præesse ad usum
necessarios, ut non sint infru-
ctuosi. Salutant te qui mecum
sunt omnes. Saluta eos qui
nos amant in fide. Grátia Dei

tum omnibus vobis. Amen.
Tu autem.

R. Recordatus est Dominus. 341.

S A B B A T O.

Incipit Epistola beati Pauli
Apostoli ad Philémonem.

Letitio j.

PAulus victus Christi
Jesu, & Timotheus frater:
Philémoni dilecto
& adjutori nostro, & Appia
sorori carissimæ, & Archippo
commilitoni nostro, & Eccle-
siaz quæ in domo tua est; Grá-
tia vobis & pax à Deo Patre no-
stro, & Domino Jesu Christo.
Grátias ago Deo meo, semper
memóriam tui faciens in ora-
tionibus meis, áudiens caritá-
tem tuam, & fidem quam habes
in Domino Jesu, & in om-
nes sanctos; ut comunicá-
tio fidei tuæ évidens fiat in
agnitióne omnis operis boni
quod est in vobis in Christo
Jesu.

[Si fiat de Sabbato, & B. B. B. B.
sumentur à II. Nocturno Domi-
nicæ præcedentis.]

Letitio ij.

GAudium enim magnum
hábui, & consolatióem
in caritate tua, quæ viscera
sanctorum requieverunt per te,
frater. Propter quod multam
fiduciam habens in Christo
Jesu imperandi tibi quod ad
rem pertinet, propter caritatem
magis obsecro, cum sis talis,
ut Paulus senex; nunc autem
& victus Jesu Christi: obse-
cro te pro meo filio, quem
genui in vinculis, Onesimo,
qui tibi aliquando inútilis fuit,

& mihi & tibi
útilis, quem remisí tibi. Tu
autem illum, ut mea viscera
, suscipe. Quem ego volue-
ram mecum detinere, ut pro
te mihi ministráret in vincu-
lis Evangelii: sine consilio
autem tuo nihil volui facere,
uti ne velut ex necessitate bo-
num tuum esset, sed voluntá-
rium.

Letitio iij.

Forsitan enim idéo disces-
sit ad horam à te, ut æternum
illum reciperes; jam
non ut servum, sed pro servo
carissimum fratrem, maxime
mihi: quanto autem magis
tibi, & in carne, & in Dó-
mino? Si ergo habes me só-
cium, suscipe illum sicut me,
si autem aliquid nócuít tibi,
aut debet, hoc mihi imputa.
Ego Paulus scripsi meá manu:
ego reddam, ut non dicam
tibi quodd & telpsum mihi de-
bes. Ita, frater. Ego te fruatur
in Domino: réface viscera mea
in Domino. Confidens in obe-
diéntia tua, scripsi tibi, sciens
quóniam & super id quod di-
co, facies. Simul autem &
para mihi hospítium; nam spe-
ro per oratióes vestras donari
me vobis. Salutat te Epaphras
conceptus meus in Christo
Jesu, Marcus, Aristarchus,
Demas & Lucas, adjutores
mei. Grátia Dómini nostri
Jesu Christi cum spiritu vestro.
Amen. Tu autem.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Jesús Christus heri, & hódie:
ipse & in sécula. Hebr. 13.

Oratio, ut infra ad Lau-
des.

S A B B A T O.

De Epistola ad Hebræos.

Letitio j.

Cap. 13.

Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite oblivisci; per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Mementote victorum; tanquam simul vincti; & laborantium; tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine avaritia, contenti presentibus; ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam. Ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor; non timebo quid facias mihi homo.

R. Dominare in medio inimicorum. 351.

Letitio ij.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis; quæ non profuerunt ambulantis in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, impetium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civi-

tatem; sed futuram Inquietum.

R. Benedicite. 351.

Letitio iij.

Obedite prepositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri; ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes; hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis; confidimus enim quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conversari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quod celerrimè restituar vobis. Deus autem patris, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ovium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, apert vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Jesum Christum; cui est gloria in sæcula seculorum. Amen. Tu autem.

R. Quis similis erit Deo in filiis. 352.

S A B B A T O

Ante Septuagesimam.

[*In fine quinta Anaphora Vesp. si sint de Sabbato; (si autem de Festo, in fine Ant. ad Magnificat.) dicitur Alleluia. nec amplius dicitur usque ad Pascha.]*

A D V E S P E R A S.

Omnia ut in Psalterio, exceptis qua sequuntur.

Capitulum. Exod. 31.

Custodiant filii Israel sabbatum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum

est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum; sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & in séptimo ab opere cessavit.

Rx. Deo grátias.

Hymnus.

TE læta, mundi Cõditor,
Unum manet semper
quies :

Festiva cœlestes choros
Semper decent præcõnia,
Nos, sanctitate perditâ,
Pœnalis expectat labor :

Hymnos-ne dulces patrias
Mœsti canamus exules?
Quil te pils placabilem
Spondes futurum stetitibus,
Lugere da longi, Pater,
Delscta, causas exiit.

Verum salubrem temperet
Spe nixa mœrõrem fides;
Tu mox quieti nos tuæ,
Lætiisque reddes canticis.

Sit summa Patri glória,
Ejusque soli Filsito,
Sancto simul cum Spirítu,
Nunc, & per omne sæculum.
Amen.

✠. Priusquàm montes florent,
aut formarétur terra
& orbis, Rx. A sæculo & usque
in sæculum tu es Deus.
Pf. 89.

Ad Magnificat. Ant. 1. D.
Dóminus Deus noster fecit
terram in fortitudine sua, præparavit orbem in sapientia sua,
& prudentiâ suâ extendit cœlos.
Jerem. 51.

Oratio, us infra ad Laudes.

AD COMPLET. loco Allelúia.
dicitur: Laus tibi, Dómine, rex
eternæ glóriæ.

D O M I N I C A

SEPTUAGESIMÆ.

Omnia us in Dominicis à Septuag. ad Quadrag. infra, 364 additis quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

Incipit liber Génesis.

Lectio j. Cap. 1.

IN principio creávit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inánis & vácuca, & ténébræ erant super faciém abyssi; & Spirítus Dei ferebátur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona: & divisit lucem à ténébris. Appellavitque lucem, Diem; & ténébras, Noctem. Factumque est vespere & mane, dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in médio aquarum; & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum; divisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum. Et factum est vespere & mane dies secundus. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locum unum; & appareat árida. Et factum est ita. Et vocavit Deus áridam, Terram; congregatiõnesque aquarum appellavit, Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et

protulit terra herbam virentē, cāmīni, & replēte aquas maris; & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciēns fructum; & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies quintus.

℞. Verbo Dómini cœli firmati sunt; & Sp̄ritu oris ejus, omnis virtus eórum: cóngrégans sicut in utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. * Timeat Dóminum omnis terra. †. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. * Timeat. Ps. 32. Joan. 1.

℞. In principio creávit Deus cœlum & terram: * Et vidit Deus cuncta quæ fécerat, & erant valde bona. †. Fide intelligimus aptata esse sécula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent: * Et. Gen. 1. Hebr. 11.

Leñtio ij.

Dixit autem Deus: Fiant luminária in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa & témpora, & dies & annos, ut luceant in firmamento cœli, & illúminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminária magna: lumináre majus, ut præset diē; & lumináre minus, ut præset nocti; & stellas. Et pósuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram & præsesent diē ac nocti, & dividerent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies quartus. Dixit etiám Deus: Producant aquæ réptile animæ viventis, & volátile super terram, sub firmamento cœli. Creavitque Deus cete grándia, & omnem animam viventem atque motábilem, quam produxerant aquæ in espécies suas, & omne volátile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixitque eis, dicens: Crescite, & multipli-

Lectio iij. Cap. 1. & 2. **D**ucat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & béstias terræ secundum espécies suas. Factumque est ita. Et fecit Deus béstias terræ juxta espécies suas, & jumenta, & omne réptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciámus hóminem ad imágnem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & béstiis, universæque terræ, omnique réptili quod movetur in terra. Et creávit Deus hóminem ad imágnem Dei creávit illum: másculum & féminam creávit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicámini, & replēte terram, & subjícite eam; & dominámini piscibus maris & volatilibus cœli, & universis animántibus quæ moventur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & univérſa ligna quæ habent in

semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, & univ-
 omni que volucris cœli, & uni-
 veris quæ moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat; & erant valde bona. Et factum est vespere & mane, dies sextus. Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Complēvitque Deus die septimo opus suum quod fecerat; & requiēvit die septimo ab univ-
 versis opere quod parrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificavit illum; quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret.

R. Ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & præsit universæ terræ; & creavit Deus hominem ad imaginem suam. ¶ Novus homo secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate, veritatis. * Creavit. Gloria Patri.

* Creavit. *Gen. 1. Ephes. 4.*
 IN II. NOCTURNO.
 Ex libro sancti Augustini
 Episcopi, de civitate Dei.

Lib. 14. C. 15. §. 1.

Lectio iv.

Quia contemptus est Deus jubens, qui creaverat, qui ad suam imaginem fecerat, qui ceteris animalibus preposuerat, qui in paradiso considerat, qui rerum omnium copiam salutisque præstiterat, qui præceptis nec pluribus, nec grandibus, nec difficilibus oneraverat; sed uno brevissimo atque levissi-

mo ad obedientiæ salubritatem adminiculaverat, quo eam creaturam cui libera servitus expediret, se esse Dominum commonebat; justa damnatio subsecuta est, talisque damnatio, ut homo qui custodiendo mandatum, fururus fuerat etiam carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis: & qui suâ superbiâ sibi placuerat, Dei justitiâ sibi donaretur; nec sic ut in sua esset omnimoda potestate, sed à se ipse quoque dissentiens, sub illo cui peccando consensit, pro libertate quam concupivit, duram miseramque ageret servitutem; mortuus spiritu volens, & corpore moriturus invitus; desertor æternæ vitæ, etiam æternâ, nisi grâtia liberaret, morte damnatus.

R. Deus de terra hominem fecit, creavit ex ipso adjutorium simile sibi: & * Disciplina intellectus replēvit illos, & mala & bona ostendit illis, ¶ Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? * Disciplina. *Eccli. 17. Math. 19.*

Lectio v.

Quisquis hujusmodi damnationem vel nimiam vel injustam putat, metiri profecto nescit quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abraham non immerito magna obedientia prædicatur, quia, ut occideret filium, res difficillima est imperata; ita in paradiso tanto major inobediencia fuit, quanto id quod præceptum est,

nallius difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hominis eò prædicabilior, quò factus est obediens usque ad mortem; ita inobediencia primi hominis eò detestabilior, quò factus est inobediens usque ad mortem. Ubi enim magna est inobedienciae poena propòsita, & res à Creatore facilis imperata; quisnam satis explicet, quantum malum sit non obedire in re facti, & tantæ potestatis imperio, & tanto terrenti supplicio?

R. A muliere initium factum est peccati, * Et per illam omnes morimur. *¶* Adam enim non est seductus; mulier autem seducta in prævaricatione fuit; * Et per illam. *Eccli. 25. 1. Tim. 2.*

Lesio vj.

Denique, ut breviter dicatur, in illius peccati poena, quid inobedienciae, nisi inobediencia retributa est? Nam quæ hominis est alia miseria, nisi adversus eum ipsum inobediencia ejus ipsius; ut quoniam noluit quod potuit, quod non potest velit? In paradiso enim, etiam si non omnia poterat ante peccatum, quidquid tamen non poterat, non volebat; & ideo poterat omnia quæ volebat: nunc verò, sicut in ejus stirpe cognoscimus, & divina Scriptura testatur: Homo vanitati similis factus est. Quis enim enumeret quàm multa quæ non potest velit, dum sibi ipsi, id est, voluntati ejus, ipse animus ejus, eoque inferior caro ejus, non obtemperat? Ipso namque invito, & animus ple-

rumque turbatur, & caro doler, & veterascit, & moritur.

R. Sicut per inobedienciam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita * Et per unius obedientiam justii constituentur multi. *¶* Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: * Et. *Glória. † Per. Rom. 5. Ps. 52.*

IN III. NOCTURNO.

Lesio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lesio vij.

Cap. 20.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 87. de verbis Evangelii.

TAnquam primæ horæ vocantur, qui recentes ab utero matris incipiunt esse Christiani; quasi tertiæ pueri, quasi sextæ juvenes, quasi nona vergetes in senium; quasi undecimæ omnino decrepiti; unum tamen vitæ æternæ denarium omnes accepturi. Sed attendite & intelligite, fratres mei, ne ideo quisque differat venire ad vineam, quia securus est; quoniam, quando cumque venerit, ipsum denarium accepturus est. Securus est quidem, quòd ipse denarius illi promittitur; sed differre non jubetur.

R. Pater familias exiit primo mane conducere operarios in vineam suam; & circa horam tertiam vidit alios in foro otio-

fos, & dixit : * Ite in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. ¶ Quid adhuc retardatis? operamini opus vestrum, & Dominus dabit vobis mercedem vestram in tempore suo : * Ite. *Matth.* 20. *Eccli.* 51.

Lectio viij.

Quid ille daturus sit, & quid facturus sit, penes ipsum consilium est. Tu quando vocaris, veni : merces enim cunctis æqualis promittitur; sed de ipsa hora operandi magna quaestio est. Si illi enim, verbi gratiâ, qui vocati sunt hora sexta, in hac ætate corporis constituti, ubi iuvenes anni fervent, sicut ipsa hora sexta fervet; si dicerent illi iuvenes vocari, Expecta; audivimus enim in Evangelio, quia omnes unam mercedem accepturi sunt; cum senes facti fuerimus, hora undecimâ veniemus, tantumdem accepturi : quare amplius laboraturi : responderetur eis, & diceretur : Laborare non vis, qui utrum vivas usque ad senectam nescis? Sextâ horâ vocaris, sextâ horâ veni.

R. Circa undecimam invenit alios stantes, & dicit illis : Quid hic statis totâ die otiosi? * Ite & vos in vineam meam. ¶ Non dissolvantur manus vestræ; erit enim merces operi vestro. * Ite & vos. *Matth.* 20. 2. *Paral.* 15.

Lectio ix.

Pater familias tibi quidem etiam undecimâ venientis denarium promissit; sed utrum vivas usque ad septimam, nemo tibi promissit, Non dico

usque ad undecimam, sed usque ad septimam. Quare ergo differis vocantem te, certus de mercede, incertus de die? Vide ne forte quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi auferas differendo. Si hoc recte dicitur de infantibus, tanquam ad horam primam pertinentibus; si recte dicitur de pueris, tanquam ad horam tertiam pertinentibus; si recte dicitur de juvenibus, tanquam in horâ sextâ flagrantia constitutis; quanto magis recte de decrepitis dicitur : Ecce jam hora undecima est, & adhuc stas, venire piger es?

R. Dicit dominus vineæ procuratori suo : Redde operariis mercedem, incipiens à novissimis. Primi murmurabant; at ille uni eorum dixit : * Non facio tibi injuriam; volo huic novissimo dare sicut & tibi. ¶ Ego miseror cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit : * Non. Glória. *Repet. R.* Dicit. usque ad 7. *Ego. Matth.* 20. *Exod.* 33,

[*Ab hac die usque ad Pascha, non dicitur Te Deum. in omni Officio de Tempore.*]

Ad Benedictus. Ans. 8. *G.* Amice, nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est. Non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? *Matth.* 20.

Oratio.

Preces populi tui, quaesumus, Domine, clementer exaudi; ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro

364 *In Dominicis à Septuages. ad Quadrages.*

tui nómínis glória misericorditer liberémur ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum , qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus ; Per ómnia sécula seculórum. R. Amen.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Erunt novíssimi primi , & primi novíssimi ; multi enim sunt vocáti , pauci verò electi. *Matth. 20.*

Oratio , ut suprd.

I N D O M I N I C I S
A S E P T U A G E S I M A

Ad Quadragesimam.

Loco Alleluia. dicitur : Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ. usque ad Nonam Feriæ IV. majoris Hebdóm. inclusivè, in initio Horarum quarumcumque.

AD OFFICIUM NOCT.

*Invis. Deum qui fecit cælum & terram , * Veníte, adóremus. Ps. 113.*

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

REbus creatis nil egens ,
Temet beátus , nunc tuo
Prodis ab arcáno , Deus ,
Mundoque das primórdia.

Tu cuncta quæ non sunt
vocas :

Et illa se sistunt tibi ;
Miroque concentu , suo
Dant Conditóri glóriam.

At mundus è sinu tuo
Dum prodit aspectábilis ,
Augustiórem cógitas
Mundum , Créator álterum.
Illum Redemptor ártifex
Virtútibus condet suis ,
Sparsoque terris ómnibus
Verbi potentis sémine.

Illum , peractis séculis ,

Cælo locábit ; & throni
Mensæque consortem suæ
Deo redonábit Patri.

Utrique mundo qui præs ;
Utrumque conserva , Pater :
Utrumque , Fili , dirige :
Utrumque , Flamen , consecra.
Amen.

Psalmi, Ant. & VV. de Festivalio, post Præsens. quæcumque Dominica incidere Septuagesima.

Lectiones & Responsoría, ut in qualibet Dominica.

R. Sacerd. Magnus Dóminus & laudábilis nimis ; R. Et magnitudinis ejus non est finis. Ps. 144.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

*Ant. D*ómine, tu es qui fecisti cælum & terram , mare , & ómnia quæ in eis sunt. *Act. 4.*

Ant. 5. C. Omnípotens manus tua , Dómine, creávit orbem terrarum : ómnia in mensúra , & número , & póndere disposuisti. *Sap. 11.*

Ant. 3. a. Dómine , Pater noster es tu , nos verò lutum ; & fictor noster tu , & ópera mánuum tuárum omnes nos. *Is. 64.*

Ant. 6. F. Benedícant te cæli & terræ , mareque , & fontes , & flúmina , & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. *Tob. 8.*

Ant. 7. d. Laudáte Dóminum , cæli cælórum ; quia ipse dixit , & facta sunt ; ipse mandávit , & creata sunt. *Pf. 148.*

Capitulum. Apoc. 4.

Dignus es , Dómine Deus noster , accíperé glóriam & honórem . & virtútem ; quia

In Dominicis à Septuages. ad Quadrages. 365

quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

Hymnus.

Qui nos creas solus, Pater,

De pristino lapsos statu
Non solus instauras : simul
Nostros labores exigis.

Delicta poenitentibus
Clemens relaxas ; improbos

Vocas morantes, & viam
Erroris urges linquere.

Scelus remordet ; intimo
Pectus dolore scinditur :

Ultoris & partes Dei
Exercet in semet nocens,

Vitare plagas admonet
Ægrè recepta sanitas,

Et arctiorem sensuum
Hortatur ad custodiam.

Divina non scrutabilis
O altitudo consilii !

Sic vel malorum pròvidus
Educis è sinu bona.

At obstinatis vindicem
Iram reservas : mergitur

Scelestus orbis ; unicus
Noè superstes effugit.

Hic, præco poenitentiae,
Novi sequester foederis,

Servator orbis & parens,
Christi figuram prætulit.

Sit laus Patri, laus Filio :

Utrumque qui nectis, Deus
Utrique compar, sit tibi

Laus sempiterna, Spiritus.
Amen.

¶ Magnus est Deus noster
præ omnibus diis : R. Omnia
quæcumque voluit, fecit.

Pf. 134.

*Antiph. ad Benedictus. &
Oratio ut in qualibet Domi-
nica.*

Pars Hyemalis.

A D P R I M A M.

Ant. 1. D. Creavit Deus hominem inextinguibilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Sap. 2.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors ; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Rom. 5.

Capitulum. 2. Cor. 11.

Fratres ; Timeo ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo.

R. br. Salvum me fac, Domine, * Quoniam defecit factus. Salvum. ¶ Diminutæ sunt veritates * à filiis hominum, * Quoniam. Glória Patri. Salvum. *Pf. 11.*

¶ Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt : R. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. *Pf. 13.*

A D S E X T A M.

Ant. 3. b. Misericordie Domini, quia non sumus consumpti ; quia non defecerunt miserationes ejus. Thren. 3.

Capitulum. Sap. 10.

Sapientia illum qui primus sformatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia.

R. br. Quomodo miseretur pater filiorum, * Misertus est Dominus. Quomodo. ¶ Quoniam ipse cognovit * signum.

R

366 In Dominicis à Septuages. ad Quadrages.

tum nostrum, * Misertus est.
Glória Patri. Quomodo.

* Recordatus est quoniam
pulsis sumus: R. Homo sicut
foenum dies ejus. Ps. 102.

A D N O N A M.

Ant. 4. E. Nihil odisti eórum
quæ fecisti: parcis autem
omnia; quoniam tua
sunt, Dómine, qui amas ani-
mas. Sap. 11.

Capitulum. Sap. 1.

DEus mortem non fecit,
nec lætatur in perditione
vivórum; creávit enim ut
essent omnia, & sanábiles fe-
cit nationes orbis terrarum.

R. br. Deus; tu conversus,
* Vivificábis nos. Deus. * Et
psebs tua * lætábitur in te.
* Vivificábis nos. Glória Pa-
tri. Deus. Ps. 84.

* Dómine, misericórdia
tua in scúlum: R. Opera
manuum tuarum ne despicias.
Ps. 137.

A D V E S P E R A S.

Psalmi de Dominica:

Ant. **D**omine Deus, óm-
niú. **D**ñum creatórum; qui
fecisti patres electos, & san-
ctificasti eos, custódi partem
tuam, & sanctifica. 2. Mach. 1.

Ant. 4. E. Ne auferas mi-
sericórdiam tuam à nobis,
propter Abraham dilectum
tuum; & Isaac servum tuum,
& Israel sanctum tuum: Dan. 3.

Ant. 2. D. Juxta fidem de-
functi sunt isti; non accepit
repromissióribus, sed à longè
eas aspicientes, & saltantes,
& contentes quia peregrini
& hóspites sunt super terram.
Hebr. 11.

Ant. 3. C. Deus non confun-

ditur vocári Deus eórum: pa-
rávit enim illis civitátem.
Hebr. 11.

Ant. 3. 2. Móyses secus ru-
bum dicit Dóminum, Deum
Abraham, & Deum Isaac, &
Deum Jacob: Deus autem
non est mortuórum, sed vi-
vórum: Luc. 20.

Capitulum. 1. Mach. 2.

Mementóte óperum pa-
trum, quæ fecerunt in
generatióibus suis; & acci-
pietis glóriam magnam, &
nomen æternum.

Hymnus.

VOs, ante Christi témpora,
Christi fidèles afflectæ,
Verenda justórum cohors,
Primique credentium pares:

Vestram quis dè dignis queat
Esse laudibus fidem?
Crebros anhelantis spei
Quis explicet suspiritus?

Hic exules, hic advenæ,
Mundi figuram spernitis;
Non littera, sed spiritu
Promissa pensatis bona.

Intenta mens uni Deo
Respectat æternas domos:
Fæc, Christe, nos veram quo-
que

Desiderare pátriam.
Sic laus Patri; laus Filio:
Utrumque qui necis, Deus
Utrique compar, sit tibi
Laus sempiterna, Spiritus.

Amen.

* Recordámini sermonis
quem præcepit Dóminus,
R. Quem pepigit cum Abra-
ham. 1. Paral. 16.

Ant. ad Magnificat. & Ora-
tio, ut in qualibet Dominica.
COMPLETORIUM; ut in Psal-
terio.

I N F E R I I S

A S E P T U A G E S I M A

ad Quadragesimam.
Invit. Deum totius creaturæ Dóminum, * Veníte, adorémus. *Judith.* 9.

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Rebus creatis. 364.

Psalmi, Antiph. & Versic. ut in Psalterio.

Lectiones habentur infra, in qualibet feria.

Tria xxx. sumuntur à Dominica præcedenti, ex I. & II. Nocturno alternatim, ut notatur in qualibet feria.

Non dicitur Te Deum. usque ad Pascha, nisi in Festis.

* *Sacerd.* Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; *R.* Et magnitudinis ejus non est finis. *Pf.* 144.

A D L A U D E S.

Psalmi & Antiph. de Psalterio.

Capitulum. *Eccli.* 18.

Qui vivit in æternum, creávit omnia simul. Deus solus justificábitur, & manet invictus rex in æternum. Quis sufficit enarrare ópera illius? Quis enim investigábit magnalia ejus.

Hymnus, Qui nos creas. 365.

* Tuus est dies, & tua est nox: *R.* Tu fabricátus es auróram & solem. *I s.* 73.

Ad Benedictus. Antiph. propria, ut in qualibet Feria Oratio Dominice præcedentis.

AD HORAS, Psalmi & Ans. de Psalterio.

A D P R I M A M.

Canon ad calcem, pro tempore Septuagesimæ, secundum Feriam.

A D T E R T I A M.

Capitulum. *Hebr.* 11.

Ide plurimam hóstiam Abel quàm Caïn obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente munéribus ejus Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur.

R. *br.* Sacrificáte sacrificium justitiæ: * Speráte in Dómino. Sacrificáte. * Multi dicunt: * Quis ostendit nobis bona? * Speráte. Glória Patri. Sacrificáte. *Pf.* 4.

* Sacrificium laudis honorificábit me: *R.* Et illic iter quo ostendam illi salutáre Dei. *I s.* 49.

A D S E X T A M.

Capitulum. *Hebr.* 11.

Ide Enoch translátus est, ne videret mortem; & non inveniebátur, quia translaciónem enim testimonium hábuit placuisse Deo.

R. *br.* Beátus vir * Cujus est nomen Dómini spes ejus. Beátus. * Et non respexit in vanitates * & insánias falsas; * Cujus. Glória Patri. Beátus. *I s.* 39.

* Suscipientes mansuetos Dóminus, *R.* Humilians autem peccatóres usque ad terram. *Pf.* 146.

A D N O N A M.

Capitulum. *Hebr.* 11.

Ide Noë, responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptávit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum; & justitiæ quæ per fidem est, hæres est institútus.

368 *Ferid secundâ Hebdom. Septuagesimæ.*

R. br. Justus Dóminus, in animam viventem. Plantâ-
* Et justitias dilexit. Justus, verat autem Dóminus Deus
paradísium voluptátis à princí-
* Equitatem vidit * vultus pio, in quo posuit hóminem
ejus, * Et justitias dilexit. quem formáverat. Produxitque
Glória Patri. Justus. *Psf.* 10.

V. Salus justórum à Dómi-
no; *R.* Et protector eórum in
tempore tribulatiónis. *Psf.* 36.

AD VESPERAS.

Psalmi & Antiph. de Psalterio.

Capitulum. Hebr. 11.

Fidè Abraham demorátus
est in terra repromissiónis,
tanquam in aliéna, in casulis
habitando cum Isaac & Jacob
cohzredibus repromissiónis e-
jusdem; expectábat enim fun-
damenta habentem civitatem,
cujus ártifex & conditor Deus.

Hymnus, Vos, ante. 366.

V. Advena ego sum apud
te, & peregrinus, *R.* Sicut om-
nes patres mei. *Psf.* 38.

*Ad Magnificat. Antiph. prop-
ria, ut in qualibet Feria.*

COMPLETORIUM, ut in *Pfalt.*

FERIA SECUNDA.

De libro Génesis.

Lesio j. Cap. 2.

Istæ sunt generatiónes cœli
& terræ, quando creata
sunt in die quo fecit Dó-
minus Deus cœlum & terram;
& omne virgultum agri, án-
tequam oriretur in terra; om-
nemque herbam regiõnis, prius-
quam germináret: non enim
plúerat Dóminus Deus super
terram, & homo non erat qui
operarétur terram; sed fons
ascendebat è terra, irrigans
universam superficiem terræ.
Formávit igitur Dóminus Deus
hóminem de limo terræ, & in-
spirávit in faciem ejus spirácu-
lum vitæ, & factus est homo

in animam viventem. Plantâ-
paradísium voluptátis à princí-
pio, in quo posuit hóminem
quem formáverat. Produxitque
Dóminus Deus de humo om-
ne lignum pulcrum visû, &
ad vescendum suáve; lignum
etiám vitæ in médio paradísi,
lignumque sciéntiæ boni &
mali. Et stúvius egrediebatur
de loco voluptátis ad irrigan-
dum paradísium, qui inde di-
viditur in quátuor cápita.

R. In princípio. 360.

Lesio ij.

Tulit ergo Dóminus Deus
hóminem, & posuit eum
in paradíso voluptátis, ut ope-
rarétur & custodiret illum;
præcepitque ei, dicens: Ex
omni ligno paradísi cómede;
de ligno autem sciéntiæ boni
& mali ne cómedas: in quo-
cumque enim die comederis
ex eo, morte morieris. Dixit
quoque Dóminus Deus: Non
est bonum esse hóminem so-
lum: faciámus ei adjutórium
simile sibi. Formávit igitur Dó-
minus Deus de humo cunctis
animántibus terræ, & univer-
sis volatilibus cœli, addixit
ea ad Adam, ut vidéret quid
vocáret ea; omne enim quod
vocávit Adam animæ viven-
tis, ipsum est nomen ejus. Ap-
pellavitque Adam nomínibus
suis cuncta animántia, & uni-
versa volatília cœli, & om-
nes béstias terræ.

R. Verbo Dómini. 360.

Lesio iij.

Adæ verò non inveniebá-
tur adjutor similis ejus.
Immisit ergo Dóminus Deus

toporem in Adam : cùmque obdormisset , tulit unam de costis ejus , & replevit carnem in quocumque die comederitis pro ea : Et ædificavit Dóminus Deus costam , quam tulerat de Adam , in mulierem ; & adduxit eam ad Adam . Dixitque Adam : Hoc nunc os ex ossibus meis , & caro de carne mea : hæc vocabitur Virago , quóniam de viro sumpta est . Quámobrem relinquet homo patrem suum & matrem , & adhærebit uxóri suæ : & erunt duo in carne una . Erat autem uterque nudus , Adam scilicet , & uxor ejus ; & non erubescébant .

R. Ait Deus. 361.

Ad Benedictus. Ant. 2. D. Deus ab initio constituit hóminem , & reliquit illum in manu consilii sui : adjecit mandata & præcepta sua. *Eccli. 15.*

Ad Magnificat. Ant. 7. d. Ante hóminem vita & mors , bonum & malum ; quod placuerit ei dabitur illi. *Eccli. 15.*
F E R I A T E R T I A .

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 3.

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ , quæ fécerat Dóminus Deus . Qui dixit ad mulierem : Cur præcepit vobis Deus , ut non comederétis de omni ligno paradísi ? Cui respondit mulier : De fructu lignórum quæ sunt in paradíso , véscimur ; de fructu verò ligni , quod est in médio paradísi , præcepit nobis Deus ne comederémus , & ne tangerémus illud , ne fortè moriamur . Dixit autem serpens ad mulie-

rem : Nequáquam morte moriémini ; scit enim Deus quòd ex eo , aperientur óculi vestri , & éritis sicut dii , scientes bonum & malum . Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum , & pulchrum óculis , aspéctuque delectabile : & tulit de fructu illius , & comédit ; deditque viro suo , qui comédit . Et aperti sunt óculi ambórum .

R. Deus de terra. 361.

Lectio ij.

Cumque cognovissent se esse nudos , consuéerunt fólia ficus , & fecerunt sibi perizómata . Et cum audissent vocem Dómini Dei deambulantis in paradíso ad auram post meridiem , abscondit se Adam , & uxor ejus à fácie Dómini Dei in médio ligni paradísi . Vocavitque Dóminus Deus Adam , & dixit ei : Ubi es ? Qui ait : Vocem tuam audivi in paradíso , & tímui , eò quòd nudus essem , & abscondi me . Cui dixit : Quis enim indicávit tibi quòd nudus eses , nisi quòd ex ligno de quo præcéperam tibi ne coméderes , comedisti ? Dixitque Adam : Mulier quam dedisti mihi sóciam , dedit mihi de ligno ; & comédi . Et dixit Dóminus Deus ad mulierem : Quare hoc fecisti ? Quæ respondit : Serpens decépit me , & comédi .

R. A muliere. 361.

Lectio iij.

ET ait Dóminus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc , maledictus es inter óm-

nia animántia , & béstias terræ : super pectus tuum gradieris , & terram comedes cunctis diébus vitæ tuæ.

Inimicitias ponam inter te & mulierem , & semen tuum & semen illius : ipsa conteret caput tuum , & tu insidiaberis calcáneo ejus. Mulieri quoque dixit : Multiplicábo zrumnas tuas & conceptus tuos : in dolore páries filios , & sub viri potestáte eris ; & ipse dominábitur tui. Adá verò dixit : Quia audisti vocem uxóris tuæ , & comedisti de ligno ex quo præcéperam tibi ne coméderes , maledicta terra in ópere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diébus vitæ tuæ. Spinæ & tribulus germinábit tibi , & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane , donec revertáris in terram de qua sumptus es ; quia pulvis es , & in pulverem revertéris. Et vocávit Adam nomen uxóris suæ , Eva ; eo quod mater esset cunctórum vivéntium.

R. Sicut per inobediéntiam. 362.

Ad Benedictus. Ant. 6. F. Inítium supérbiz hóminis apostatáre à Deo , quóniam ab eo qui fecit illum recessit cor ejus ; quóniam inítium omnis peccáti est supérbia. *Eccli. 10.*

Ad Magnificat. Ant. 3. à. Oculi Dei sine intermissione inspicientes in viis hóminum : non sunt absconsa testaménta per iniquitátem illórum. *Eccli. 17.*

F E R I A Q U A R T A.
De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 3.

Fecit Dóminus Deus Adá & uxóri ejus túnicas pelliceas , & induit eos ; & ait : Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est , sciens bonum & malum ; nunc ergo ne fortè mittat manum suam , & sumat étiam de li. no vitæ , & comedat , & vivat in æternum. Et emisit eum Dóminus Deus de paradíso voluptátis , ut operarétur terram , de qua sumptus est. Ejecitque Adam , & collocávit ante paradísium voluptátis Chérubim , & flámmæum gládium atque versátilem , ad custodiendam viam ligni vitæ.

R. In princípio. 360.

Lectio ij. Cap. 4.

Adam verò cognóvit uxórem suam Evam ; quæ concépit , & péperit Caïn , dicens : Possédi hóminem per Deum. Huncunque péperit , statem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor ovium , & Caïn agricola. Factum est autem post multos dies , ut offerret Caïn de fructibus terræ múnera Dómino. Abel quoque obtulit de primogénitis gregis sui , & de adipibus eórum , & respexit Dóminus ad Abel , & ad múnera ejus ; ad Caïn verò , & ad múnera illius non respexit : iratusque est Caïn vehementer , & concidit vultus ejus. Dixitque Dóminus ad eum : Quare iratus es ? & cur concidit facies tua ? Nonne si bene egeris , recípies ; sin autem malè , statim in fóribus peccátum áde-

rit? Sed sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.

R. Verbo Dómini. 360.

Letitio iij.

Dixitque Caïn ad Abel fratrem suum: Egrediamur foràs. Cùmque esset in agro, consurrexit Caïn adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Et ait Dóminus ad Caïn: ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio; num custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operátus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.

R. Ait Deus. 361.

Ad Benedictus. Ant. 7. ç.
Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. *Sap. 2.*

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Non est ex Deo, qui non diligit fratrem: sicut Caïn qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum; quóniam ópera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa. 1. *Joan. 3.*

FERIA QUINTA.

De libro Génesis.

Letitio j. Cap. 4.

Dixit Caïn ad Dóminus: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce éjicis me hódie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra;

omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei Dóminus: Nequáquam ita fiet;

sed omnis qui occiderit Caïn, septuplùm puniétur. Posuitque Dóminus Caïn signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum. Egressusque Caïn à facie Dómini, habitávit profugus in terra ad orientálem plagam Eden,

R. Deus de terra hóminem fecit. 361.

Letitio ij.

Cognóvit autem Caïn uxórem suam, quæ concepit & péperit Enoch: & ædificávit civitátem, vocavitque nomen ejus ex nómine filii sui, Enoch. Porró Enoch genuit Irad, & Irad genuit Maviael, & Maviael genuit Mathúsael, & Mathúsael genuit Lamech. Qui accépit duas uxóres: nomen uni Ada, & nomen álteri Sella. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitántium in tentóriis, atque pastórum. Et nomen fratris ejus, Jubal: ipse fuit pater canéntium cithará & órgano. Sella quoque genuit Tubálcaïn, qui fuit malleátor, & faber in cuncta ópera æris & ferri. Soror veró Tubálcaïn, Noéma.

R. A Muliere initium factum. 362.

Letitio iij.

Dixitque Lamech uxóribus suis, Adæ & Sellæ: Audíte vocem meam, uxóres Lamech, auscultáte sermónem meum: Quóniam occidi virum in vulnus meum, & adolescéntulum in livórem meum. Séptuplùm ultio dábi-

372 *Ferid sextâ Hebdom. Septuagesimæ.*

sur de Caïn; de Lamech verò septuagies septies. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam; & péperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Pósuít mihi Deus semen aliud pro Abel quem occidit Caïn. Sed & Seth natus est filius, quem vocávit Enos: iste cœpit invocáre nomen Dómini.

R. Sicur. 362.

Ad Benedíctus. Ant. 3. d.
Deus ipse fecit ex uno omne genus hóminum, inhabitáre super universam faciém terræ, definiens statúta témpora habitatiónis eórum. *Al. 17.*

Ad Magnificat. Ant. 2. D.
Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala: ómnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatóribus in mala convertentur. *Eccli. 39.*

F E R I A S E X T A.

De libro Génesis.

Leñio j. Cap. 5.

Hic est liber generatiónis Adam. In die quâ creávit Deus hóminem, ad similitúdinem Dei fecit illú. Másculum & féminam creávit eos, & benedixit illis; & vocávit nomen eórum Adam, in die quo creáti sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis, & génuít ad imáginem & similitúdinem suam, vocavitque nomen ejus Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam génuít Seth, octingenti anni; genuitque filios & filias. Et factum est omne témpus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mórtuus est. Vixit quoque Seth centum

quinque annis, & génuít Enos. Vixitque Seth, postquam génuít Enos, octingentis septem annis; genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentórum duódecim annórum, & mórtuus est.

R. In principio. 360.

Leñio ij.

ET vixit Jared, postquam génuít Enoch, octingentis annis: & génuít filios & filias. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, & mórtuus est. Porró Enoch vixit sexaginta quinque annis, & génuít Mathúsalam. Et ambulávit Enoch cum Deo: & vixit, postquam génuít Mathúsalam, trecentis annis; & génuít filios & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulávitque cum Deo; & non apparuit, quia tulit eum Deus.

R. Verbo Dómini. 360.

Leñio iij.

Vixit quoque Mathúsala centum octoginta septem annis, & génuít Lamech. Et vixit Mathúsala, postquam génuít Lamech, septingentis octoginta duóbus annis; & génuít filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathúsala nongenti sexaginta novem anni, & mórtuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duóbus annis, & génuít filium. Vocavitque nomen ejus Noë, dicens: Iste consolábitur nos ab opéribus & labóribus mánuum nostrárum, in terra cui maledixit Dóminus. Vixitque Lamech, postquam génuít

Noë, quingentis nonaginta quinque annis; & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est.

R. Ait Deus. 361.

Ad Benedictus. Ant. 6. C. Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio advenit: universa, vanitas & afflictio spiritus. Eccles. 1.

AD VESPERAS, à Capitulo de B. M. in Sabbato, nisi occurrat Festum semid. aut supra. Comm. de Simplici, si occurrat.

S A B B A T O.

De libro Génesis.

Leitio j. Cap. 5 & 6.

NOË cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham & Japhet. Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, videntes filii Dei filias hominum quod essent pulcræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi.

Leitio ij.

Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad

malum omni tempore, poenituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quem creavi, à facie terræ, ab homine usque ad animantia, à réptili usque ad volucres cœli: poenitet enim me fecisse eos. Noë verò invenit gratiam coram Domino. Hæ sunt generationes Noë: Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulavit; & genuit tres filios, Sem, Cham & Japhet. Corrupta est autem terra coram Deo, & repléta est iniquitate.

Leitio iij.

Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: repléta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam: Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem ejus; ostium autem arcæ pones ex latere: deorsum, cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluviæ super terram, ut interficiam omnem carnem in qua spiritus vitæ est subter cœlum, Universa quæ in terra

sunt confumentur. Ponanque fœdus meum tecum; & ingrediæ arcam tu & filii tui, uxor tua & uxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus universæ carnis bina indúces in arcam, ut vivant tecum, masculini sexus & feminini.

AD VESPERAS.

Ant. & Psalmi de Psalterio.

Capitulum. Sap. 14.

AB initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad tatem confugiens, remisit sæculo semen nativitatís, quæ manu tuâ, Pater, erat gubernata.

Hymnus & ¶. ut in Sabbato ante Septuagesimam, 359.

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulavit. Gen. 6.

Oratio, ut infra ad Laudes.

COMPLETORIUM, ut in Psalterio.

DOMINICA

SEXAGESIMÆ.

Omnia ut in Dominicis à Septuagesima ad Quadragesimam, ut supra, 364. additis quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

De libro Génesis.

Leitio j. Cap. 6 & 7.

Fecit Noë omnia quæ præceperat illi Deus. Dixitque Dóminus ad eum: Ingrédere tu, & omnis domus tua in arcam; te enim vidi justum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolle septena & septena, masculinum

& féminam: de animantibus vero immundis duo & duo, masculinum & féminam. Sed & de volatilibus coeli septena & septena, masculinum & féminam; ut salvetur semen super faciem universæ terræ. Adhuc enim, & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus; & delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terræ. Fecit ergo Noë omnia quæ mandaverat ei Dóminus.

¶. Videns Deus quòd multa malitia hóminum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: * Delébo, inquit, hóminem quem creavi, à facie terræ. ¶. Non est justus quisquam, non est requirens Leum; omnes enim peccaverunt: * Delébo. Genes. 6. Rom. 3.

Leitio ij.

Cumque transissent septem dies, aquæ diluvií inundaverunt super terram. Anno sexcentésimo vitæ Noë, mense secundo, séptimo-décimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt: & facta est plúvia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In artículo diéi illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Japhet, filii ejus, uxor illius, & tres uxores filiorum eius cum eis, in arcam; ipsi, & omne animal secundum genus suum, universaque jumenta in genere suo, & omne quod movetur

super terram in genere suo, ab homine cunctumque volatile secundum genus suum, universamque volucres cœli; & de aves, omnesque volucres ingressæ sunt ad Noë in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus vitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & femina, ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus; & inclusit eum Dominus de foris.

R. Noë inventus est perfectus, justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliarius; * Ideò dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluvium. V. Deus originali mundo non pepercit, sed octavum Noë justitiæ præconem custodivit; * Ideò. *Eccli. 44. 2. Perr. 2.*

Lectio iij.
Factumque est diluvium quadraginta diebus super terram; & multiplicatæ sunt aquæ, & elevaverunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundaverunt; & omnia repleverunt in superficie terræ; porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ prævaluerunt nimis super terram; operatique sunt montes omnes excelsi sub universo cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram; universi homines, & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et delavit omnem substantiam quæ

erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptilem quàm volucres cœli; & delata sunt de terra. Remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

R. Aquæ prævaluerunt nimis, operatique sunt omnes montes; & delavit Deus omnem substantiam super terram.

* Remansit solus Noë, & qui cum eo erant in arca. V. In arca pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. * Remansit. Glória. * Remansit. *Gen. 7. 1. Perr. 3.*

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Augustini
 Episcopi, de catechizandis rudibus.

Cap. 18. Lectio iv.

Quidquid homo fecerit, laudabilem in suis factis invenit Deum: si rectè egerit, laudabilem invenit per justitiam præmiòrum: si peccaverit, laudabilem invenit per justitiam suppliciorum: si peccata confessus ad rectè vivendum redierit, laudabilem invenit per misericordiam indulgentiarum. Cur ergo non faceret Deus hominem, quamvis eum peccatorum prænoceret, cum & stantem coronaret, & cadentem ordinaret, & surgentem adjuvaret; semper & ubique ipse gloriosus bonitate, justitiâ, clementiâ? maxime quia & illud præscièbat, de propagine mortalitatis ejus futuros sanctos.

R. Gigantes nominati illi,
 R vj

qui ab initio fuerunt, viam disciplinæ non invenerunt, & propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. ¶ In diebus Noë erant comedentes & bibentes, donec venit diluvium, & tulit omnes: * Et. *Baruch. 3. Matth. 24.*

Cap. 19. *Leitio v.*

PREnuntiabatur diluvii sacramento; quo per lignum iusti liberati sunt, futura Ecclesia, quam Rex ejus & Deus Christus mysterio suæ crucis ab hujus sæculi submersione suspendit. Neque enim Deus ignorabat quod etiam ex illis qui fuerant in arca servati, nascituri erant mali: sed tamen & exemplum futuri iudicii dedit, & sanctorum liberationem ligni mysterio prænuntiavit. Nam & post hæc non cessavit repullulare malitia per superbiam, & libidines, & illicitas impietates. Neque tunc sanè defuerunt iusti, quos Christi ventura humilitas per Spiritum revelata sanavit. Horum sanctorum, qui præcesserunt tempore natiuitatis Domini, non solum sermo, sed etiam vita, & conjugia, & filii, & facta, prophetia fuit hujus temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur Ecclesia.

R. Egressus Noë de arca, edificavit altare Domino, & obtulit holocausta: * Benedixitque Deus Noë & filiis ejus. ¶ Justitiæ quæ per fidem est, Noë hæres est institutus:

* Benedixitque. *Genes. 8 & 9; Hebr. 11.*

Leitio vj.

PER illos sanctos Patriarchas & Prophetas carnali populo Israel & visibilia beneficia ministrabantur, quæ carnaliter à Domino desiderabant, & coercitiones poenarum corporaliûm, quibus pro tempore terrentur, sicut eorum duritiæ congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quæ ad Christum & Ecclesiam pertinerent: cujus Ecclesiæ membra erant etiam illi sancti, quamvis in hac vita fuerint antequam secundum carnem Christus Dominus nasceretur. Ipse enim unigenitus Dei Filius, Verbum Patris, æquale & coeternum Patri, per quod facta sunt omnia, homo propter nos factus est, ut totius Ecclesiæ tanquam totius corporis caput esset. Sed velut totus homo dum nascitur, etiam si manum in nascendo præmittat, tamen universo corpori sub capite conjuncta atque compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis Patriarchis ad hujus ipsius rei signum manu præmissa nati sunt: ita omnes sancti qui ante Domini nostri Jesu Christi natiuitatem in terris fuerunt, quamvis antè nati sunt, tamen universo corpori, cujus ille caput est, sub capite cohererunt.

R. Dixit Deus: Arcum meum ponam in nubibus: & * Eric signum fœderis inter me, & inter terram; & † Non

erunt ultrâ aquæ diluviî, ad delendum universam carnem. *¶* Vide arcum, & benedictum eum qui fecit illum. * Erit signum. Glória Patri. † Non erunt. *Genes. 9. Eccli. 43.*

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 8.

In illo tempore; cum turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminatur, seminare semen suum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 15. in Evang. habita. in Basilica S. Pauli, Dominicâ Sexagesimæ. n. 1.

Lectio sancti Evangelii, quam modò, fratres carissimi, audistis, expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam Veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non præsumit. Sed est quod sollicitè in hac ipsa expositione Dominica pensare debeatis: quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitias significare diceremus; ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, ut sciatis rerum significationes querere in iis etiam quæ per semetipsum noluit explanare.

R. Dixit Jesus per similitudinem: Exiit qui seminatur, seminare semen suum; & aliud

* Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. *¶* Sic erit verbum quod egrediatur de ore meo: non revertetur ad me vacuum. * Semen. *Luc. 8. Is. 55.*

Lectio viij.

Exponendo ergo quod dixit, figuratè se loqui innouit: quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi unquam crederet, si spinas divitias interpretari voluissem; maxime cum illæ pungant, istæ delectent? & tamen spinæ sunt; quia cogitationum suarum punctiõibus mentem lacerant: & cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi infesto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Evangelistâ attestantè, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat.

R. Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum; illis autem non est datum. * Ideò in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non audiunt. *¶* Dixit Dominus: Excæca cor populi hujus, & oculos ejus claudet; ne fortè videat oculis suis, & sanem eum. * Ideò. *Matth. 13. Is. 6.*

n. 1 & 2. Lectio ix.

Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt: fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. Solæ autem divitiae veræ sunt, quæ nos divites virtutibus faciunt. Si ergo, fratres carissimi, divites esse cõ-

pitis, veras divitias amate. Si culmen veri honoris queritis, ad celeste regnum tendite. Si in gloriâ dignitatum diligitis, in illa superna Angelorum curia acribî festinate. Verba Domini, quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei; & quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, hujus profectò vita desperatur.

R. Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ mez à viis vestris. * Et quomodo descendit imber, & inebriat terram, & dat semen ferenti, & panem comedenti; sic erit verbum meum. P. Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciât sementem in terram, & semen germinet & increscat. * Et. Glória Patri. *Repetitur* R. Sicut. usque ad P. *If. 55. Marc. 4.*

Ad Benedictus. Ant. 1. D. Qui secùs viam, hi sunt qui audiunt; & Diabolus tollit verbum de corde eorum qui autem supra petram, hi radices non habent; ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Luc. 8.*

Oratio.

DEus, qui cõspicis quia dex nulla nostra actione confidimus: concede propitius, ut contra aduersa omnia, gratiæ tuæ protectione muniamur; Per Dõminum.

Al Magnific. Ant. J. Quod in spinas cecidit, hi sunt qui à sollicitudinibus, & divitiis, &

voluptatibus vitæ euntes, suffocantur: quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Luc. 8.*

Oratio, ut suprâ.

FERIA SECUNDA.
De libro Gènesis.

Leitio j. Cap. 8.

REcordatus Deus Noë, cunctorumque animantium, & omnium jumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli; & prohibitæ sunt pluvie de cœlo. Reversæque sunt aquæ de terra, euntes & redeuntes; & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. Requievitque arca mense septimo, vigésimo séptimo die mensis, super montes Arméniz. At verò aquæ ibant & decrescébant usque ad decimum mensem; décimo enim mense, primâ die mensis, apparuerunt cacumina montium.

R. Videns Deus. 374.

Leitio ij.

CUmque transissent quadraginta dies, apériens Noë fenestram arcæ quam fecerat, dimisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur, donec sicarentur aquæ super terram. Emisit quoque columbam post eum, ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam; aquæ enim erant super

Feriá secundá Hebdom. Sexagesimá. 379

universam terram. Extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem ultrá septem diebus áliis, rursum dimisit columban ex arca. At illa venit ad eum ad vésperam, portans ramum olivæ viréntibus fóliis in ore suo. Intellexit ergo Noë quòd cessassent aquæ super terram, expectavitque nihilominus septem álios dies, & emisit columbam, quæ non est reversa ultrá ad eum.

R. Noë inventus est. 375.

Lectio iij.

Mense secundo, séptimo & vigésimo die mensis, arefacta est terra. Locutus est autem Deus ad Noë, dicens: Egrédere de arca, tu & uxor tua, filii tui & uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus, quàm in béstiis, & universis reptílibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimin' super terram: crésce, & multiplicámini super eam. Egressus est ergo Noë, & filii ejus, uxor illius, & uxóres filiórum ejus cum eo. Sed & ómnia animántia, jumenta, & reptília quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Edificávit autem Noë altáre Dómino; & tolens de cunctis pecóribus & volúcribus mundis, obtulit holocausta super altáre. Odoratque est Dóminus odórem suavitátis, & ait: Nequáquam ultrá maledícam terræ propter hómines: sensus enim & cogi-

tatio húmáni cordis in malum prona sunt ab adolescéntia sua.

R. Aquæ. 375.

Ad Benedíctus. Ant. 1. D. Cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo; per quæ ille tunc mundus aquá inundátus pétriit. 2. *Petr. 3.*

Ad Magnificat. Ant. 7. d. Quómòdo dilúvium áridam inebriávit, sic ira Dómini gentes quæ non exquisierunt eum, hæreditábit. *Eccli. 39.*

F E R I A T E R T I A .

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 9.

Benedixit Deus Noë & filiis ejus; & dixit ad eos: Crésce, & multiplicámini, & repléte terram. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animántia terræ, & super omnes volúcres cœli; cum universis quæ moventur super terram. Omnes pisces maris mánuí vestræ traditi sunt; & omne quod movétur & vivit, erit vobis in cibum: quasi ólera viréntia tradidi vobis ómnia, excepto quòd carnem cum sanguíne non comedétis, sanguinem enim animárum vestrarum requíram de manu cunctárum bestiarum; & de manu hóminis, de manu viri & fratris ejus requíram ánimam hóminis. Quicumque effúderit húmánum sanguinem, fundétur sanguis illius; ad imáginem quippe Dei factus est homo.

R. Gigantes. 375.

Lectio ij.

Hæc quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios ejus

320 *Feriá tertiá Hebdom. Sexagesimá.*

cum eo : Ecce ego státuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos : & ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum, tam in volúcribus quàm in jumentis & pecúdis terræ cunctis, quæ egressa sunt de arca, & universis béstiis terræ. Státuam pactum meum vobiscum, & nequáquam ultrà interficiétur omnis caro aquis dilúvii, neque erit deinceps dilúvium dissipans terram. Dixitque Deus : Hoc signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem quæ est vobiscum in generatiónes sempiternas : Arcum meum ponam in núbibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Cúmque obduxero núbibus celum, apparebit arcus meus in núbibus ; & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima vivente quæ carnem végetat : & non erunt ultrà aquæ dilúvii ad delendum universam carnem.

R. Egressus Noë, 376.

Lectio iij.

ERant ergo filii Noë, qui Egressi sunt de arca, Sem, Cham & Japhet : porro Cham ipse est pater Chánaan. Tres isti filii sunt Noë, & ab his disseminatú est omne genus hóminum super universam terram. Cœpitque Noë vir agrícola exercere terram, & plantavit vineam. Bibensque vinum inebriátus est, & nudátus in tabernáculo suo. Quod cùm vidisset Cham pater Chánaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiávit duóbus frá-

tribus suis foras. At verò Sem & Japhet pállium imposuerunt húmeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui ; faciesque eorum averisæ erant, & patris virilia non viderunt. Evigilans autem Noë ex vino, cùm didicisset quæ fécerat ei filius suus minor, ait : Maledictus Chánaan, servus servórum erit fratribus suis. Dixitque : Benedictus Dóminus Deus Sem ; sit Chánaan servus ejus. Diláset Deus Japhet, & hábitet in tabernáculis Sem ; sitque Chánaan servus ejus. Vixit autem Noë post dilúvium trecentis quinquaginta annis : & impléti sunt omnes dies ejus non-gentórum quinquaginta annórum, & mórtuus est.

R. Dixit Deus. 376.

Ad Benedictus. Ant. 6. F.
Sicut in diébus Noë jurávi ne inducerem aquas ultrà super terram, sic jurávi ut non irascar tibi, dixit miserátor tuus Dóminus. *Is. 54.*

Ad Magnificat. Ant. 5. 2.
Benedictio patris firmat domos filiórum : glória hóminis ex honóre patris sui. *Eccli. 3.*
FERIA QUARTA.
De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 11.

ERat terra lábil unius, & sermónum eorundem. Cúmque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, & habitaverunt in eo. Dixitque alter ad próximum suum : Veníte, faciámus láteres, & coquámus eos igni. Habueruntque láteres pro saxa, & biru-

men pro cœmento, & dixerunt: Venite, faciámus nobis civitátem, & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum; & celebrémus nomen nostrum ántequám dividámur in universas terras. Descendit autem Dóminus ut vidéret civitátem, & turrim quam ædificábant filii Adam, & dixit: Ecce unus est pópulus, & unum lábium ómnibus; cœperuntque hæc fácere, nec desistent à cogitátionibus suis, donec eas opere cómpleant. Venite igitur, descendámus, & confundámus ibi linguam eórum, ut non áudiat unusquisque vocem próximi sui. Atque ita divisit eos Dóminus ex illo loco in universas terras, & cessáverunt ædificáre civitátem. Et idcirco vocátum est nomen ejus, Babel.

Rx. Videns Deus. 374.

Leñio ij.

Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. Hæ sunt autem generatiónes Thare: Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum in terra nativitátis suæ in Ur Chaldæórum. Duxerunt autem Abram & Nachor uxóres: nomen uxóris Abram, Sárái; & nomen uxóris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ, & patris Jeschæ. Erat autem Sárái stérilis, nec habébat líberos. Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Lot filium Aran filium filii sui, & Sárái nurum suam uxórem Abram filii sui;

& eduxit eos de Ur Chaldæórum, ut irent in terram Chánaan: veneruntque usque Haran, & habitáverunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentórum quinque annórum, & mórtuus est in Haran.

Rx. Noë inventus est. 375.

Leñio iij. Cap. 12.

Dixit autem Dóminus ad Abram: Egrédere de terra tua, & de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrábo tibi; faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificábo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicám benedicéntibus tibi, & maledicám maledicéntibus tibi; atque in te benedicentur universæ cognatiónes terræ. Egressus est itaque Abram, sicut præcéperat ei Dóminus, & ivit cum eo Lot: Septuaginta quinque annórum erat Abram, cùm egréderetur de Haran. Tulitque Sárái uxórem suam, & Lot filium fratris sui, universamque substantiam quam posséderant, & ánimas quas fécerant in Haran; & egressi sunt, ut irent in terram Chánaan.

Rx. Aquæ. 375.

Ad Benedictus. Ant. 2. D.

In consensu nequitiæ cùm sentatiónes contulissent, sapiéntia scivit justum, & conservávit sine queréla Deo. Sap. 10.

Ad Magnificat. Ant. 3. a.

Quando dividébas Altíssimus gentes, quando separábat flólios Adá, constituit términos populórum; pars autem Dómini pópulus ejus. Deus. 32.

FERIA QUINTA.

De libro Génesis.

Leſtio j. Cap. 13.

Facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot : Ne, quæso, sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos; fratres enim sumus: ecce univèrsa terra coram te est; recède à me, obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenèbo, si tu dexteram elégeris, ego ad sinistram pergam. Elevatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Jordánis, quæ univèrsa irrigabatur, antequàm subvèrteret Dóminus Sódoram & Gomorrhæm, sicut paradísus Dómini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Jordánem, & recessit ab Oriente.

*R. Gigantes. 375.**Leſtio ij.*

Abram habitavit in terra Chánaan: Lot verò moratus est in oppidis quæ erant circa Jordánem, & habitavit in Sódomis. Hómines autem Sodomitæ péssimi erant, & peccatores coram Dómino nimis. Dixitque Dóminus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot: Leva oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam cónspicis, tibi dabo & sémini tuo usque in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut pulverem

terræ: si quis potest hóminum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Surge, & perambula terram in longitudine & in latitudine sua; quia tibi darurus sum eam.

*R. Egressus Noë. 376.**Leſtio iij. Cap. 14.*

Cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernáculos suos trecentos decem & octo; & persecutus est usque Dan. Et divisit sociis, irruit super eos nocte; percussitque eos, & persecutus est eos usque Hoba, quæ est ad lævam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reversus est à cæde Chodorlâhomor, & regum qui cum eo erant, in valle Save, quæ est vallis regis. At verò Melchisedech rex Salem, præferens panem & vinum, (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cælum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

R. Dixit Deus: Arcum meum. 376.

Ad Benedictus. Ant. 4. D.
Justum Lot à nefandorum luxuriósa conversatione eripuit Deus; aspectu enim & auditu justus erat. 2. *Petr. 2.*

Ad Magnificat. Ant. 3. d. Intuemini quantus sit hic qui decimas sumpsit ab Abraham; & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. *Hebr. 7.*

F E R I A S E X T A.
De libro Génesis.

Lect. 0. j. Cap. 17.

Postquam Abram nonaginta & novem annorum esse coeperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cæcidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus: Ego sum; & pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituit te. Faciamque te crescere vehementissime, & ponam te in gentibus, regesque ex te egredientur.

R. Videns Deus. 374.

Lectio ij.

Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te: Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris; tam vernaculus quam

emptius circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra: eritque pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo; quia pactum meum irritum fecit.

R. Noë inventus est. 375.

Lectio iij.

Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum: eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cæcidit Abraham in faciem suam, & risit, dicens in corde suo: Putasne centenarius nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum: Utinam Ismael vivat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaac, & constituiam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini ejus post eum. Super Ismael quoque exaudivi te: ecce benedicam ei, & augébo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illum in gentem magnam. Pactum vero meum stâ uam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.

R. Aquæ. 375.

Ad Benedictus. Ant. 1. a: Abraham pater est omnium nostrum (sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit. *Rom. 4.*

AD VESPERAS, à Capitulo de B. M. in Sabbato, nisi occurrat Festum secundum Comemoratio de Simplicio occurrente.

S A B B A T O.

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 19.

Venerunt duo Angeli Sódomam vespere, & sedente Lot in foribus civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram; & dixit: Obsecro, domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lavate pedes vestros; & manet proficiscimini in viam vestram. Qui dixerunt: Minime, sed in platea manebimus. Compulit illos oppido ut divertent ad eum: ingressisque domum illius fecit convivium, & coxit azyma; & comederunt. Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum à puero usque ad senem, omnis populus simul. Vocaveruntque Lot, & dixerunt ei: Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoscamus eos.

Lectio ij.

Vimque faciebant Lot vehementissimè: jamque propè erat ut effringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Lot, clausuruntque ostium: & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate à minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent. Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quæmpiam tuorum? generum, aut filios, aut filias,

omnes qui tui sunt, educ de urbe hac: delēbimus enim locum istum, eò quòd increverit clamor eorum coram Dómino qui misit nos, ut perdāmus illos. Egressus itaque Lot, locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias ejus, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto; quia delēbit Dóminus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset manè, cogebant eum Angeli, dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes: ne & tu pariter péreas in scēlere civitatis. Dissimulante illo, apprehēderunt manum ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus; eò quòd parceret Dóminus illi. Eduxeruntque eum, & posuerunt extrā civitatem.

Lectio iij.

Igitur Dóminus pluit super Sódomam & Gomorrhā sulphur & ignem à Dómino de cælo: & subvertit civitates has, & omnem circa regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ virētia. Respiciensque uxor. ejus post se, versa est in stātuam salis. Abraham autem consurgens manè, ubi steterat prius cum Dómino, intuitus est Sódomam & Gomorrhā, & universam terram regionis illius: viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subverteret Deus civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de subversióne urbium in quibus habitaverat.

AD VESPERS.
Psalmi & Ant. de Psalterio.
Capitulum. Eccli. 44.

Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria; qui conservavit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.

Hymnus, & y. ut in Sabbato ante Septuag. 359.

Ad Magnificat. Ant. 7. G.
 Abraham in tentatione inventus est fidelis; ideo iurejurando dedit illi Deus gloriam in gente sua. *Eccli. 44.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

COMPLETORIUM ut in Psalterio.

**DOMINICA
 QUINQUAGESIMÆ.**

Omnia ut in Dominicis à Septuag. ad Quadrag. 364. additis quæ sequuntur.

IN I. NOCTURNO.

De libro Géneſis.

Leſſio j. Cap. 21.

Visitavit Dominus Saram sicut promiserat, & implévit quæ locus est. Concepitque, & péperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus. Vocavitque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sara, Isaac; & circumcidit eum octavo die, sicut præceperat ei Deus, cum centum esset annorum. Hæc quippe ætate patris natus est Isaac. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus: quicumque auderit, corrédit mihi. Rursumque ait:

Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filium quem péperit ei jam seni?

R. Dixit Dominus ad Abraham: Egrédere de cognatione tua, & veni in terram quam monstrábo tibi. Egressus est itaque Abram, * Tulitque Sárar uxorem suam, & Lot filium fratris sui, universamque substantiam quam posséderant. *y.* Fide Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit nésciens quod iret; * Tulitque. *Genes. 12. Hebr. 11.*

Leſſio ij. Cap. 22.

Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigénitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis; atque ibi offeres eum in holocaustum, super unum montium quem monstrávero tibi. Igitur Abraham de nocte confurgens, stravit ásinum suum, ducens secum duos júvenes, & Isaac filium suum. Cúmque concidisset ligna in holocaustum, ábiit ad locum quem præceperat ei Deus. Die autem tertio, elevávis óculis, vidit locum procul, dixitque ad púeros suos: Expectáte hæc cum ásino; ego & puer illuc usque properantes, postquam adoráverimus, revertémur ad vos. Tullit quoque ligna holocausti, & impósuit super Isaac filium suum; ipse verò portábat in manibus ignem & gládium.

Et. Fide Sara stérilis virtutem in conceptiõnem séminis accepit, etiam præter tempus ætatis; * Quoniam fidèlem credidit esse eum qui repro-miserat. ¶ Péperit Sara filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus; * Quoniam. *Hebr. 11. Genes. 21.*

Lectio iij.

Pergébant ergo pârter, & venérunt ad locum quem osténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, & desuper ligna compósuit. Cùmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altáre super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gládium, ut immoláret filium suum. Et ecce Angelus Dómini de cælo clamávit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super púerum, neque fácias illi quidquam: nunc cognóvi quód times Deum, & non pepericisti unigénito filio tuo propter me. Levávit Abraham óculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assûmens obtulit holocaustum pro filio.

Et. Fide obtulit Abraham Isaac, cùm tentarétur: * Et unigénitum offerébat, qui suscepérat repromissiones; árbitrans † Quia & à mórtuis suscitáre potens est Deus. ¶ Extendit manum, & arripuit gládium, ut immoláret filium suum: * Et unigénitum. Glória Patri. † Quia. *Hebr. 11. Genes. 22.*

IN II. NOCTURNO.
Ex libro sancti Augustini Episcopi de Civitate Dei.

Lib. 16. C. 31 & 32.

Lectio iv.

Natus est Abraham, secundum promissio: em Dei, de Sara filius. Tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio ipso Isaac; ut pia ejus obedientia probarétur, sæculis in notitiam perferenda, non Deo. Numquam sanè crederet Abraham, quód victimis Deus delectaretur humanis; quamvis, divino intonante præcepto, obediendum sit, non disputandum. Verúntamen Abraham confestim filium, cùm fuisset immolatus, resurrecturum credidisse laudandus est. Postremò quia Isaac occidi non oportebat, posteaquam est pater fratre prohibitus, quis erat ille aries, quo immolato impletum est significativo sanguine sacrificium? Nempe, quando vidit eum Abraham, cornibus in fraxice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Jesus, antequàm immolaretur, spinis Judæicis coronatus? Sed divina potius per Angelum verba audiamus. Per memetipsum juravi, propter quod fecisti verbum hoc, & non pepericisti filio tuo dilecto propter me, nisi benedicens benedicam te; & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine Abraham, post holocaustum quo significatus est Christus, etiam juratione Dei firmata

promissio. Szpè enim promiserat, sed nunquam juraverat. Quid autem est veri Dei veritasque juratio, nisi promissi confirmatio, & infidèlium quædam increpacio?

R. Vocavit Angelus Dòmini Abraham de cœlo, dicens: Quia non pepercisti filio tuo unigénito propter me, * Benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ. ¶ Abrahæ promittens Deus, juravit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te; * Benedicentur. *Genes. 22. Hebr. 6.*

C. 36. Lectio v.

Accèpit etiam Isaac oraculum tale quale pater ejus; quo oraculo sic scriptum est: Stacuum juramentum meum quod juravi Abrahæ patri tuo, & multiplicatio semen tuum tanquam stellas cœli, & dabo sémmini tuo omnem terram hanc, & benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ, pro eo quod obaudivit Abraham pater tuus vocem meam. Iste patriarcha nec uxorem habuit aliam, nec aliquam concubinam; sed posteritate duorum geminorum ex uno concubitu procreatorum contentus fuit. Nec ideo tamen istum patri præferre debemus, quia iste nullam sémminam præter unam conjugem nôverat. Erant enim procul dubio paternæ fidei & obediéntiæ mérita potiôra, in tantum ut propter illum dicat Deus huic se facere bona quæ facit, ut novèrimus non ex

bonis singulis inter se homines comparare; sed in unoquoque consideremus universa. Fieri enim potest, ut habeat aliquid in vita & in moribus quispiam quo superat alium, idque sit longè præstabilius quam est illud unde ab alio superatur.

R. Apparuit Isaac Dòminus, & ait; Benedicam tibi, complens juramentum quod sponendi Abraham patri tuo; * Et benedicentur in sémine tuo omnes gentes terræ. ¶ Non omnes qui ex Israel sunt, il sunt Israëlitz; neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen: * Et benedicentur. *Genes. 26. Rom. 9.*

C. 37 & 38. Lectio vj.

Duo Isaac filii, Esau & Jacob, pariter crescunt. Primæus majoris transfunditur in minorem ex pacto & pacto inter illos. Senescit Isaac, ejusque oculis per senectam visus aufertur. Vult benedicere filium majorem, & pro illo nesciens benedicit minorem. Mittitur Jacob à paréntibus in Mesopotámiam, ut ibi ducat uxorem. Patris mittentis verba hæc sunt: Deus meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te; & eris in congregationes gentium; &, Det tibi benedictionem Abrahæ patris tui, tibi & sémmini tuo post te. Hic jam intelligimus segregatum semen Jacob ab alio sémmine Isaac, quod factum est per Esau. Quando enim dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen, pertinetis utique

semen ad Civitatem Dei, separatum est inde aliud semen Abrahæ, quod erat in ancilla filio, & quod futurum erat in filiis Céthuræ. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis Isaac, an ad utrumque, an ad unum eorum illa benedictio pertineret; & si ad unum, quisnam esset illorum. Quod nunc declaratum est, cum propheticè à patre benedicitur Jacob, & dicitur ei, Et eris in congregationes gentium; & Det tibi benedictionem Abrahæ patris tui.

R. Vidit Jacob Dominum dicentem sibi: Erit semen tuum quasi pulvis terræ, & * Benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ. †. Non dicit: Et seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, qui est Christus: * Benedicentur. Gloria Patri. * Benedicentur. *Genes. 28. Gal. 3.*

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore; Assumpsit Jesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Jerusalem, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homil. 2. in Evang. habita in Basilica S. Petri. Dom.

Quinquagesimæ. n. 1.

Redemptor noster, prævicens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longè antè

& ejusdem passionis penam & resurrectionis suæ gloriam prædicit; ut cum eum morientem, sicut prædictum est, cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valébant capere verba mystèrii, ventur ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen recipit; ut qui cœlestis mystèrii verba non caperent, eos ad fidem cœlestia facta solidarent.

R. Cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans: dixerunt autem ei quod Jesus transiret. Et clamavit, dicens: * Jesu, fili David, miserere mei. †. Dominus firmamentum virtutis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos: * Jesu, fili David. *Luc. 18. Eccli. 34.*

Lectio viij.

Sed miracula Domini & Salvatoris nostri sic accipienda sunt, fratres carissimi, ut & in veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe ejus & per potentiam aliud ostendunt, & per mystèrium aliud loquuntur. Ecce enim, quis juxta historiam cæcus iste fuerit, ignoramus; sed tamen, quem per mystèrium significet, novimus. Cæcus quippe est genus humanum, quod in parente primo à paradisi gaudiis expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed tamen per Redemptoris sui præsentiam illuminatur, ut æternæ lucis

lectis gáudia jam per desiderium videat, atque in via vite boni óperis gressus ponat.

Be. Stans Jesus, iussit cæcum addúci ad se; & interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: * Dómine, ut videam. *¶* Deus meus, illumina ténébras meas: * Dómine. *Luc. 18. Ps. 17.*

n. 2. 3 & 4. Lectio ix.

Quisquis ergo cæcitatias suas, ténébras agnoscit, quisquis hoc quod sibi deest lumen æternitatis intelligit; clamet medullis cordis, clamet & vóçibus mentis, dicens: Jesu, fili David, miserere mei. Sed quid, clamante cæco, subiungitur, audiámus: Et qui præbant, increpábant eum ut taceret. Quid autem designant isti qui Jesus venientem præcédunt, nisi desideriorum carnálum turbas, tumultusque vitiórum? qui, priusquam Jesus ad cor nostrum véniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & voces cordis in oratione perturbant. Sed quid ad hæc illuminandus iste cæcus fecit, audiámus. Séquitur: Ipse verò multò magis clamábat: Fili David, miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat; quia quanto gravióri tumultu cogitationum carnálum premimur, tanto orationi insisteré ardentius debémus.

Be. Jesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit. * Et sequebatur illum, magnificans Deum. *¶* Statim visum recépit, di-

Munz. Pars Hyemalis.

cebaturque: Benedico te, Dómine Deus Israel. * Et sequebatur. Glória Patri. *Repetitur*

Be. Jesus dixit illi. usque ad. *¶* Statim. *Luc. 18. Tob. 11.*

Ad Benedictus. Ant. 8. G. Assumpsit Jesus duódecim, & ait: Ecce ascéndimus Jerólymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophétas de Filio hóminis. *Luc. 18.*

Oratio.

Preces nostras, quæsumus, Dómine, clementer exaudi; atque à peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos ad-versitate custódi; Per.

Ad Magnificat. Ant. 8. G. Filius hóminis tradétur géntibus, & illydétur, & flagellábitur, & conspuétur; & postquam flagelláverint, occident eum: & tertiá die resurget. *Luc. 18.*

Oratio, ut suprà.

FERIA SECUNDA.

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 25.

Hæ sunt generationes Isaac filii Abraham: Abraham genuit Isaac; qui cum quadraginta esset annórum, duxit uxórem Rebecam filiam Bathuélis Syri de Melopotámia, sorórem Laban. Deprecatusque est Isaac Dóminum pro uxóre suá, ed quòd esset stérilis; qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebecæ. Sed collidebantur in útero ejus párvuli: quòd ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perexitque ut consúleret Dóminum, Qui respondens, ait:

S

390 *Feria secunda Hebdom. Quinquagesimæ.*

Dux genes sunt in utero tuo, Iſus. Et veſtibus Eſau valde & duo populi ex ventre tuo di- videntur; populusque popu- lum ſuperabit, & major ſer- viet minori. Jam tempus pa- riendi advenerat, & ecce gé- mini in utero ejus reperti ſunt. Qui prior egreſſus eſt, ruſus erat, & totus in morem pellis hiſpidus: vocatumque eſt no- men ejus, Eſau. Proſinus alter egreſſiens, plantam fratris te- nebat manu; & idcirco appel- lavit eum Jacob.

R. Dixit Dominus 385.

Leſtio ij. Cap. 27.

Dixit Rebecca filio ſuo Jacob: Audivi patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos ut comedam, & benedicam tibi coram Domino, inſequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquieſce conſiliis meis; & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter veſcitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpondit: Noſti quod Eſau frater meus homo piloſus ſit; & ego lenis: ſi attraherit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducam ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me ſit, ait, iſta maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit, & artulit, deditque matri. Paravit illa cibos, ſicut velle noverat patrem il-

Dixitque Iſaac: Accede huc, ut tangam te, fili mi, & proberim utrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad patrem; & palpato eò, dixit Iſaac: Vox quidem, vox Jacob eſt; ſed manus, manus ſunt Eſau. Et non cognovit eum, quia piloſæ manus ſimilitudinem majoris præſſerant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Eſau? Reſpondit: Ego ſum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi; ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatoſ comediſſet, obtulit ei etiam vinum; quo hauſto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi oſculum, fili mi. Acceſſit, & oſculatus eſt eum. Statimque ut ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de roſe cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. Et ſerviant tibi populi, & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, &

R. Fide Sara. 386.

Leſtio iij.

incurventur ante te filii matris tuæ: qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi, benedictionibus replatur.

R. Fide obtulit. 386.

Ad Benedictus. Ant. 3. c.

Non ex operibus, sed ex vocante dictum est: Major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dixit; Esau autem odio habui. Rom. 9.

Ad Magnificat. Ant. 7. d.

Fide, & de futuris benedixit Isaac Jacob & Esau. Hebr. 11.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis.

Leitio ij. Cap. 27 & 28.

ODerat semper Esau Jacob pro benedictione quâ benedixerat ei pater; dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob. Fratrem meum. Nuntiata sunt hæc Rebecca: quæ mittens & vocans Jacob Filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus mittatur ut occidat te. Nunc, ego, fili mi, audi vocem meam; & confurgens, fuge ad Laban fratrem meum in Haran; habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesserit indignatio ejus, obliviscaturque eorum quæ fecisti in eum: postea mittam, & adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio in uno die? Dixitque Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth; si acciperit Jacob uxorem de stirpe hujus terræ, nolo vivere. Vocavit itaque Isaac Jacob, & benedixit eum, præ-

cepitque ei, dicens: Noli accipere conjugem de genere Chanaan; sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bâthuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem: de filiabus Laban avunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet, ut sis in turbas populorum.

R. Vocavit Angelus. 387.

Leitio ij. Cap. 28.

IGitur egressus Jacob de Bersabee, pergebat Haran. Cùmque venisset ad quemdam locum, & veller in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelo quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: terram in qua dormis, tibi dabo & seminæ tuo. Eritque semen tuum quasi pulvis terræ: dilataberis ad occidentem & orientem, & septentrionem, & meridiem; Et ero custos tuus quocumque perrexeris, & reducâ te in terram hanc; nec dimittam, nisi complèvero universa quæ dixi.

R. Apparuit Isaac. 387.

Leitio iij. Cap. 35.

ERant autem filii Jacob duodecim. Filii Liz, tri-

392 *Feriá tertiá Hebdom. Quinquagesimæ.*

mogénitus Ruben, & Simeon,
& Levi, & Judas, & Issachar,
& Zabúlon: filii Rachel, Jo-
seph & Bénéjamin: filii Balzæ
ancillæ Rachélis, Dan & Né-
phthali: filii Zelphez ancillæ
Lizæ, Gad & Aser. Hi sunt fi-
lii Jacob, qui nati sunt ei in
Mesopotámia Syriæ. Venit
etiám ad Isaac patrem suum in
Mambre civitatē Arbæe, hæc
est Hebron: in qua peregriná-
tus est Abraham & Isaac. Et
compléti sunt dies Isaac cen-
tum octoginta annórum. Con-
sumptusque ætate, mórtuus
est, & appósitus est pópulo

suo senex & plenus diérum;
& sepeliérunt eum Esau & Ja-
cob filii sui.

R. Vidit Jacob Dóminum.
388.

Ad Benedictus. Ant. 6. F.
Jacob supplantávit fratrem suum
in Bethel, invénit Deum;
ibi Dóminus locútus est no-
biscum. *Osee. 12.*

Ad Magnificat. Ant. 4. E.
Sapiéntia prófugum iræ fratris
justum deduxit per vias rectas,
& ostendit illi regnum Dei,
& dedit illi sciéntiam sanctó-
rum: honestávit illum in la-
bóribus. *Sap. 10.*



www.litbook.com.cn

P R O P R I U M

S A N C T O R U M .

P A R S H Y E M A L I S .

DIE XXVI NOVEMBRIS.

*VESPERÆ de Sabbato
antè Dominicam I. Adventus,
ut in Proprio de Tempore, 149.*

*Pro Commem. S. Lini,
Ant. Justum. V. Posuisti. xij.*

Oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut nos virtute sancti Spiritus, & ad credendum faciles, & ad confitendum fortes efficias; qui beato Lino Pontifici, propter verbum tuum & testimonium Jesu, animam suam ponere tribuisti; Per eundem in unitate ejusdem.

DIE XXIX.

SANCTI SATURNINI,
Episcopi & Martyris,

Commemoratio.

*Pridie AD VESPERAS;
Ant. Ecce Deus. V. In Deo.
vij. Oratio, Omnipotens. x.*

LECTIO iij.

Saturninus à Romano Pontifice unà cum sex aliis Episcopis missus in Gallias, & Tolosæ Pontifex constitutus anno Consulatus Décii & Grati, multos ab idólis ad Christum convertit: dæmónibus qui ibi colebantur adeò terribilis, ut frustra sacrificiis animalium evocati, oracula red-

dere cessaverint. Tam inexpectato silentio commoti Gentiles, impetu facto, Saturninum in Capitólium urbis traxerunt, comminati durissimam mortem, nisi more patrio diis sacra faceret. Quod cum renuisset, pedes ejus tauro alligarunt: qui sanctum Præfulem per declives gradus Capitólii raptatum, colliso capite, excusso cerebro, membrisque disceptis, interemit. Examine corpus tamdiu à tauro distractum est, quoad, rupto fune, acceptum, & ligneo immisum feretro, mulieres duæ in alta scrobe tumultuario condiderunt. Inventum est postea ab Hilario Tolosano; qui, effossa circum humo, sacras veritus reliquias commovere, tumulum superimpósuit, & oratórium extruxit.

AD LAUDES, pro Commemoratione ejusdem, Ant. Bonum. V. Adjutor. Oratio, Omnipotens. x.

DIE XXX.

In Festo

S. ANDRÆ, APOST.

Duplex - majus.

Omnia de Communi Apost. j. exceptis quæ sequuntur.

Ad Magnificat. Ant. 8. G. Invenit Andréas fratrem suum

S iij.

Simónem, & dicit ei: Invenimus Messiam; & adduxit eum ad Jesum. *Joan. 1.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

Fir Commem. de Adventu.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Andreas Bethsáidæ natus, qui est Galilææ vicus, frater Petri, discipulus Joannis Baptistæ, cum eum de Christo dicentem audisset, Ecce Agnus Dei; secutus Jesum, fratrem quoque suum ad eundem perduxit. Cum postea unà cum fratre piscaretur in mari Galilææ, ambo à prætereunte Christo vocati illis verbis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hóminum; nullam interponentes moram, & relictis rétib; secuti sunt eum. Post cuius Resurrectiónẽ & Ascensionem Andreas in Scythia prædicavit. Cùmque in Græciam pervenisset, multis ab idolórum cultu ad Christum colendum adductis; urbem Patras in Acháia, suâ morte nobilitavit. Ejus reliquias Constantius Imperátor, ex voto Constantíni patris, anno vigésimo regni sui Constantinópolis transferri, & in augustissimo Apostolórum templo collocári curávit; unde postea decerpta pléna diversis locis quasi vitæ sémina dispersa sunt.

Sermo sancti Petri Chrysólogi.

Serm. 133. Lectio v.

Béatus Andreas hódie moriendo pro Dómino, toto

virtutis gradu Dóminicis incumbit hærete vestigiis. Nec eum curus faciat disparem fratri, quem natura similem, vocatio sócium, parem gratiæ ipsa perfecerat. Ad unam vocem Dómini, sicut ille, patriam, censum reliquit. Solum est quodd tempore Dóminicæ passiónis fugit; sed neque hoc impar, quia non est gravius fugere quam negare. Sed æquavit fratres venia, quos sic discreverat culpa. Nam crucem quam refugerant, postea conjunctis viribus, ardenser invadunt; ut unde retrum súmpserant, inde præmium súmerent & coronam. Petrus namque crucem, arborem concendit Andreas: ut qui Christo compati gestiebant, in semetipsis figuram formamque ipsius exprimerent passiónis, & redempti signo consummarentur ad palmam. Sic Andreas noster, etsi cedit ordini, præmio tamen non cedit & labóri.

Sermo sancti Bernardi Abbátis.

Serm. 2. de sancto Andrea. n. 1.

Lectio vj.

Béati Andréæ Apostoli sólennitas hódie celebratur. Quam si piâ sollicitudine perferutémur, multa invenimus in ea, quæ ædificent ánimas nostras. In ipso siquidem conversiónis suæ initio, magnum nobis perfectæ obedientiæ præstat exemplum, quod quidem Christiánis omnibus necessárium. Sola enim est caritas quæ obedientiam

gratam facit & acceptabilem Deo ; hilarem quippe datorem diligit Deus. Unde autem in *Andrea* jamjam morituro tam spiritalis mens fuit, tam fervens caritas, animus tam robustus ? Planè Spiritus erat qui adjuvabat infirmitatem ejus, per quem diffundebatur in corde ipsius caritas fortis ut mors, imò & fortior morte. Cujus ó ! si & nos participes inventamur ! Et sicut beato *Andree* crucem & mortem ipsam, sic nobis quoque laborem & poenitentiam nostram faceret, non solum non molestam, sed etiam desiderabilem atque omnino delectabilem esse.

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Leitio vij. Cap. 4.

IN illo tempore ; ambulans *Jesus* juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, *Simónem* qui vocatur *Petrus*, & *Andream* fratrem ejus, mittentes rete in mare. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

j. in *Evang. habita in Bas. S. Andrea in die nat. ejus.*

n. 1.

AUdidistis, fratres carissimi, quia ad unus justificationis vocem *Petrus* & *Andreas*, relictis retibus, secuti sunt Redemptorem ; & ad unum Domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, oblii sunt. In celo jam sedet, qui de conversione nos admonet : jam iugo fidei colla continentium subdidit ; jam mundi

gloriam stravit ; jam ruinis ejus crebrescentibus, districti sui iudicii diem propinquantem denuntiat : & tamen superba mens nostra non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit invita. Quid ergo, fratres carissimi, quid in ejus iudicio dicturi sumus, qui ab amore præsentis sæculi, nec præceptis æstimator, nec verbèribus emendamur ?

n. 2. *Leitio vij.*

SEd fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat : Ad vocem Dominicam uterque iste piscator quid aut quantum dimisit, qui penè nihil habuit ? Sed hæc in re, fratres carissimi, affectum debemus potius penitare quam censuram. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit : multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum deserat. Certè nos & habita cum amore possidemus, & ea quæ minime habemus, ex desiderio querimus. Multum ergo *Petrus*, & *Andreas* dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit,

n. 4. *Leitio ix.*

Quia ergo, fratres carissimi, beati *Andree* Apostoli natalitia celebramus, debemus imitari quod colimus. Ostendat nostræ obsequium devotionis, immutatæ sollemnitas mentis : despiciamus quæ terræna sunt ; relictis temporalibus, mercemur æterna. Si autem necdum possumus relinquare propria, saltè non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accenditur

igne caritatis, in ambitione sua habeat frænum timoris; ut profectus (sui passibus vegeta apud te sit pro nobis perpetua, dum ab alienorum appetitu compescitur, quandoque ad propria contemnenda perducatur, adjuvante Domino nostro Jesu Christo.

Te Deum. [*Et dicitur in Festis per Adventum.*]

Ad Benedictus. *Ant.* 3. a. Erant Petrus & Andreas piscatores; & ait illis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. *Matth.* 4.

Oratio.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus; ut sicut Ecclesie tue

beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, in te sit pro nobis perpetuus intercessor; Per.

Fit Commem. de Adventu.

Ad Magnificat. *Ant.* 4. D. Omnia detrimentum feci, ut Christum lucrificam, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum ejus, configuratus morti ejus. *Philipp.* 3.

Oratio, ut suprad.

Fit Comm. S. Ileri, Episc. *Ant.* *Elégit.* 7. Beatus. xvij. *Oratio, Deus, fidelium.* xxj.

Deinde, de Adventu.

Postea de S. Eligio, Episc. *Ant.* *Ego sum.* 7. *Elégit.* *Oratio, Deus, qui populis.* xxj.

FESTA DECEMBRIS.

D I E I.

In Festo

S. ILERI, EPISCOPI.

Semiduplex.

[*Omnia de Communi Pontificum, additis quæ sequuntur.*]

Oratio, Deus, fidelium. xxj.

AD NOCT. Lectio j. de Script. occur. è tribus fit una, & sic in omnibus Semiduplicibus.

Lectio ij.

Ilerus seu Ilerus ob insignem vite sanctitatem albo beatorum Ecclesie Gabalitanæ Pontificum ab omni memoria in scriptis, solemni & perpetua in tota Diacesi veneratione colitur. Mentio ejus habetur in actis sanctæ En-

imæ Virginis, sororis Dagoberti Regis, quæ in tractu Gabalitano ad montes Tarni fluvio imminentes quod fecerant, annuente Dagoberto Rege, condidit duplex monasterium, & sollemniter consecrata est Abbatissa à beato Ilero Episcopo. Anno igitur sexcentesimo vigesimo octavo, quo Dagobertus in tota Gallia proindeque in tota Aquitania regnare cepit, sedebat sanctus ille præsul, vel annis proxime sequentibus.

De S. Eligio, Lectio iij.

Eligius Lémovix, aurifaber industrius, Parisios contulit, ubi peritiæ suæ famam Clotario secundo innouit.

Sanctioris vitæ desiderio accensus, omnium ab adolescentia delictorum exomologesum fecit coram Sacerdote, & exinde in opera pietatis omni studio incubuit. Varia ejus hortatu & impensis extructa sunt templa & monasteria. Plurima diversis temporibus auro, argento & gemmis ornavit sepulcra Sanctorum. Mausoleum imprimis martyris Dionysii miro artificio decoravit. De Ecclesie disciplina sollicitus, Simoniacam labem quæ altas in Gallia radices egerat, extirpavit. Tandem ad Noviomensem Episcopatum assumptus, non modo salutis gregis sibi commissi invigilavit, sed & Flandros & Frisios, aliosque ad Septentrionem populos, non sine magno labore ac vitæ discrimine, ad Christum adduxit. Sedit in Concilio Cabilonensi sub Clodoveo secundo. Multa præclare scripsit, ejecit demones, futura divinitus prædixit, aliisque miraculis illustris, obiit septuagenarius, deficiente die ultimâ Novembris, anno sexcentésimo quinquagesimo nono, horâ primâ noctis, & Noviomi sepultus est.

AD LAUDES, Commem. de Adventu.

Deinde de S. Eligio Episc. Ant. Sacerdotes. V. salvum. xxij. Oratio, Deus, qui populis. xxj.

AD VESP. post Commem. de Adventu, sic comm. sancti Francisci Xaverii. Ant. Notum. V. Oculi. xxxv. Oratio, Deus, qui ad fidei. 398.

D I E I I.

SANCTI FRANCISCI
XAVERII

Commemoratio.

Lesio iij.

Franciscus Xaverius, nobilis Cantaber, Parisiis emenso philosophico studio, magisterium artium consecutus, ac deinde Baccalæureus, Theologiæ cursum abrupit, ut se beato Ignatio socium adjungeret. Tum sanctioris vitæ genus profiteri cœpit, non jejuniis modò aliisque corporis afflictationibus, & pauperum, præsertim infirmorum curâ, quibus in xenodochiis ministrabat; sed & singulari religionis propagandæ studio, summâ in Episcopos & Presbyteros observantia, eoque in Deum fervore caritatis, ut ejus incendium in orationibus non ferens, sæpius exclamaret: Satis est, Dômine, satis est. Procurante Joanne Lusitanæ rege, à Paulo tertio Indiz destinatus, multos passim toto Oriente Christianos ad meliorem frugem revocavit, & innumeros propemodum populos ignorantia tenebris involutos ad Christi fidem adduxit: nam præter Indos, Brachmanes & Malabares ipse primus Paravis, Malais, Jais, Acenis, Mindanais, Malacensisibus & Japonibus, multis editis miraculis & exantlatis laboribus, Evangelii lucem intulit. Perillustratâ tandem Japoniâ, ad Sinas profecturus, in insula Sanciana obiit, anno ætatis quadragésimo quinto, Christi millésimo

quingentesimo quinquagesimo secundo. Corpus ejus post menses quindecim integrum & incorruptum, Goam delatum est. Hunc, Indiârum Apóstolum toto orbe appellârum, Gregorius décimus - quintus Sanctis ascripsit, anno millésimo sexcentésimo vigésimo secundo.

AD LAUDES, pro Com mem. ejusdem, Ant. Fidúciam habémus. V. Emitte. xxxviiij.

Orazio.

DEUS, qui ad fidei propagationem beatorum Franciscum Xaverium verendo sacerdotii ministerio decorasti: praesta, ut per quem populus tuus Evangelii verbum & Domini corporis Sacramentum suscepit, ejus patrocinio dignos utriusque fructus percipiat; Per

D I E I V.

SANCTÆ BARBARÆ,
Virginis & Martyris,
Commemoratio.

Pridiè AD VESPERAS,
Ant. Infirma. V. Deus. xlv.
Orazio, Omnipotens. xlv.

Lesio ij.

BARBARA Virgo & Martyr cujus memoria hodie celebratur, legitur in orientali chronico martyrium subisse temporibus Heracti, Alexandriæ Episcopi, discipuli Origenis; qui Pontifex obiit anno ducentésimo quadragesimo octavo. Nomen sanctæ Martyris celeberrimum est sive apud Græcos, sive apud Latinos. Extrabat Constantinopoli versus finem noni sæculi Basilica celebris à Leone Sopho in honorem sanctæ Barbaræ constru-

cta. Eodem sæculo videtur cepisse ejus cultus apud Latinos.

D I E V I.

In Festo

SANCTI NICOLAI,
Myrensis Episcopi.

Semiduplex.

Lesio ij.

NICOLÁUS Myræ, quæ Lyciæ Metrópolis est, Episcopus, populis omnibus veteri & vulgata famâ notus est. Quanto honore fuerit habitus à Græcis, vel una testatur præcatio inserta Liturgiæ, quæ sancti Joannis Chrysóstiomi nomine inscribitur. Multæ sub ejus nomine erectæ sunt Constantinopoli Basilicæ. Illius præsentem opem sensisse se Theodorus, qui Myrensem ejus sedem tenebat, coram Patribus in Nicæna secunda Synodo contestatus est ad asserendam & confirmandam, quam prius impugnâverat, debitam Sanctorum imaginibus venerationem. Cùm anno octingentesimo sétimo dux quidam Arabum, Chumid nomine, Myrâ occupatâ, sacram urnam in qua sancti Nicolai corpus asservabatur, confringere tentaret, & in vicinam ex errore vim & ictus inferret, eum, ut scribit Theophanes, sanctus & Thaumaturgus Nicolâus manifesta ultione exagitavit: extemplo enim, inquit, immânis ventorum procella, marinorum fluctuum impetus, tonitruum fulgurumque promiscua tempesta adeo elassem jactavit, ut pleraque naves conquassatæ submergerentur; ipseque Dei hostis

Humid, Sancti virtutem ex-
pertus, vix ac præter spem
potuerit effugere.

Letitio iij.

EX ejus sepulcro stillabat
oleum depellendis variis
morbórum genéribus salúbre,
quod peniculo extractum ex
urna fidélibus distribui solébat
in vásculis. Eórum nonnullis
in Occidentem allátis, cœpit
apud Latínos nóminis & mi-
raculórum ejus fama celebrá-
ri, quam prædicant nono sé-
culo Martyrológia Ufuardi &
Adónis. Parisiis jam ad annum
millésimum trigésimum Ro-
bertus rex in palátio régio Ba-
siliacæ sub nómine sancti Ni-
colái condiderat, in qua postea
Coróna Dómini à sancto Lu-
dovico depósita est, antequàm
sacram illæ Capellam ædificá-

ret. Aucta est autem imprimis
sancti Pontificis venerátio, ex
quo devastatá à Turcis My-
rá, allátum est corpus ejus Ba-
rium in Apúlia, anno salutis
millésimo octogésimo sépti-
mo. Ibi enim extructa est im-
pensis civitátis Basillicæ, quam
in honórem sancti Nicolái Ur-
bánus Papa secundus, post
biénnum in Apúliam veniens,
dedicávit; in eaque sacrum
corpus cóndidit.

Oratio.

DEUS, qui beátum Nico-
láum Pontificem innú-
meris decorasti miraculis: tri-
bue, quæsumus, ut omnes
qui ejus implórant auxílium,
petitiónum suárum salutárem
consequantur effectum; Per
Dóminum.

Commém. de Adventu.



www.libropol.com.cn
DIE VII.

IN FESTO
CONCEPTIONIS
B. MARIE VIRGINIS.
SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. **A** Mullere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. *Eccl. 25.*

Ant. 6. F. Dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quare respondit: Serpens decipit me. *Genes. 3.*

Ant. 3. A. Ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. *Gen. 3.*

Ant. 1. D. Ipsa conteret caput tuum; & tu insidiaberis calcaneo ejus. *Gen. 3.*

Ant. 2. D. Domine, erit hoc memoriale nominis tui, cum manus femine dejerit eum. *Judith. 9.*

Capitulum. Sophon. 3.

Letare & exulta in omni corde, filia Jerusaleme: abstulit Dominus iudicium tuum; avertit inimicos tuos: Rex Israel Dominus in medio tui.

R. Benedictus Dominus, qui creavit coelum & terram, * Qui te direxit in vuhera capitis principis inimicorum nostrorum. **V.** Fecit potentiam

in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. * Qui. Gloria Patri. * Qui. *Judith 13. Luc. 1.*

Hymnus.

Debitam morti sobolem crearat

Eva peccatrix: nova destinatur,

Quae sacro partu scelus atque mortem

Destruat, Eva.

Victa serpentis fuit illa fraude;

Intimis virus recipit medullis:

Vulnus haec sanat, tumidique colla

Conterit anguis.

Quod dolus cessit? Domita parente,

Totius speras sobolis ruinam:

Omnibus reddet Soboles parentis

Una salutem.

Sic lucro cedunt, Domino volente,

Damna, dum gratam vice per Mariam

Delet antiquam nova vis mortem,

Gratia culpam.

8. DECEMB. In festo Conceptionis. 491

Diceris mater quoque nostra,
Virgo;

Te proba nostram, pia Virgo,
matrem,
Efficax blandis precibus se-
verum

Fléctere Numen.

Laus sit æternæ suæ Trinitati,
Quæ laborantem miserata
mundum,

Próximos Christi, præcun-
te matre,

Núntiat ortus. Amen.

¶ Deus rex noster operátus
est salutem: &c. Tu confregi-
sti cápita stracónis. *Psf.* 73.

Ad Magnificat. Ant. 5. C.

Benedixit te Dóminus in vir-
tute sua, quia per te ad níhilum
redégit inimícos nostros.
Judith. 13.

Oratio, ut infra ad Laudes.

Fiz Commem. de Adventu.

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi, Capit. & Antiph. de
Feria. Hymnus, Virgo Dei gé-
nitrix. ut in Officio parvo.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum de María na-
tum, * Veníte, adorémus.
Matth. 1.

Psf. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

Lætis terra sonet plánsibus;
huic Dei

Mater Virgo datur: mune-
re quo nova

Se rerum fácies prótinus
exerit;

Mundo pax redit áurea.

Hæc est illa domus, quæ Deus
ádvena

In terris hábitat, digna
Deo domus,

Templum grande, sibi quod
própria manu

Summus condidit Artifex.
Aureis arca vetus fúlsit ún-

dique
Scintillans ráditi: hæc vá-
cuas decent

Umbras: intérior Núminis
ipsus

Arcam nobilitas decet.

Non híc manna laeret, légifer
aut lapis,

Non ramus stérilis: floes
viget híc ferax

Virtutum; sacer híc panis,
homo Deus;

Híc legis résidet dator.

Sit laus summa Patri, summa-
que Filio:

Ambórum sit idem Spíritui
deus,

Arcánis hábilem qui thála-
mum modis

Christo præparat hóspiti.

Amen.

Psalmi de Officio parvo.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Sanctificábo ta-
bernáculu testimonii; & habi-
tábo in médio filiórum Ísrael,
eroque eis Deus. *Exod.* 29.

Ant. 5. a. Opus grande est:
neque enim hómini præpa-
rátur habitatio, sed Deo,
1. *Paral.* 29.

Ant. 2. D. Scient gentes
quia ego Dóminus sanctificá-
tor Ísrael, cum fúerit sancti-
ficatio mea in médio eórum.
Ezech. 37.

¶ Hæc réquies mea: &c. Híc
habitábo, quóniam elégi eam.
Psf. 131.

De Ísaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 44.

Laudáte, cæli, quón-
iam misericórdiam fe-
cit Dóminus: jubiláte,

extrema terræ: resonâte, montes, laudatióem, saltus & omne lignum ejus; quóniam redémít Dóminus Jacob, & Israel gloriâbitur. Hæc dicit Dóminus, redemptor tuus & formátor tuus ex útero: Ego sum Dóminus faciens ómnia, extendens cœlos íolus, stabiliens terram, & nullus mecum. Hæc dicit Dóminus Deus: Convertimini ad me, & salvi éritis. *Nihil responderetur.*

R. Sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus: * Deus in médio ejus: Dóminus virtútum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. V. Virgo in útero habébit, & páriet filium; & vocábunt nomen ejus, Emmánuel, quod est interpretátum, Nobiscum Deus. * Deus. *Pf. 45. Matth. 1.*

Letitio ij. Cap. 45.

EGO Dóminus, & non est alter; formans lucem, & creans ténebras; faciens pacem, & creans malum: ego Dóminus faciens ómnia hæc. Rorâte, cœli, désuper; & nubes pluant Justum: aperiátur terra, & gérmínet Salvátorem; & justítia oriátur simul: ego Dóminus creávi eum. Hæc dicit.

R. Elégit Dóminus eam, * Elégit eam in habitatióem sibi. V. Perficientur ea quæ dicta sunt à Dómino. * Elégit eam. *Pf. 131. Luc. 1.*

Letitio iij.

HÆC Dicit Dóminus: Líbor Egypti, & Sábaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt; post te ambulábunt, vincti manícis pergent,

& te adorábunt, usque deprecabuntur. Tandem in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel salvátor. Confusi sunt & erubérunt omnes; simul abiérunt in confusióem fabricátóres errorum. Israel salvátor est in Dómino salúte æternâ. Hæc dicit.

R. Descendet sicut plúvia in vellus: * Benedíctum nomen majestátis ejus in æternum, & † Replébitur majestáte ejus omnis terra. V. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis; & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. * Benedíctum. Glória Patri. † Replébitur. *Pf. 71. Apoc. 21.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Ipsa est múlier quam præparávit Dóminus Filio Dómini mei. *Gen. 24.*

Ant. 8. G. Benedíctam ei, & ex illa dabo Filium cui benedícturus sum. *Gen. 17.*

Ant. 1. D. Constituíam patrum meum illi in fœdus sempiternum, & sémíni ejus. *Gen. 17.*

V. Benedicentur in ipso omnes tribus terræ: R. Omnes gentes magnificábunt eam. *Pf. 71.*

Benedíctiões de Sanctis.
Ex libfo sancti Epiphánii
Episcopi adversus Hæreses.
Her. 78. Letitio iv.

MARÍA significátur per Evam, quæ vivéntis involúcro nuncupátur. Ille enim mater vivéntium appel-

hita est, cum jam illud audisset, Terra es, & in terram revertéris, post transgressiónem. Idque mirum est, quòd post offensiónem à deo magnum cognómen ei attribútum fuit. Ac secundum id quod sensibus óbviu[m] est, ab illa Eva totius generis humani origo in terra deducta est; híc verò à Maria vita ipsa verè in mundum introducta est, ut viventem páriat, & sit Maria mater viventium. Per ænigma igitur Maria mater viventium vocata est.

R. Ecce draco stetit ante mulierem quæ erat partúra Filium qui recturus erat omnes gentes: * Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui seducit universum orbem. ¶ Per manum femine percussit illum Dominus Deus noster: * Et. *Apoc. 12. Judith 13.*

Letitio v.

EVa hominibus causam mortis attulit: per eam quippe mors intravit in mundum. Maria verò vitæ causam præbuit, per quam vita nobis nata est. Atque ideo Fílius Dei in mundum advénit; & ubi abundavit delictum, superabundavit grátia: & unde mors accidit, vita illuc accessit, ut in mortis locum vita succederet, & illáram à muliere mortem, ille qui è muliere, vita ut esset nostra, natus erat, excluderet. Et quia illic quidem Eva, cum esset virgo, in transgressiónem inobediéntiæ extitit; rursus per virginem facta est obediéntia grátia, cum evangelizatus est de celo ad-

ventus vitæ æternæ secundum carnem.

R. In multitudíne fortitudinis suæ dixit se juvenes occisurum, infantes dare in prædam & vírgines: * Dominus autem omnipotens nócuít eú, & tradidit eum in manus femine, & confodit eum. ¶ Iratus est draco in mulierem; & abiit facere prælium cum reliquis de semine ejus: * Dominus. *Judith 16. Apoc. 12.*

Letitio vj.

NAm illic ait ad serpentem Deus: Inimicitias ponam inter te & inter illam, inter sementem tuam & semen illius. Atqui nusquam semen mulieris invenitur: unde non aliter, quàm per adumbrationem ad Evam illæ inimicitia referuntur, quas cum hujus stirpe serpens, atque in eo diabolus & invisibilia exercent. Et perfectè quidem accommodári ad illam universa nequeunt; verè autem implentur in semine sancto, eximio, ac singulari, quod à sola Maria virgine sine ullo viri consortio propagatum est.

R. Deus noster adimplévit misericórdiam suam quam promissit dómni Israel; * Et interfecit in manu mea hostem populi sui. ¶ Suscépit Deus Israel puerum suum; recordatus misericórdiæ suæ: * Et interfecit. Glória Patri. † Interfecit. *Judith 13. Luc. 2.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: benedicam tibi. Genes. 26.

Ant. 6. C. Ponam thronum

regni super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo. 3. Reg. 9.

Ant. 4. f. Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret desiderium collium aeternorum. Gen. 49.

¶ Dispōsi testamentum electis meis : R. Juravi David : In aeternum praeprabo semen tuum. Ps. 88.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Lib. 2. de Consensu Evangelii.

Cap. 1.

Matthaeus Evangelista sic orsus est : Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Quo exordio suo factis ostendit generationem Christi secundum carnem susceptam esse secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est, quod etiam se ipse saepissime appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna & aeterna generatio, secundum quam Filius Dei unigenitus est ante omnem creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt; ita ineffabilis est, ut de illa dictum à Propheta intelligatur : Generationem ejus quis enarrabit ?

R. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. * Non dicitur ! Et seminibus, quasi in multis; sed, quasi in uno, Et semini tuo, qui est Christus. ¶ Dixit Abraham Deus : Statuam pactum meum, ut sim Deus tuus, & semini tui post te; daboque tibi & semini tuo possessionem aeternam. * Non dicit. Galat. 3: Gen. 17.

Lectio viij.

Exequitur ergo humanam generationem Christi Matthaeus, ab Abraham generatores commemorans, quos perducit ad Joseph virum Mariae, de qua natus est Jesus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum à conjugio Mariae separandum putaret, quod non ex ejus concubitu, sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuat fidelibus conjugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere vocarique conjugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu; praesertim quia nasci eis. etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est.

R. Deus Israel erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui, * Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti, quod juravit ad Abraham. ¶ Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum, * Ad faciendam. Luc. 1. Ps. 132.

Cap. 2. Lectio ix.

Cum eviderit dicat Apóstolus Paulus (ex semine) David secundum carnem Christum, ipsam quoque Mariam de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse dubitare utique non debemus. Cujus seminae quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Lucá, quod cognata ejus esset Elizabeth, quam dicit de filiabus Aaron; firmissimè tenendum est carnem Christi ex utroque genere propagatam, & regum scilicet & sacerdotum, in quibus personis apud illum populum Hebraeorum etiam mystica unctio figurabatur, id est, chrisma, unde Christi nomen elucet, tanto ante etiam illa evidentissima significacione prænuntiatum.

Et. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus: * Et † Misericordia ejus à progénie in progénie timéntibus eum. †. Cogitare per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum, non infirmantur, * Et misericordia. Glória Patri. † Misericordia ejus à progénie, &c. Luc. 1. 1. Mach. 2.

Te Deum.

†. Sacerd. Adjuvabit eam Deus Et. Mane diluculo. Pf. 45.

A D L A U D E S.

Psalmi de Dominica.

Ans. **B**enedicta es tu, filia, à S. G. Dómino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Judith 13.

Ans. 3. a. Dóminus faciens & formans te; ab útero auxiliátor tuus. Is. 44.

Ans. 1. f. Ex te mihi egrediatur qui sit dominátor in Israel; & egredietur ejus ab inísiis, à diebus æternitatis. Mich. 5. Canticum, Incipite. ut in Psalterio, 124.

Ans. 2. D. Soror nostra es, crescas: & possideat sementuum portas inimicorum suorum. Genes. 24.

Ans. 4. d. In te benedicuntur universe cognationes terræ. Genes. 12.

Capitulum. Rom. 15.

Exurget regere gentes: in eum gentes sperabunt.

Hymnus.

Mortale, celo tolle, genus, caput:

En noctis horror desit; en jubar

Nascentis auroræ propinquum

Admónuit properare Solem.

Sacro tumentes gérmine jam polus

Terras amicis imbribus irrigat:

De stirpe Jesse virga surgit Conspicuum paritura florem.

Cœlestis illum grátia Spiritus

Inunget: illi Justitia & Fides,

Timorque castus, Veritasque

Et Pietas cómites præbunt.

Hunc ergo, quem tot secla fidelibus

Votis anhelant, quem misero Deus

Promisit orbi, spem salutis,

Accelera, pia Virgo, fructum.

Sit Trinitati perpetuum deus,

Infecta mundo quæ miserans mala,

In matre pignus nascituri
Non dubium dat habere

Christi. Amen.

¶ Semel juravi David in sancto meo: *R.* Semen ejus in æternum manebit. / f. 88.

Ad Benedictus. Ant. 6. F. In me ancillâ suâ adimplévit Dóminus Deus noster misericórdiam suam, quam promissit dómni Israel. *Judith 13.*

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus, Dómine, celestis grátie munus impertire; ut quibus beátæ Virginis partus extitit salutis exórdium, Conceptionis ejus votiva solémnitas pacis tribuat incrementum; Per Dóminum nostrum.

Fit Commem. de Adventu.

AD HORAS, in fine Hymnorum dicitur Doxologia sequens:

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spirítu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ant. 8. G. Benedicta es.

*In R. br. ¶ Qui natus es * de María virgine. Matth. 1.*

Canon ad calcem.

A D T E R T I A M.

Ant. 3. a. Dóminus.

Capitulum. Eccli. 24.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, & dixit mihi: In Jacob inhábita,

& in Israel hæreditáre, & in electis meis mitte radices.

*R. br. De ventre matris meæ * Deus meus es tu. * Allelúia, allelúia. De ventre. ¶ Spes mea * ab ubéribus matris meæ, * Allelúia. Glória. De ventre. P. f. 21.*

¶ Tu possedisti, Domine, renes meos: *R.* Suscepisti me de útero matris meæ. *P. f. 138.*

A D S E X T A M.

Ant. 1. f. Ex te mihi egrediétur.

Capitulum. Mich. 5.

Dabit eos usque ad tempus, in quo partúriens convertentur ad filios Israel.

*R. br. Prope timentes Dóminum * salutare ipsius. * Allelúia, allelúia. Prope. ¶ Ut inhábitet glória * in terra nostra. * Allelúia. Glória Patri. Prope.*

¶ Dóminus dabit Benignitatem, *R.* Et terra nostra dabit fructum suum. *P. f. 84.*

A D N O N A M.

Ant. 4. d. In te.

Capitulum. Judith 13.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédât laus tua de ore hóminum qui memores fuerint virtútis Dómini in æternum.

*R. br. Ipse est Dóminus Deus tuus, * & adorábunt eum. * Allelúia, allelúia. Ipse est. ¶ Vultum tuum deprecabuntur * omnes dívites plebis. * Allelúia. Glória Patri. Ipse.*

¶ Pópuli confitebuntur tibi in æternum: *R.* Memores erunt nómínis tui. *P. f. 44.*

AD II. VESPERAS. Nec Angelorum par decus :

Psalmi de Officio parvo.

Ant. Sicut lilium inter spinas , sic amica mea inter filias. *Cant.* 2.

Ant. 4. E. Tota pulcra es , amica mea ; & macula non est in te. *Cant.* 4.

Ant. 1. f. Hortus conclusus soror mea sponsa ; hortus conclusus , fons signatus. *Cant.* 4.

Ant. 5. C. Fons hortorum , puteus aquarum viventium , quæ fluunt impetu de Libano. *Cant.* 4.

Ant. 7. d. Surge , amica mea , speciosa mea ; & veni. *Cant.* 2.

Capitulum. Il. 62.

Vocabitur tibi nomen vovum , quod os Domini nominabit : & eris corona gloriæ in manu Domini , & diadema regni in manu Dei tui.

Hymnus.

Unus bonorum fons , Deus , omnium , Quam liberâli fundis opes manu !

Non ante concessis Mariam Quot prosperas cumulâre donis !

Inter rigentes , ceu rosa , clauditur Spinæ , & acres vincit aculeos ;

Præfens amarâ virulenti Grâtia vim fructicis retundit.

Quantum pudicas inclyta virgines Præstat , remoto quæ dâminam gradu

Sequuntur , & Regis parentem Sidereâ comitantur aulâ !

hi Deo

Adstant sedenti ; fert hominem Deum

Mariæ , nomen dulce matris Virgineo socians honori.

Regina mundi , Virgo , clientium

Tutela , mæstis perfugiis reis ,

Fer nostra Nato vota : tristem

Non patitur genitrix repulsam.

Sit Trinitati perpetuum decus , Infiesta mundo quæ miserans mala ,

In matre pignus nascituri Non dubium dat habere Christi. Amen.

¶. Omnis gloria ejus filia regis ab intus : &c. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. *Pf.* 44.

Ad Magnificat. *Ant.* 1. D.

Una est columba mea , perfecta mea : viderunt eam filia , & beatissimam prædicaverunt. *Cant.* 6.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

Oratio , ut supra ad Laudes.

Fis Commem. de Adventu.

nium præparabant. Huic habitum Religionis suscipere desideranti, convocatis plurimis viris, divino Spiritu affatus, suavit, ut in seculari permaneret pro salute communi provincialium, cujus monitis ad tam arduam vitæ perfectionem in seculo pervenit. Fuit Gausbertus in pauperes summo opere beneficus; lupos arcens ab ovibus, eas verbo vitæ pro captu congruenti pascebat. Vixit ad initium usque undecimi seculi. Antiquo cultu honoratur in Ecclesia primaria Cadurcensi, in qua extat sacellum sub ejus nomine; & in veteribus manuscriptis codicibus cum ceteris sanctis Episcopis invocatur.

AD LAUDES, pro Commem. ejusdem, Ant. Ego sum. V. Elegit. Oratio, Deus fidelium. xxj.

D I E X I.

S. DAMASI, PAPÆ,

Commemoratio.

Pridiè AD VESPERAS, Ant. Elegit. V. Beatus. ut in Communi, xvij. Oratio, Dirige. infra.

Leitio iij.

Sanctus Dámasus, post Libérium Románus Pontifex, testante sancto Ambrósio, manifestò Dei judicio electus, tandem confirmatus est, dejecto in Synodo Romána Ursicino, qui quorundam factiõne pseudo-episcopus ordinatus fuerat. Hic in irritum misit Ariminensem conventum, in quo Cathólicis structa fraus, Va-

lenti potissimum & Ursinii perfidia; detectamque in Synodo Apollinãris hæresim primus anathemate percussit. Accépit litteras à Patribus in Concilio secundo œcumenico Constantinópoli congregatis, cujus decreta pro fide rata habuit. Priscillianistas in Synodo Cæsaraugustaná solemnè judicio proscriptos, cum purgandæ fidei suæ spécie, Romam ad ipsum venissent, ne ad conspectum quidem admittere voluit. Sanctum Hierónimum ad se vocavit, ut eo in conscribendis Epistolis, & responsionibus Synodálibus uteretur. Ejus quoque jussu, idem Hierónimus novum Testamentum Græcæ fidei reddidit, & Psalterium, quo Romána utebatur Ecclesia, juxta Septuaginta interpretu translationem, emendavit. Elegans in componendis versibus ingenium habuit: versu, & soluta oratione multa scripsit. Tandem annis octodecim in Pontificatu exactis, Theodósio imperante, decessit, & viâ Ardeatná sepultus est.

AD LAUDES, pro Commem. ejusdem, Ant. Ego sum. V. Elegit. xxj.

Oratio.

Dirige oves tuas, Dómine, quam beati Pontificis Dámasi vita cum doctrina monstravit; & fac nos, eodem intercedente, sic ejus sublequi vestigia, ut cum ipso coronari mereamur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum, &c.

D I E X I I.

SANCTI DIOGENIANI

Episcopi

Commemoratio.

Ex libro sancti Adelmi Episcopi de laudibus sanctæ

virginitatis.

C. 23.

Letitio ij.

Prædixit AD VESPERAS, Ant. Elégit. ♀. Beatus. xvij. Oratio, Deus qui pópulis. xxj.

Letitio iij.

DE sancto Diogeniano Albigensium Episcopo, qui Dominicum gregem pascébat anno quadringentesimo nono; Beatus Gregorius Turonensis post sanctum Paulinum Episcopum Nolanum, hæc habet, Historiæ Francorum Libro secundo, capite décimo tertio: Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplificum Viennez, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albige, vel Dynamium Ecolimæ, vel Venerandum Arvernus, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Petrasium Petrocoris, utcumque se habent sæculi mala, videbis profecto dignissimos totius fidei Religionisque custodes.

AD LAUDES, pro Commem. ejusdem. Ant. Ego sum. ♀. Elégit. Oratio, Deus qui pópulis. xxj.

D I E X I I I.

In Festo

SANCTÆ LUCIÆ,

Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Prædixit AD VESPERAS fit Commem. de Adventu.

Tum S. Ursicini Episc. Ant. Elégit. ♀. Beatus. xvij. Oratio, Deus fidelium. xxj.

Sicut Caranense municipium, præ ceteris Trinacriæ urbibus, Agathæ martyrio feliciter coronatur; ita famosissimæ Christi tiruncule Lúciæ prærogativâ, Syracusæ, oppidum Siciliæ, prosperis successibus sublimantur. Quæ genetricem prolixâ valetudine fatigatam, & méritis Agathæ à rivo cruoris curatam, cum alternatim confabularentur, hujuscemodi præcibus interpellans: Per ipsam, inquit, te deprecor, quæ te servavit, ne tu mihi sponsum nómnes, nec de mea posteritate fructum immortalitatis inquiras; sed omnia quæ mihi eunti ad corruptionis meæ auctorem hominem moriturum eras darura, da mihi eunti ad integritatis meæ auctorem Dóminum nostrum Jesum Christum. Matre igitur consentiente, fit rerum repentina distractio, arcærum cistellæ referantur, mancorum marsúpia replentur; sponsalia erogantur crepúndia, & cœli comparantur triclinia; ac dum carnale dissipatur patrimonium, spirituale exercetur matrimonium. Verum pro hujusmodi negotio sponus iracúndiæ facibus inflammatur. Paschásius consul tributitiâ potestáte fretus, facti angóre afficitur, eò quòd Christi tiruncula, nec sermónem severitate castigata, nec lenonum fallaci lenocinio tradita, à rí-

gido virginitatis proposito penitus infecti valuit. Quamvis restibus constrictam, ad detestabile prostitutum & invisum lupanar scortorum trudere niterentur Sanctam; sed ab omni magorum machina illasam, & aruspicum superstitione incontaminatam Christi tutela protegit. Postremò furibundus Consul flammivomis assandam torribus tradidit: ita ut atraz picis & resinaz fomentum cum scintillante oleo, rogorum incendia cumularent. Sed hæc divinæ potestatis umbribus sopita, dicto citius tabuerunt. Igitur beata Lucia, salvo pudoris signaculo, & consummato vitæ curriculo, gloriosum martyrii triumphum meruit; dum mucrone confossa, maluit purpureum sanguinem fundere, quam pretiosam pudicitiam perdere.

De sancto Ursicino.

Lectio iij.

URsicinus Cadurcensis Episcopus, in aula Childerti senioris Francorum Tetrarchæ, eâ sapientiâ ac morum probitate adolescens claruit, ut piissimæ Ultragothæ reginæ annulum merito obtinuerit, ejusdemque Referendarius seu Cancellarius fuerit. Eâ dignitate ad hoc usus est, ut orthodoxæ fidei, Ecclesiæ facultatum, pauperum alimoniz, ac populorum solâti curam gereret. Christianorum virtutum operibus, sanctitatis suæ famam Ursicinus in omnem Francorum ditiorum diffuderat. Quapropter sanctus

Maurilio Cadurcensis Episcopus, urgente ætate, Ursicinum ipse sibi successorem designavit, & benedicti atque ordinari deprecatus est. Tanto Patre Cadurcenses indigebant, qui circa hæc tempora iis cladibus affecti fuerant, everis oppidis, dirutis templis, castisque à Theodeberti principis exercitu etiam Ecclesiarum ministris, quæ teste S. Gregorio Turonense, Diocletiani persecutiõnis horrorem superabant: eum etiam defensorem jura Ecclesiæ postulabant. Vigiliis, orationibus, jejuniis, elemosinis, lacrymis, assiduisque laboribus divinam majestatem populo sibi commisso propriam reddere satagebat. Denique post tot tantosque pastoratis sollicitudinibus labores, suas oves Deo commendans, beato sine quievit. Ductas corporis maceratiõnes diutius creditur passus in crypta ejus Basilicæ, quæ ferè statim post tanti Pontificis funera, relicto sancti Saturnini nomine, dicta est Ecclesia sancti Ursicini, ut constat ex Testamento sancti Desiderii: quo etiam nomine plures deinceps Ecclesiæ donatæ sunt.

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus, Domine, sanctæ Luciz martyris tuæ votiva confoveat; ut ejus sacra natalitia & temporaliter frequentemus, & conspiciamus æterna; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, &c.

AD LAUDES, post Commem. de Adventu, fit Commem. de S. Ursicino Episc. Ant. Ego sum. 7. Elegit. Oratio, Deus fidelium. xxj.

Leslio v.

POST octo à Resurrectione dies vidit tantem Dominum in medio discipulorum; & qui prius eum resurrexisse non crederat, præsentem intuitus, exclamavit: Dominus meus & Deus meus. Erat autem cum Petro & Nathanaele & filiis Zebedæi, & duobus aliis discipulis, quando manifestavit se iterum Jesus ad mare Tiberiadis. Post acceptum Spiritum sanctum, Parthis & Medis Evangelium annuntiavit. Tum ad Indos se contulit: quibus in Christiana religione eruditus, apostolatûs honorem martyrii coronâ cumulavit.

DIE XXI.

In Festo

S. THOME APOSTOLI.

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apost. exceptis que sequuntur.

Pridiè ad Magnif. Ant. 7. a. Dixit Jesus Thomæ: Ego sum via, & veritas, & vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me. Joan. 14.

Oratio, ut infrâ ad Laudes.

Fit Commem. de Adventu.

IN I. NOCT. Lesiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Leslio iv.

THOMAS, qui & Didymus, unus fuit ex duodecim quos Christus à discipulis suis elegit & Apostolos nominavit. Dominum, auditâ morte Lazari, in Judæam proficisci volentem cum discipuli objecto lapidationis periculo deterrere conatentur, dixit Thomas: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Cum autem Christus transiturus ad Patrem disisset discipulis, Vado parare vobis locum; sciscitatus Thomas quò videret & quam iniret viam, his ab eo verbis edoctus est: Ego sum via, veritas & vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Leslio vj.

MAXIMO in honore apud fideles fuit; cujus plurima olim excipere monumenta. In Indiæ loco in quo corpus ejus primum conditum fuit, extractum est monasterium, & templum miræ magnitudinis, in quo Deus multis miraculis Apostoli sui gloriam declaravit. Edessæ in Mesopotamia, quò ejus reliquie translatae sunt, edificata est Basilica insignis, ejusque nomine dicata; in qua propter loci sanctitatem collectæ sine intermissione celebrabantur. Hujus spectandæ causâ Valens Imperator Edessam profectus, cum pullos ex ea orthodoxos undique in campam vicinum conspiceret agrè ferret, extrema quaque licet minatus, frustra prohibere tentavit, & paratos omnes

invenit ad mortem pro fide appetendam.

IN VII. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo tempore; Thomas unus ex Duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homil. 26. in Evang. n. 2.

Quid, fratres carissimi, quid inter hæc animadvertitis? Numquid casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc casu, sed divinâ dispensatione gestum est. Egit namque miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis; in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens, omni dubitatione postposita, in fide solidatur.

n. 8. Lectio viij.

Sic quippe discipulum Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit; sicut ante nativitatem suam habere Mariam sponsam voluit, qui tamen ad ejus nú-

ptias non pervenit. Nam ita factus est discipulus dubitans & palpans, testis veræ resurrectionis, sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ virginitatis. Palpavit autem, & exclamavit: Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Cum Paulus Apostolus dicat: Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium; profecto liquet quia fides illarum rerum argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, jam fidem non habent, sed agnitionem.

n. 9. Lectio ix.

Dum ergo vidit Thomam, dum palpavit, cur ei dicitur: Quia vidisti me, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine divinitas videri non potest. Hominem ergo vidit, & Deum confessus est dicens: Dominus meus, & Deus meus. Videndo ergo credidit, qui considerando verum hominem, hunc Deum quem videre non poterat, exclamavit. Lætificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua nimirum sententia nos specialiter signati sumus, qui eum quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur. Ille etenim verè credit, qui exercet operando quod credit.

Ad Benedictus. An. 6. F.
Vide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum

2. JANUAR. S. Basilii Magni, Cas. Episc. &c. 413

non; & non esse incedulus, sed fidelis. Joan. 20.

Oratio.

DA nobis, quaesumus, Domine, beati Apostoli tui Thomae solemnitatibus gloriarri; ut ejus semper & patrocinis sublevemur, & fidem congrua devotione sectemur; Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum.

Fit Commem. de Adventu.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.

Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crederunt. Joan. 20.

Pro Commem. de Adventu, Ant. O. V. & Orat. Dominicae praecedentis.

Officia Festorum quae incipunt usque ad diem secundam Januarii in Calendario sequuntur; habentur in proprio de Tempore.

F E S T A J A N U A R I I .

D E I
In Festo

S. BASILII MAGNI,
Caesariensis Episcopi
& Ecclesiae Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Doctorum, exceptis quae sequuntur.

LECTIO ij.

Basilii Caesareae, in Cappadocia natus, propter doctrinam & morum excellentiam cognomento Magnus, cum Caesareae & Bizantiae literis operam dedisset, Athanasius venit; ubi cum Gregorio Theologo sanctae amicitiae foedus inivit. Reversus in patriam, cum sanctae Macrinae virginis sororis suae consilio mundo renuntiare statuisset, in Aegyptum, Palaestinam, Coelestyriam & Mesopotamiam iter fecit, solitarius invisurus. Deinde in eremum Ponti secessit: ubi condito monasterio, & collocatis juxta Anachoretas

Mimat. Pars Hyemalis.

cenobitis, monasticas regulas constituit. Tum ab Eusebio Caesareae in Cappadocia Episcopo Praefbyter, licet invitatus, consecratur. Ob cuius potestatem malevolorum in se animosa iterum in Ponti solitudinem se recepit: unde Caesarem revocatus est aliquantisper post, ut Eusebium in persecutione Valentis Imperatoris Asiatici laborantem, in Ecclesiae administratione adjuvaret. In summa aetate, caritate pauperes Caesareae in unum coactos sustentavit, suis etiam manibus cibos ministrans, quos verbi divini pabulo condiebat. Eusebio inter manus ejus defuncto, annidente Gregorio Gregorii Nazianzeni patre, subrogatus est, & anno trecentesimo septuagesimo ante avum suum ordinatus.

LECTIO iij.

Valente iterum in Catholicos saviente, Modestum ejus praefectum extrema

T

414. 2. JANUAR. S. Basilii Magni; Cas. Episc. &c.

sibi minitantem tantâ libertate repressit, ut perterritus ille dixerit: Nemo me ad hanc usque diem ita allocutus est. Cui Basilii: Neque enim forsitan in Episcopum incidisti. Admiratus tantam animi fortitudinem Modestus, Valentem adit: Imperator, inquit, ab hujus Ecclesie Antistite victi sumus: minis superior est, sermonibus firmior, & verborum blanditiis fortior. Cum igitur Valens, instantibus Ariânis, Basilium relegare statuisset, & jam exlii decreto esset subscripturus, manum ejus Deus mirabiliter inhibuit. Modestum, ingravescente morbo, ut sibi ignoscere deprecantem, sanitati restituit. Ecclesie Orientalis ab Ariânis vexatae, & Antiocheno distracto scissae, calamitatibus permotus, egit apud sanctum Athanasium, & alios Orientis Episcopos, ut auxilium ipsi ab Occidentalibus Episcopis postularent. Monachis leges sanctissimas, totaque Ecclesie probatas posuit. Nilil propter habotes continuo de vite austeritate remisit. Stratus erat hâni lectulo: assidue vigiliæ, panis & sal pro obsequio, & aqua pro potu. Ex qua vivendi ratione, graves morbos contraxit: quibus confectus, obiit prima die Januarii, has inter voces: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Illi paulo post obitum, consecratum festum diem refert ejus frater sanctus Gregorius Nyssenus.

-Oratio, Excita. xxvij.-

In Episc. Hor. duplex Alleluia, usque ad Epiphaniam.

Ab hac die usque ad Praesent. Domini, exceptis Festis Annualibus & Solemn. & coram Octavis, fit Commem. de Virg. Deipara sequitur.

Ans. Péperit Maria filium suum primogenitum, & panis eius involvit, & reclinavit eum in praesepio. Luc. 2.
¶ Homo natus est in ea; & in Egipto fundavit eam Athisimus. Pf. 86.

Oratio.

Beata tempora celebrantes, quas per temporalem Unigeniti tui Nativitatem, & partum Mariæ virginis consecrasti; quæsumus, Domine, ut ejusdem Dei genitricis intercessione, & in illo renasci, & tanti mysterii fructum jugiter in nobis conservare mereamur; Per eundem.

AD VESPERAS, Commem. de Virgine Deipara.

Ans. Beatus venter qui te portavit; & ubera quæ suxisti. Quintimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiant illud. Luc. 11.

¶ Benedixisti, Domine, terram tuam: & avertisti captivitatem Jacob. Pf. 84.

Oratio, ut suprad.]

VESPERÆ à Capitulo de Sequenti.

DIE III.

In Festo

SÆ GENOVEFÆ, VIRG. Semiduplex.

Omnia de Communi Virginis non martyris, exceptis quæ sequuntur.

3. JANUAR. Sanctæ Genovefæ, Virginis. 415
IN I. VESPERIS. Nostra te summum celebrent

Capitulum. Isaïæ 61.

GAudens gaudebo in Dō-
mino, & exultabit anima
mea in Deo meo; quia induit
me vestimentis salutis, & in-
dumento justitiæ circumdedit
me, quasi sponsum decoratum
coronâ, & quasi sponfam or-
natam monilibus suis.

Hymnus.

Cœlitum confors, patriæ-
que vindex,
Pròsperum Francis jubar,
ò tuorum
Vota suprèmi, Genovèfa,
perfer

Regis ad aurem.

Cujus æternis opulenta do-
nis

Sponsa, cœlestes thálamos
adisti,

Dum suo nunquam cari-
túra lampas

Ardet olivo.

Primus, ætatis superante ca-
ptum

Impetu, gliscens pietatis
ardor

Imbuit pectus, tenerisque
raptum

Crevit ab annis.

Quid dapis parcum laticisque
corpus

Eloquar, duro dómitem
cubili,

Sæpè & infomnes sòlitum
precando

Dúcere noctes?

Quam tuis, virgo, précibus
remótz

Obtinent gentes, patriæ sa-
lútem

Confer, offensi tumidasque
flecte

Núminis iras.

Parentem

Orati, te summo Génitum

Parente:

Par sit ambórum tibi laus
per omne,

Spiritus, ævum. Amen.

¶. Dómine, spes mea à ju-
ventute mea: &c. In te cantá-
tio mea semper. Ps. 70.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.

Scitis à prima die qualiter vo-
biscum per omne tempus fue-
rim, sérviens Dómino cum
omni humilitate, & lácrymis,
& tentat'ónibus quæ mihi ac-
ciderunt. Act. 20.

Oratio, ut infrá ad Lu-
des.

Fis commemor. S. Basilii,

Ant. Qui docti. ¶. Beátus vir.
xxviiij. Oratio, Excita. xxvij.

Tum, de Virgine Deipa-
ra. 414.

AD OFFICIUM NOCT.

Hymnus, Cœlitum. suprâ.

IN NOCTURNO.

Lesio ij.

GEnovèfa, Nemptodúri
in agro Parisiensi, Se-
véro & Gerúntiâ pa-
réntibus nata, inauditæ virtú-
tis splendóre à téneris annis
cláruit. Germánus Autissiodo-
rensis in Británniam transmis-
súrus cum Lupo Trecensi, ut
Pelagiánæ hæresis reliquias
profligáret, conjectis in eam
oculis, Deo caram & vitæ
sanctitate illustrem fore prædi-
xit. Ab ea cum postulasset num
virginitatem Deo veller conse-
cráre, Genovèfa statim res-
pondit id unum se vehemen-
ter optáre. Germánus itaque
puellæ manus impósuit; &c.

T ij.

416 3. JANUAR. Sancta Genovefa, Virginis.

virginem consecravit. Postridie sciscitanti an voti jam emissi memor esset, memorem verò se, & in eo proposito permansuram, Deo operante, asseveravit. Ille nummum æreum signo crucis insignitum, nec sine Dei nutu, humi conspicatus, collégit, virgini dedit, præcepitque ut collo appensum gesseret, nec ullis deinceps monilibus, quæ sponsæ Christi non conyeniunt, ornari se pateretur. Miraculorum dono & multitudine excelluit. Plurima prophético spiritu edixit: atque imprimis accedente Attilâ Hunnorum rege, cives Parisienses adhortata, est, ne, relictis sedibus, fortunas suas aliò transferrent, urbem polllicita, subversis aliis munitioribus, perstituram. Rei veritatem probavit eventus; idque Genovefæ patrocinio datum.

Leitio iij.

GRassante deinde fame, & in maxima annonæ caritate, urbem magnâ frumenti copiâ, & pauperes innumeros erogatis panibus sustentavit. Neque tamen tot editis miraculis effugere potuit quin malevolorum odio & contumeliis premeretur. Germanus, in Britanniam iterum profecturus, eam adiit, & variis impetitam calumniis divino eloquio consolatus est; habitaque gravi ad populum oratione, quanti esset apud Deum meriti exposuit, & locum in quo preces illa fundebat, lacrymis ejus madefactum ostendit. Ab anno ætatis decimo-quinto ad usque quin-

quagesimû, Dominicâ tantum die & quintâ Feriâ jejunium solvit, sumpto pane hordeaceo, ac modico pulmento, quod ante quindecim dies coctum, ut minus sapidum esset, frigidâ temperabat. Post id tempus, suadentibus Episcopis, quibus non obtemperare nefas putabat, pisciculiæ & lacte usa est. Neque verò intra Gallie limites tanta virtus contineri potuit. Simëon ille Stylites, audita tot miraculorum fama, ejus se præcipibus voluit commendatum. Admirandis denique virtutibus, ut scribit Beda, latè claruit, & in Christi servitute ad octoginta annos consenuit.

AD LAUDES.

Ant. V Enit contra civitatem rex magnus: pauper & sapiens liberavit urbem per sapientiam suam. *Eccles. 9.*

Ant. 4. f. Præcepit ut die ac nocte Dóminum invocarent, quò adjuvaret eos; ac populum ne sinefet nationibus subdi. *1. Mach. 13.*

Ant. 7. d. Hæc dicit Dóminus de rege: non intrabit civitatem hanc, & non mittet in circûitu ejus aggerem: in via quâ venit, per eam revertetur. *Is. 37.*

Ant. 6. F. Orabat Dóminus Deum Israël, ut dirigeret viam ejus ad liberationem populi sui. *Judith 12.*

Ant. 2. D. Facta est quasi navis institoris, de longè portans panem suum. *Prov. 31.*

3. JANUAR. *Santa Genovefa, Virginis.* 417

Capitulum. Judith. 15.

Benedixerunt eam omnes
Bona voce, dicentes: Tu
gloria Jerusalein, tu lætitia
Israel, tu honorificèntia pò-
puli nostri.

Hymnus.

Gallicæ custos, Genové-
fa, gentis,

Quæ sibi virtus data! quæ
potestas!

Signa, te nostris decorant
morantem

Splendida terris.

Namini dici patiens flagellù,

Horridà sævit properans ab

Arcto,

Et Parisinis truculèntus in-
stat

Attila muris.

Ut piis pugnat Genovéfa vo-
ris,

Prótinus victor Gothus im-
potentem

Bárbari frangit rablèin,
viamque

Sistere cogit.

Sùbruit per te simulàcra di-
vùm,

Ponit & Christo Clodovéus
aras;

Sùbjicit, spreto Jove, Fran-
ca vero

Sceptra Tonanti.

Corda qui mulces subigisque
regum,

O Deus, nostras tibi subde
mentes:

Nos & æternas ubi virgo
regnat,

Transfer ad arces. Amen.

¶ Deus præcinxit me vir-
tute, R. Et pòsuit immaculá-
tam viam meam. *Pf.* 17.

Ad Benedictus. Ant. 7. G.

Quóniam memor fuit Dòmini
Mimat. Pars Hym.

in toto corde suo, dedit illi

Deus grátiam in conspèctu re-
ge. *Tab. 1.*

Oratio.

Effunde super nos, Dòmi-
ne, spiritum agnitióis
& dilectiúnis tuæ, quo ancil-
lam tuam Genovéfam imple-
visti; ut sèdula ejus imitatió-
ne tibi sincèrè obsequentes,
fide tibi & opere placeámus;
Per Dòminum.

*Fit Comm. de Virgine Dei-
para, ut supra. 414.*

A D P R I M A M.

Ant. 1. a. Venit.

A D T E R T I A M.

Ant. 4. f. Præcépit.

Capitulum. 1. Reg. 12.

Non derelinquet Dòmi-
nus pópulum suum, pro-
pter nomen suum magnum;
quia jurávit Dòminus fácere
vos sibi pópulum, Absit autem
à me hoc peccátum in Dòmi-
num, ut cessem oráre pro vo-
bis.

R. br. Justum adjutórium
meum * à Dòmino, * Alle-
lúia, allelúia. Justum. ¶. Qui
salvos facit * rectos corde,
* Allelúia. Glória. Justum.
Pf. 7.

¶ In Deo faciémus virtú-
tem; R. Et ipse ad nihílù dedú-
cet inimicos nostros. *Pf.* 107.

A D S E X T A M.

Ant. 7. d. Hæc dicit.

Capitulum. Judith. 9.

Non in multitudìne est
virtus tua, Dòmine, ne-
que in equórum viribus vo-
luntas tua est: nec superbi ab-
inictio placuerunt tibi; sed hu-
mílium & mansuetórum sem-
per tibi placuit deprecátio.

* T iij

418 3. JANUAR. *Sanctæ Genesivæ, Virginis.*

R. br. Ego sum, ego sum *
que Dómino canam; * Alle-
lúia, allelúia. Ego sum. * Psal-
lam * Dómino Deo Israel,
* Allelúia. Glória Patri. Ego
sum. *Judic.* 3.

* Fortitúdo mea & laus
mea Dóminus, *R.* Et factus
est mihi in salutem. *Pf.* 117.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Facta est.

Capitulum. *Judic.* 13.

Nomen tuum Dóminus
ita magnificávit, ut non
recedat laus tua de ore hómi-
num, qui memores fuerint
virtutis Dómini in æternū, pro
quibus non pepercisti animæ
tuæ propter angustias & tri-
bulatiónem generis tui, sed
subvenisti ruínæ ante conspe-
ctum Dei nostræ.

R. br. Esurientes & sicut
tes * clamaverunt ad Dómi-
num. Allelúia, allelúia. Esu-
rientes. * Et de necessitatibus
eorum * eripuit eos. * Alle-
lúia. Glória. Esurientes.

* Constituteantur Dómino
mirabilia ejus, *R.* Quia satiá-
vit ánimam inánem. *Pf.* 106.

AD II. VESPERAS.

Ant. **E**Rat timens Deum,
4. **E**faciens elemosynas
multas plebi, & depretans
Deum semper. *Act.* 10.

Ant. 3. a. Jesúniis & obse-
rationibus serviens nocte ac
die, consistebatur Dómino.
Luc. 2.

Ant. 6. C. Cum ab infántia
sua semper Deum timuisset, &
mandata ejus custodierit, im-
móbilis in Dei timóre perma-
nit. *Tob.* 2.

Ant. 8. G. Defuncta est et

sepulta, luxque illam omnis
pópulus: non fuit qui pertur-
baret Israel post mortem ejus,
anno multis. *Judic.* 16.

Ant. 1. D. Mórtaum pro-
phetávit corpus ejus: in vi-
ta sua fecit monstra, & in mor-
te mirabilia. *Ecclesi.* 48.

Capitulum. *Isaia.* 58.

Cum effuderis esurienti
ánimam tuam, & áni-
mam afflictam repléveris, orie-
tur in ténébris lux tua, & té-
nebræ tuæ erant sicut meri-
dies; & réquiem sibi dabit
Dóminus semper, & implebit
splendóribus ánimam tuam,
& ossa tua liberábit.

Hymnus. O Virgo, pectus cui,
* cum *Ant.* ad Magnificat-
ur in *Communi* *Virginis*. non
Martyr. xlvj. *Oratio* ut *supra*
ad *Laudes*.

Fis *Commem.* de *Virgine*
Deipara, ut *supra*, 414.

DIE V.

SANCTI SIMEONIS
Stylitæ

Commemoratio.

Pridie AD VESPERAS.

Ant. Reliquisti. * In umbra
ut in *Communi* *Monachorum*.
xxix. *Oratio*, *Omnipotens*.
xxxijj.

Lectio habetur in *Proprio* et
Tempore, 276.

DIE VIII.

SANCTI ODFLONIS
Abbatis, *Commemoratio.*

Pridie AD VESPERAS.

Ant. Egredere. * Potens ut
in *Communi* *Abbatum*. *Act.*
Oratio, *Deus* *ejus* *sanctus*
19. xxijj.

Lectio habetur in *Proprio* et
Tempore, 295.

14. JANUAR. S. Hilarii, Episc. & Eccl. Doct. 419

DIE X.

S. PAULI EREMITÆ

Commemoratio.

Lesio habetur in Proprio de Tempore, 197.

DIE XIV.

In Festo

S. HILARII, EPISCOPI,
& Ecclesie Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, additis quæ sequuntur.

IN I. NOCT. Lesiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lesio iv.

Hilarius Pictavis in Gallia Aquitania nobili genere natus, doctrina & eloquentia excelluit. Etate maturâ in catholica consubstantialis Trinitatis fide renatus, hanc ita didicit ac tenuit, ut aliter credere se nec posse, nec velle constanter assereret. Adhuc laicus & uxoratus à Catholica religionis hostibus abhorrebat. Electus Pictavorum Episcopus, quo tempore terroribus, bonorum spoliatione, aliâque omni savitia Constantii Catholicos vexabat, nisi ad Arianas partes transirent, Hilarius tanquã firmissimum murum Ariani se fortiter opposuit, & à Saturnini Arelatensis, Ursacii & Valentis communiõne se unã cum Gallicanis Episcopis sejunxit. Itaque multis expertus insidiis, tandem ejusdem Saturnini factione ad Bitterensensem Synodum ire compellus, eum vel impietatis, vel exilii necessitate imponeretur; exilium amplexus, de ipsa Synodo in Phrygiam relegatus

Mimas. Pars Hyem.

est, ubi duodecim libros de Trinitate scripsit. Quarto exilii anno, cum Constantius Imperator Concilium apud Seleuciam Hauriæ urbem convocasset, quo tempore celebrabatur in Occidente Ariminensis Synodus, dicto Concilio adesse compulsus est Hilarius. Illic interrogatus quæ esset Gallorum fides, expositâ fide suâ juxta ea quæ à Patribus Nicænis conscripta fuerant, Occidentilibus perhibuit testimonium, eosque à Sabellianæ hæreses criminatione vindicavit.

Lesio v.

Solutio Concilio, Legatus sejus decem Constantiopolim secutus, per scelus victos Seleucienfis Synodi Episcopos, Ariminenses verò per fraudem deceptos advertit. In tanto fidei discrimine poposcit Imperatoris audientiam, ut de fide coram adversariis disceptaret. Id annuente Constantio, bellum edit, quo Ariatorum impietatem delusamque fraude ac mendaciis Principis religionẽ ostendens, enixè rogat ut nutantibus fidei integritatem restituat. Sed Ariatorum factionibus effectum est, ut quasi discordiæ seminarium, & perturbator Orientis, manente tamen exilii poenâ, redire ad Gallias juberetur. Antequam verò se itineri accingeret, de Orientali Antistitem celeri respicientiã ceterior factus, litteras quas statim ab ipsis acciperat, ante se præmittendas ad Gallos Episcopus indicavit; ut

• T I V

420 14. JANUAR. S. Hilarii, Episc. & Eccl. Doct.
 per eas edocti, Ariminenses co instaurandis Ecclesiis cum
 legatos à sua communiõne sancto Eusebio Vercellensi,
 continuo removerent, & frãturrã lenior, & ad persuadendum aptior, allaboravit
 tribus per Orientem exulãntibus, quod Usiz vocabulo constanter uterentur, quamprimum subvenirent. His acceptis literis, Synodus apud Parisios congregatur; in qua, ex mente Hilarii qui à Patribus fidelis Domini nominis pradicator appellatur, abrogatis Ariminensis Synodi gestis, ejus legati totius fraudis architecti, communiõnis exortes declarantur, pax adimitur erroris confortibus, & cum Orientalibus sancitur; suffecti denique sedibus exulantium intra Gallias proscribuntur.

Lectio vj.

Interea Hilarius permensus orbem penè terrarum, dum redit in Gallias, Romam venit; eoque sanctus Martinus ex ora maris Ligustici, illi ut occurreret, accessit: sed cum cum jam præterisse audiret, ad Gallias usque secutus est. Tunc Galliarum Ecclesia, ut ait sanctus Hieronymus, Hilarium de prælio revertentem complexa est: qui per frequentes Synodos & Epistolas in id totus incubuit, ut detestata Ariminensis Synodi fraude, ea quæ ibi gesta fuerant, ab omnibus tandem Episcopis damnarentur, & sic Gallia ab hæresis contagione servaretur; frustra consuetas artes opponente Saturnino, qui propter hæresim, & alia nefanda crimina ab Ecclesia eiectus est. In Italia quoque & Ilyri-

co instaurandis Ecclesiis cum sancto Eusebio Vercellensi, naturã lenior, & ad persuadendum aptior, allaboravit Hilarius. Mediolani Auxentium arianum in publica disputatione coegit ut Christum verum Deum profiteretur. Sed cum Auxentii, qui captivo fidei libello Valentianum Imperatorem deceperat, dolis obsisteret; Mediolano pulsus, quod ibi gestum esset, scripta ad omnes Orthodoxos epistolã, exposuit. Demum innumeris ad Catholicam fidem tuenda laboribus perfunctus, multisque editis miraculis conspicuus, obiit Pictavis circa annum trecentesimo sexagesimum octavum, Valentiano & Valente regnantibus. Quos scripsit libros, inoffenso pede decarri posse testatur sanctus Hieronymus.

IN III. NOCTURNO.
 Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 10.

In illo tempore; Circumdederunt Jesum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Jesus: Loquor vobis, & non creditis. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii
 Episcopi.

Lib. contr. Const. Aug.

Tempus est loquendi, quia jam præterit tempus tacendi. Clament pastores, quia mercenarii, fugerunt. Ponamus animas probis; quia sume introierunt.

ta leo læviens circuit. Ad martyrium exeamus, & commoriāmur Christo, ut Christo conregnemus. Ulteriūs enim tacere diffidentiz signum est, non modestiz ratio; quia non minus periculi est semper tacuisse, quam nunquam. Ego, fratres, ut mihi omnes qui me vel audiunt, vel familiaritate cōgnitum habent, testes sunt, gravissimum fidei periculum longè antea prævidens, quinto abhinc anno à Saturnini, & Ursacii, & Valentis communiōne me cum Gallicanis Episcopis separavi, indultā ceteris cōsōrtibus eōrum respiscendi facultate: atque exinde toto hoc tēpore in exilio detentus, neque decedendum mihi esse de Christi confessiōne decrevi, neque honestam aliamquam ac probabilem ineundæ unitatis ratiōnem statui respuendam. Nunc mihi non alia ad dicendum causa quam Christi est, cui & hoc debui quod usque nunc taci, & ex reliquo me intēlligo debere ne taceam.

Lectio viii.

Atque utinam illud potius, omnipotens Deus & universorum creator, sed & unus Dōmini nostri Jesu Christi Pater, ætati meæ & tēpore præstitisses, ut hoc confessiōnis meæ in te atque in Unigénitum tuum, ministerium Neronianis Decianisive tēporibus explessem! Nec ego per misericordiam Dōmini, & Dei filii tui Jesu Christi calens Sp̄ritu sancto, equūleum metuissē; nec ignes timuissem, nec crucem, & fragmen-

ta crurum meorum vitassem, nec profundum maris trepidassem. Pugnarēmus enim palam & cum fiducia contra negantes te, contra torquentes, contra jugulantes; & nos populi tui tanquam duces suos ad confessiōnis religionem intēlligentiā persecutiōnis publicæ, comitarentur.

Lectio ix.

Nunc pugnamus contra persecutorem fallentem, contra hostem blandientem. Sed me ipse Unigénitus Deus quem in me persequeris, admōnuit ne tibi crederem, neque me hoc fallax in te ementitumque nomen illuderet. Vide tu si præferens nomen Dōmini in verbis, voluntatem efficias Dei Patris in rebus. Clamat ille: Hic est Filius meus dilectus; & tu decernis non esse Filium, neque esse Patrem, sed adoptiōnis nomina. Clamat Filius: Ego & Pater unum sumus, & opēribus meis credite; quia Pater in me, & ego in Patre: tu Christum oburgas veritatis, tu Patrem arguis professiōnis, & orbem terræ profanā simultate committis, negans hoc de Deo quod ipse de se professus est.

Oratio.

Profit nobis, Dōmine, beatissimi pontificis Hilarii festiva solēmnitas; ut sicut consubstantiālis tibi Verbi fidem per universas Gállias servavit illasam; ita nos, ejus intercessiōne, in eadem fide stābiles, ipsi soli semper Verbo vivāmus Filio tuo Dōmino nostro; Qui tecum vivit & regnat.

422 15. JANUAR. SS. *Juliani & Basilissæ, Mart.*

Fit Commem. de Virgine Deipara, ut suprà. 414.

AD VESP. fit Commem.

SS. *Juliani & Basilissæ, Martyrum, Ant.* Cum vos oderint. *V.* Viriliter. *xiiij.* *Orazio, Deus invisibilis. xvj.*

Deindè S. Mauri, Abbas. Ant. Egrèdere. *V.* Potens. *ut in Communi Abbatum, xxix.* *Orazio, Da nobis. xxxij.*

Postèd de S. Bonito, Episc. Ant. Elégit. *V.* Beátus. *xviiij.* *Orazio Deus, qui, 423.*

Ultimò, de Virgine Deipara. 414.

D I E X V.

In Festo

SS. JULIANI & BASILISSÆ,
Martyrum. *Semiduplex.*

Lectio ij.

JULIANUS, quem patriâ Egyptium doctiores agiographi autumant, cum virginitatis votum júnior emisisset, traditur fuisse à paréntibus compulsus Basilissam uxorem ducere. Is verò, ipsâ nuptiarum die, hanc induxit ad sese étiam virginitate Christo devovendam; quam fidem uterque illibátam servávit. Ab invicem separáti, id unum cogitárum ut essent sancti corpore & spiritu. Tunc témporis máximè in Christianos Diocletianus & Maximianus sæviébant. Eorum furórem non experta est Basilissa, etsi martyrii desiderio accensa, sed opéribus justitiæ & caritátis explétam in pacem finivit. At Julianus post vária certámina glorióso martyrio coronátus est. Sanctórum conjúguum eultus non in

Egypto tantum, sed & in toto oriente & in plúribus Ecclesiis occidentális regiónibus obtinuit. Quos verò Deus tam sanctè conjúnxerat, hos Ecclesiá simul étiam honorare instituit, eosdemque título Virginum & Mátyrum insignit, quamvis Basilissá solo necem pro Christo patiendi ardóre flagráverit.

De SS. Mauro & Bonito. Lectio ij.

MAURUS Diáconus, cum in Gálliam venisset, Glannofoliense monastérium in Andegavénsium solo ad Ligerim sub título Salvatoris construxit. Coenóbium illud Theodebertus Austrasiórum rex, ejusque successor Theodevaldus ac Clotárius primus multis prædiis locupletárum. Cum autem Maurus annis plúribus Mónachos ibi sanctíssimè re-xisset, suffecto in locum suum Bertulfo, ábiit ad Dóminum; & in ea è quátuor monasté-rii basilicis quæ sancti Martini dicebátur, sepultus est, ad austrálem altáris partem. Anno autem Dómini octingentésimo quadragésimo quinto, Mártii die duodécimá, ossa ejus inde subláta, ad partem orientálem, ponè scilicet altáre in arca férrea cóndita sunt. Vigésimo post translatiónem hanc anno, corpus idem propter Normannórum incursiónem, ad Pagum Sagiensem, inde post annum in Burgúndiam, tandem jubente Carolo Calvo, ad monastérium Fossatense agri Parisiensis ad Matrónam flúvium illárum est.

16. JANUAR. Sancti Firmini, Episcopi. 413

¶ Eadem die agitur festus dies sancti Boniti, Arverni, qui post illustratam virtutibus aulam Sigeberti Austrasie Regis, & prefecturam Massilie sancte gestam, Avito fratri, Arvernorum Episcopo, successor factus, sacre lectioni, vigiliis, jejuniis, hospitalitati, aliisque caritatis operibus totum se dedit. Frequentes habuit cum clero de canonicis observandis collationes, & plebem a Presbyteris edocendam maxime curavit. Abdicatio episcopatu, monachi vitam professus est in Magnilocensi conobio. Limina Apostolorum deinde petiit. Romam reversus, Lugduni obiit: unde ejus reliquie in urbem Claromontanam translatae sunt.

AD LAUDES, pro Commemor. S. Mauri, Ant. Ecce ego. V. Venite. Oratio, Da nobis. xxxij.

Deinde S. Boniti. Ans. Ego sum. V. Eligite. xxj.

Oratio.

DEUS, qui factum ministerium fideliter exequentes, in gaudium Domini sui tribuis benignus intrare: da nobis, intercessione beati Boniti Pontificis tui, ut in modico fideles, mercedem magnam, quae ipse es, consequi mereamur; Per Christum.

Ultimo, de Virgine Desparata. 414.

VESPERAE a Capitulo de Sequenti, ut in Communi Pontificum. xvij. Oratio, Deus, qui populus. xxj.

Fis Commem. SS. Iuliani Mimae. Pars Hyem.

& Basilisse, Mart. Ant. Datae sunt. V. In aeternum. xvij.

Oratio, Deus invisibilis. xvj. Deinde S. Tarsicia, Virg. Ant. Complacuit. V. Audi. ut in Communi Virg. xlj. Oratio, Fideles. xlv.

Ultimo, de Virgine Desparata, 414.

DIE XXI.

In Festo

SANCTI FIRMINI, Episcopi. Semiduplex.

Leitio ij.

FIRMINUS Episcopus Gaballitanus, in Episcopatu creditur consecutus sanctum Privatam, qui Gallieni & Valeriani tempore a Croco Alemannorum rege interfectus est. Singula quaeque ab eo gesta non cognoscuntur, at de cultus ejus antiquitate constat Corpus ejus, cum diu latuisset, ipso revelante inventum est in oppido Belnacensi urbis Canonicarum suburbio, ad aram sancti Iuliani, in templo Monasterii Ordinis sancti Benedicti Deo dicato sub titulo sancti Martini.

De S. Tarsicia. Leitio iij.

TARSICIA clarissimis ortu parentibus, a primis vitae annis totam se Christo dicavit, cui ut liberius inserviret, spreto mundi oblectamentis, & amplissimae domus commodis ac delictis penitus abdicatis, peculiari sancti Spiritus impulsu, pro tenenda castitate patriam fugiens, ad Ruthenos devenit. Ibi instar alterius Mariae optimam partem eligens, ab hominum conversatione semota, obiviam speluncae

* T vj

cam dūnis ac sēntibus obstitam incoluit, in quā contūtuus jejūnis, & vārtis afflictionibus asperam, sed contemplationibus cōlestibus suāvem vitam traduxit; Deo interim modo mirābili alimōniam subministrante, per Capram quondā statis hōtis advenientem. Plūrimis hēmum annis in solitārio illo secessu transactis, ad cōlestes nūptias evōcāta est. Ejus corpus, superii cūsdam lūminis indicio repertum, ac cōlestem quēdam spirans odōrem, in eodem sancti Vincēntii illātum est, postea in Monastērium sancti Saturnini Virginum saceratū Ordinis sancti Benedicti propē Ruthēnam translātum est. Ibi usquē in hodiernam diem honorificē cōlitur.

AD LAUDES, pro Commem. S. Tarsciae, Ant. Exultabit. ♯. Sitivit. Orazio, Fideles. xlv.

Ultimò, de Virg. Deip. 414.
VESPERÆ à Capitulo de Saquenti, ut in Comuni Abbatum. xxviiij. Orazio, Deus, cujus. 425.

Fu Comm. S. Firmini, Episc. Ant. Sacerdotes. ♯. Salvum. xliij. Orazio, Deus qui. xxj.

Deindē, S. Sulpitii Episc. Ant. Elēgit. ♯. Beatus. xviiij. Orazio, Deus, fidēlium. xxj.

Ultimò, de Virg. Deipara.

D I E X V I I .

In Festo

SANCTI ANTONII,
Abbatis. Semiduplex.

Letitio ij.

Antonius, nobilis Aegyptius, cum circa annum

etatis vigesimum ingressus Ecclesiam, ex Evangelio audisset: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus; tanquam ea sibi dicta essent, amplissima quae habebat praedia partitus est inter vicinos, totiusque venditae suppellectilis pretium pauperibus erogavit, ac primum secessit haud procul a vico suo, ubi rebus omnibus abdicatis, non desistit ex laboris emolumento assuetis eleemosynis pauperes fovere, non aliud sibi servans ad victum quam unde panem emeret, quo non ante solis occasum vesceretur, adhibito tantum sale ad condimentum, & aqua ad sistam temperandam. Arctioris posthac solitudinis desiderio, in monumento occlusus remansit, familiari cuidam mandans ut panem sibi statutis diebus afferret. Anno aetatis trigésimo-quinto eremum petiit, unde post annos propē viginti, Spiritus sancti impulsu, exiit, ut Coenobitas moderaretur. Saeviente deinde Maximino, martyrii desiderio flagrans, Martyres usque ad Alexandriam, quod ducebatur, secutus est. Sed cum votis non responderet successus, finitā persecutione, in coenobium rediit. Magnum Aphanasium ab Arianiis penē oppressum crebro invisit. Ejus gratia ad Constantinum non semel scripsit. Ab haereticorum congressu semper abstinuit. Arianos ejus auctoritate se tuentes, publico sermone damnavit. Morti proximus, inter illa me-

nita hæc fratribus inculcavit: Custodienda est pia fides in Christum, & Patrum servanda traditio. Paulum Anachoretarum primum, quem senex adlerat, sepelivit. Vixit annos quinque supra centum. Scripsit Ægyptiacè septem Epistolas, quæ in Græcam linguam translatae sunt.

De S. Sulpicio. Lectio iij.

Sulpicius, à puero pietati deditus, cum Ecclesiis & Monasteriis construendis, ac misericordiae operibus esset intentus, ab Austregisilo Bituricensi Episcopo ad Diaconatum promotus est, ut in Ecclesia officium docendi exerceret. Presbyter factus, à Clotario secundo postulatus est, ut in ejus castris Abbatis officioungeretur; regemque ipsum morbo gravissimo laborantem, septem dierum oratione & jejunio, sanitati restituit. Austregisilo successor datus, optimi Præsulis partes implèvit, Diocesanæ sæpè Synodos, interdum etiam Provinciales celebravit. Judæos omnes in Biturigibus degentes, ad Christi fidem adductos, baptizavit. Cum ad Ecclesiam noctu orationis causâ veniret, non antè recedebat, quàm Psalmorum librum integrum recitasset. Indicto tridui jejuniò, suis precibus obtinuit à Dagoberto ut vectigal insolitum quod plebi Bituricensi imposuerat, abrogaret. Sedit in Concilio Remensi sub Sonnatio Episcopo. Coadjutorem sibi in senectute ex consensu regis Volfoleundum cooptavit: tuncque totum se

dedit levandis & instruendis pauperibus. Plenus tandem dierum, quievit in Domino die decima septima Januarii, circa annum sexcentissimum quadragessimum quartum; & in urbe Bituricensi sepultus est.

Oratio.

Deus, cujus verbo foris sonante, & gratiâ inwards movente, excitatus Antonius, ut perfectus esset, omnia reliquit: da cunctis Evangelicæ perfectionis stadium ingressis sic currere, ut bravium æternæ felicitatis accipiant; Per Dominum nostrum Jesum Christum

Fis. Commem. S. Sulpicii, Episc. Anr. Ego sum. 7. Elégit. Oratio, Deus fidelium. xxj.

Ultimò, de Virgine Depard. 414.

VESPÉRÆ à Capitulo de Festo sequenti.

DIE XVIII.

In Festo

PONTIFICATUS,

seu CATHEDRÆ S. PETRI,

Quâ primum Antiochiæ sedit, tùm Romæ.

Semiduplex.

Pridiè AD VESPÉRAS,

Capitulum. 1. Cor. 1.

Ouz stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret; ut non gloriètur omnis caro in conspectu ejus.

*Hymnus.**Ultimò, de Virgine Dei-***I**nconcussa tuo, summe*para. 414.*

Deus, parâs

Fundamenta operi; non ta-

men eligis

Pollentes opibus, non cé-

lebres vocas

Claris stemmâtibus viros.

Petro divitiæ cymba; labor

mare:

Gentes innumeras hic sú-

bigit tamen;

Et qui navigium piscibus

anteâ,

Orbem Christiâdis replet.

Tu, nullus opis scilicet indi-

gus,

Unus cuncta potens vis si-

mul & facis:

Uti debilibus te juvat; in-

firmis

Gaudes ardua vincere.

Sit laus summa Patri, summa-

que Fîlio:

Amborum sit idem Spiritui

decus,

Per quem, Christe, tuam

vox hominum crucem

Terris extulit omnibus.

Amen.

¶. Humilia respicit Dômi-

nus in cœlo & in terra,

R. Sûscitans à terra inopem.

*Pf. 112.**Ad Magnificat. Ant. J. Ec-*

ce ego mittam piscatores mul-

tos, dicit Dôminus, & pesca-

buntur filios Israel; & scient

quia nomen mihi Dôminus.

*Jerem. 16.**Oratio, ut infra ad Lau-**des.**Fic Commem. sancti Anto-**nii. Ant. Attendite. ¶. Justus.**xxxiv. Oratio, Deus, cujus**verbo. 425.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Invis. Caput cõporis Ec-**clésiæ Dôminum, & Venite,**adorémus. Ephes. 5.**Pf. 94. Venite. 2.**Hymnus.***S**acri senatus Petre caput,

gregis

Verende pastor; grande tuis

decus

Dum prædicamus dignitã-

tis,

Fer súpero pia vota Regi.

Christo vocanti promptus ader,

rarem

Tu deserendo deseris om-

nia:

Temet relinquis, pauperi-

que

Non dubitas comes ire pau-

per.

Cœlestis intus te Pater addo-

cer:

Hinc voce certâ progénitum

Deo

Parente Christum consue-

ris;

Ingénito similem patenti.

Nunc ergo Petro nomen erit

tibi:

Innixa petram quam super

ardua

Fundatur ædes veritãtis,

Tartáreas domitura poras.

Dum, Christe, Patri nos quo-

que te parem

Cantamus, auge quam tri-

buis fidem:

Infunde sacrum, quo vigé-

mus,

Pectoribus, Deus alme,

Flamen. Amen.

*Psalmi de Feria sub tribus**Antiphonis sequensibus.*

Ant. 8. G. Adduxit Andréas fratrem suum Simonem ad Jesum. Intravit autem cum Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona; tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. *Joan. 1.*

Ant. 2. D. Stupor circumdederat Petrum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Et ait illi Jesus: Noli timere, ex hoc jam homines eris sapiens. *Luc. 5.*

Ant. 1. D. Vocavit Jesus discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Primus Simon qui dicitur Petrus. *Luc. 6. Matth. 10.*

¶ Dominus elevat pauperem, ut sedeat cum principibus, &c. Et solium gloriæ teneat. 1. *Reg. 2.*

Leitio j de Scriptura occurrente; e tribus fit una.

¶ Quem dicunt homines esse Filium hominis? dicit Jesus discipulis suis. Respondens Petrus, dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Ait Jesus: Et ego dico tibi: * Quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. ¶ Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est: * Quia. *Matth. 16.*

Sermo sancti Leonis Papae. *Serm. 80. Cap. 3.*

Leitio ij.

Cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evan-

gelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, susceperunt beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur Imperii; ut lux veritatis quae in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite pettorum mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis homines in hac tunc urbe non essent? aut quae usquam gentes ignorarent quod Roma didicisset? Hic colluctandae philosophiae opiniones, hic dissolvendae erant terrae sapientiae vanitates, hic confutandus daemonum cultus, hic omnium sacrificiorum impletas destruenda, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum.

¶ Tibi dabo claves regni caelorum: * Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. ¶ Vocabo servum meum, & dabo clavem domus David super humerum ejus; & erit in solium gloriæ domus patris ejus: * Et. *Matth. 16. Is. 22.*

Leitio iij.

A D hanc ergo urbem tu, beatissime Petre Apostole, ventre non metuis, & consorte gloriæ utz Paulo Apostolo aliarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato, sylvam istam fremantium bestiarum, & turbulentissimae profunditatis oceanum, constanter quam cum supra mare graderis, ingrederis. Iam popu-

los qui ex circumfisióne crediderant, crudieras; jam Antiochená Ecclesiám, ubi primùm Christiani nominis dignitas est orta, fundáveras; jam Pontum, Galátiam, Cappadóciám, Ásiam, atque Bithyniá légibus evangélicæ prædicatiónis impléveras; nec aut dúbius de proVectu óperis, aut de spátio tuæ ignárus ætátis, trophæum crucis Christi Románis arcibus inferébas, quò te divinis præordinatióibus antebant, & honor potestátis, & glória passiónis.

R. Dixit Dóminus Petro: Quis, putas, est fidéls dispensátor & prudens, quem constituit Dóminus supra familiám suam? * Verè dico vobis quóniam † Supra ómnia quæ pòssidet, constituet illum. † Multi hómines Misericordes vocantur; virum autem fidélem quis invéniet? * Verè dico vobis. Glória Patri. † Supra. *Luc. 12. Prov. 20.*

Te Deum.

† *Sacerd.* Pópulus Dómini, & oves pásquæ ejus, *R.* Introíte portas ejus in confessiòne. *Pf. 99.*

A D L A U D E S.

Ant. **A** It Dóminus: Simon, i. g. Simon, ecce sátanas expetivit vos ut cribráret sicut triticum; ego autem rogávi pro te. *Luc. 22.*

Ant. 2. D. Ego rogávi ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. *Luc. 22.*

Ant. 3. à. Dicit Jesús Simóni Petro: Simon Joannis, diligis me plùs his; dixit ei:

Etiám, Dómine; tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. *Joan. 21.*

Ant. 4. E. Dicit ei iterùm: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiám, Dómine; tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. *Joan. 21.*

Ant. 6. C. Dicit ei tertió: Simon Joannis, amas me? Contristátus est Petrus, & dixit: Dómine, tu ómnia nosti; tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. *Joan. 21.*

Capitulum. 1. Petr. 5.

Senióres qui in vobis sunt Sòbsecro, consénior & testis Christi passiónum, qui & ejus, quæ in futuro revelanda est, glóriæ communicátor; páscite qui in vobis est gregem Dei.

Hymnus.

Qualis potestas, Petre, quis terris honos, Cui jura Christus ipse concessit sua!

Quidquid ligábis, quidquid & solves solo, Hoc & ligábit, solvet & polo Deus.

Tui próbato cordis affectu, suum

Pastor suprémus créddidit tibi gregem:

Serva, tuere, pasce nos, pastor bone:

Illús & nos, Petre, pars gregis sumus.

Patri suprémò sit supréma glória:

Tibique laudes totus orbis concinat,

Æterne Fili, splendor æterni Patris:

Compar sit almo laus decus-
que Flámini. Amen.

✠. Pósuí adiutorium in po-
tente, R. Et exaltávi electum
de plebe mea. *Pf. 88.*

Ad Benediclus. Ant. 1. D.
Ecclesia ædificabátur, ámbu-
lans in timóre Dómini, & con-
solatióne sancti Spíritus reple-
bátur: Petrus autem pertrans-
ibat universos. *Act. 9.*

Oratio.

DEUS, qui beato Petro
Apóstolo tuo, colláti
clávis regni celestis, ligandi
atque solvendi pontificium
tradidisti: concéde ut interces-
sionis ejus auxilio, à peccató-
rum nostrórum nexibus libe-
rémur; Qui vivis.

*Fis Commem. de Virg. Dei-
para. 414.*

A D P R I M A M.

Ant. 1. g. Ait Dóminus.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Ego.

Capitulum. Jerem. 15.

CONVERTAM te, & ante fá-
ciem meam stabis; & si
eparáveris pretiosum à villi,
quasi os meum eris: converten-
tur ipsi ad te, & tu non conver-
térís ad eos & bellábunt adver-
sùm te, & non prævalébunt;
quia ego tecum sum, ut sal-
vem te & éruam te, dicit Dó-
minus.

R. br. Dómine, * Lábía
mea apéries. Dómine. ✠. Eros
meum: * annuntiábit laudem
tuam. * Lábía. Glória. Dómi-
ne. *Pf. 50.*

✠. Narrábo nómen tuum
frátribus meis: R. In médio
Ecclesiæ laudábo te. *Pf. 21,*

A D S E X T A M.

Ant. 3. à. Dicit Jesus.

Capitulum. 1. Phatip. 11.

TU eras qui educébas &
introducébas Israel; tibi
enim dixit Dóminus Deus tuus:
Tu pasces pópulum metum Is-
rael, & tu eris princeps super
eum.

R. br. Accépit eum, * Pá-
cere Jacob servum suum. Ac-
cépit. ✠. Et Israel * hæreditá-
tem suam, * Páscere. Glória.
Accépit. *Pf. 77.*

✠. Qui regis Israel, intén-
de: R. Qui dedúcis, velut
ovem, Joseph. *Pf. 79.*

A D N O N A M.

Ant. 6. C. Dicit ei.

Capitulum. Ezech. 34.

IPE erit eis in Pastórem;
Ilego autem Dóminus ero
eis in Deum, & servus meus
princeps in médio eórum &
ego Dóminus locúsus sum.

R. br. Pavit eos * In inno-
céntia cordis sui. Pavit. ✠. Et
in intellectibus mánuum suá-
rum * deduxit eos, * In inno-
céntia. Glória. Pavit. *Pf. 77.*

✠. Nos pópulus tuus; &
oves pásceat tuæ, R. Confite-
bimur tibi in séculum. *Pf. 78.*

A D I I. V E S P E R A S.

*Ant. 1. g. L*oquentè Petro in do-
1. g. Lmo Córnelii, cecidit
Spíritus sanctus super om-
nes qui audiébant verbum.
Act. 10.

*Ant. 2. D. Obstupéerunt ex
circumcisióne fideles, quia &
in natiónes grátia Spíritus san-
cti effusa est. Act. 10.*

*Ant. 3. d. Cúm ascendisset
Petrus Jerosólymam, disceptá-
bant adversus illum: incipiens*

autem Petrus, exponébat illis ordinem. *Act.* 11.

Ant. 4. d. Si eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidimus in Dominum Jesum Christum; ego quis eram, qui possem prohibere Deum? *Act.* 11.

Ant. 5. a. Tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ego & Géntibus penitentiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 13.

Capitulum. *Act.* 15.

DEUS in nobis elégit per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere: & qui novit corda Deus, testimoniúm perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis.

Hymnus.

Prome commissas tibi, Petre claves:

Nam tibi tradit sua jura Christus:

Quæ polum claudunt, scelerum, precámur,

Víncula solve.

Prima te sedes Orientis oris Extulit: cunas ibi Christianum

Obtinet nomen; simul inde toto

Spargitur orbe.

Roma mox fortis meliôris hæres,

Exitit mundi fideique centrum,

Quam tuo, Pastor patiterque Martyr,

Sanguine clasas.

Qui fidem Petro stábilém rogasti,

Ne sinas, Jesu, traháse nostram:

Vita fac concors fides sit omen

Dulce salútis.

Lætus æternum celebret Parentem

Orbis; æternum celebret Parentis

Patrum: par sit tibi laus per omne,

Spiritus, ævum. Amen.

¶ Exaltent eum in ecclésiis plebis, R. Et in cathedra scripturum laudent eum. *Ps.* 106.

Ad Magnificat. *Ant.* 6. F.

Simon narrávit quemadmodum primum Deus visitávit sumere ex Géntibus pópulum nóminti suo; & huic concédant verba Prophetarum. Notum à século est Dómino opus suum. *Act.* 15.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Fit Comm. S. Genulfi Episc.

Ant. Elégit. ¶ Beátus. xvij.

Oratio, Deus fidélium lumen. xxj.

Deindè sancti Guillelmi Episc. *Ant.* Ego sum. ¶ Elégit. xvij. *Oratio,* Deus, qui

pópulis. xxj.

Posteà de Virgine Deiparâ. 414.

D I E X I X.

In Festo

SANCTI GENULFI,

Episcopi.

Semiduplex.

Leitio ij.

GENULFUS à Sixto Pontifice médio circiter tertio século in Gallias missus est. Primus fuit Ecclésiæ Cadurcensis Episcopus, ejusque laboribus civitas & universa Cadurcorum régio ad veri Dei

cultum traducta fertur. Nonnullæ sub ejus nomine præcōrum bellōrum injuriæ descriptæ memorantur Ecclesiæ, in veteribus manuscriptis codicibus Capituli Caduacensis. Est in Bituricibus vetas Abbātia sancti Genulsi, quæ prius Stradense Monasterium vocabatur, mutavitque nomen, eō translatis circa annum octingentesimum. septuagesimum sancti Genulsi sacris reliquiis.

De S. Guillelmo.

Leitio iij.

Guillelmus illustri profāpia natus, optimis disciplinis moribusque imbūrus, Suedione primò, tum Parisiis factus Canonicus, relicto sæculo, ad Grandimonsensem eremum, deinde ad Ordinem Cisterciensem se contulit. Factus Abbas Fontis-Joannis, postea Carolstoci, defuncto Henrico Bituricensi Archiepiscopo, in ejus successorem electus est invitus. Eo in mūnere, retentā etiā veste monasticā, nihil remisit de asperitatis vitæ genere, & consuetis pietatis exercitiis; ita in oratione assiduus, ut mediâ nocte ad officia nocturna semper surgeret; ita verò affectus, ut in precibus singulari compunctiōnis sensu cōfirmoveretur. Gregis salutē invigilans, diocēsim magno studio perlustrabat, & paternā eum cōstitis exhibebat amorem. In ipso Pontificatū incho mōlta adversa pertulit, tam à laicis quàm ab ipsa Ecclesiā: stæ clerici: at vitæ sanctimoniat & mansuetudinē struam hūis

mos sibi demeruit. In labore assiduū annos Episcopātūs octo cum mense uno & diebus octōdecim exegit. Acutissimā febre sex ferè dies ante obitum correptus, pridie Epiphaniæ Dōmni pōpulum in Ecclesiā congregavit; habitaque gravi concione sub hoc verbōrum thēmate: Hora est jam nos de somno surgere, omnibus impertiens benedictionem valedixit. Inde verò infirmōrum oleo unctus, & viatico Cōporis Dōmini creatus, in cinere & cilicio jacens, animam Deo redditis quarto Idūs Januarias, anno sabiti, juxta præfentem numerandi modum, millesimo ducentesimo nono. Multis ante & post mortem miraculis claruit; ac nono post anno ab Honorio tertio in Sanctorum numerum ascriptus est.

AD LAUDES, sic Commemoratio de S. Guillelmo. Ans. Sacerdotes. 7. Salvum. Oratio, Deus, qui pōpulis. xxj.

Postea, de Virgine Dei, par. 414.

VESPERE de S. Sebastianiano, ut in Continenti unius. Marc. vj. Oratio, Vide. infra. 434.

Fis Commem. S. Genulsi. Ans. Sacerdotes. 7. Salvum. xxj. Oratio, Deus, sublimum. xxj.

Deinde S. Fabiani, Papa & Martyris. Marc. Bonum. 7. Adjutor. Oratio, Omnipotens. n.

Postea, de Virgine Deiparæ. rd. 414.

In Feste
SANCTI SEBASTIANI,
Martyris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi unius
Martyris, additis que sequuntur.

IN I. NOCT. Lectiones
de Scriptura occurrentie.

IN II. NOCTURNO.

De Expositione sancti Ambrosii Episcopi in Psalmum centesimum deoimum octavum. Serm. 10. n. 43 & 44.

Lectio iv.

NON unus persecutor est, multos ministros habet; sed non te terreat. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Si multæ persecutiones, multæ probationes; ubi multæ coronæ, multa certamina. Tibi ergo proficit quod multi persecutores sint; ut inter multas persecutiones facilius invenias quemadmodum coronaris. Utamur exemplo Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est. Fortasse aut jam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in hæc partium, aut minor erat. Advertit hic aut nullum esse, aut repere certamen. Romam profectus est, ubi propter fidei studium persecutionis acerba fervebant: ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. Itaque hic, quod hospes advēnit, domicilium immortalitatis perpetue collocavit.

SI unus persecutor fuisset, coronatus hic martyr utique non fuisset. Sed quod peius, non hi solum persecutores sunt qui videntur, sed etiam qui non videntur; & multo plures persecutores. Sic etenim unus persecutor rex multis persecutionis præcepta mittebat; & per singulas vel civitates, vel præficias erant directi persecutores; ita etiam diaboli multos ministros suos dirigit, qui non fors cantant modo, sed etiam in his faciunt persecutiones in animas singulorum. De his dictum est persecutoribus: Omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur. Omnes dixit, nullum excepit. Quis enim exceptus potest esse, cum ipse Dominus persecutionum tentamina tolerasset? Persequitur avaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia, persequitur fornicatio. Unde & Apostolus ait: Fugite fornicationem. Nam quæ causæ fugeres, nisi illa te persequeretur? Est enim malus spiritus fornicationis, est malus spiritus avaritiæ, malus spiritus superbiæ.

Lectio vj.

Isti sunt persecutores graves, qui sine gladii terrore mentem hominis frequenter elidunt, qui illecebris magis quam terroribus animos expugnant fidelium. Hi tibi hostes cavendi, hi graviiores tyrananni, per quos Adam captus est. Multi in persecutione pû-

blica coronati, occultâ hâc persecutione ceciderunt. Fortis, inquit, pugnae, intus timores. Advertis quàm grave certamen sit, quod est intrâ hominem; ut secum ipse confliget, cum suis cupiditatibus praeliatur. Ipse Apóstolus fluctuat, hæret, astringitur, captivari se asserit in lege peccati, & mortis corpore debellari, nec potuisse evadere, nisi esset Dñi Jesu gratiâ liberatus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo tempore; Dicebat Jesus discipulis suis: Injicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præfides propter nomen meum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 35. in Evang. n. 3.

Ponite in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimescere: vos ad certamen acceditis, sed ego prælior: vos verba editis, sed ego sum qui loquor.

Lectio viij.

Sed quia dura sunt quæ prædicantur de afflictione mortis, proutinus consolatio sub-

ditur de gaudio resurrectionis. cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit. Scimus, fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. At ergo Martyribus suis: Capillus de capite vestro non peribit; videlicet aperte dicens: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest quod incisum non dolet? Sequitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idcirco possessio animæ in virtute patientiæ ponitur; quia radix omnium custosque virtutum patientia est.

[Si Festum transferatur, Lectio ix.

Per patientiam possidemus animas nostras; quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia verò est alièna mala æquanimitèr perpeti; contra, eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore mordèri. Scriptum quippe est: Caritas patiente est, benigna est. Patientis namque est, ut alièna mala toleret; benigna verò est, ut ipsos etiã quos portat amet. Hinc namque per semetipsam Veritas dicit: Diligite inimicos vestros; benefacite his qui odèrunt vos: orate pro persequèntibus & calumniàntibus vos. Virtus itaque est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere; quia hoc solum Deus sacrificium accipit, quod ante ejus oculos in altari boni operis flamma caritatis incendit.]

434 21. JANUAR. Sanctæ Agnetis, Virg. & Mart.

De S. Fabiano. *Leſtio is.*

Fabiánus, poſt mortem An-
terótis, qui Románam ſe-
dem menſis unius ſpátio tén-
nuit, ad Pontificátum, præter
ómnium expectatióem, divi-
nitus vocátus eſt. Nam, ut re-
fert Euſébius, cum de electi-
one Románi Pontificis agerét-
ur, ac nemo de Fabiáno cogi-
táret, columba è ſublímí de-
lapſa, repentè cápiti ejus in-
ſediſſe fertur. Quo ſpectáculo
permóti omnes, ſimul exclam-
máre coepérunt Fabiánum di-
gnum eſſe; ſtatimque ponti-
ficáli cáthedræ impoſuerunt.
Per líteras ácritè reprehen-
dit Privátum hæreticum, in
Conclíio nonaginta Epiſco-
porum Africanórum, ob mul-
ta & grávia delicta condem-
nátum. Ad ipſum Origenes
epiſtolam de ſua fide conſcrip-
ſit. Paſſus eſt autem in perfe-
cti-
one Décii. De cujus ag-
ne ſanctus Cypriánus per epi-
ſtolam Cleri Románi certior
factus, ſic reſcripſit: Plúri-
mum grátulor quód ejus me-
móriam tam célebrí & illuſtri
teſtimónio proſequámini; ut
& per vos innotéſceret nobis,
quod & vobis eſſet circa Præ-
póſiti memóriam glorióſum,
& nobis quoque fidei ac vir-
tútis præbéret exemplum. Fa-
biáno ſuſſectus eſt Cornélius.

Oratio.

Vide, Dómine, infirmitá-
tes noſtras; & interce-
dente beáto Sebaſtiáno máx-
ime tuo, céleri nobis pietáte
ſuccurre; Per Dóminum.

*Fu Commem. ſancti Fabiani,
Ant. Juſtum. ¶ Poſuiſti, Dó-*

mine. xij. *Oratio*, Omnípo-
tens. x.

*Ultimò, de Virgine Deipa-
ra 414.*

*AD VESP. ſu Commemo-
ratio ſanctæ Agnetis, Ant. In-
firma. ¶ Deus. ut in Commu-
ni, xlj. Oratio, Omnípotens.
infra, 435.*

*Poſted de Virgine Deipa-
rd. 414.*

D I E X X I.

In Feſto

SANCTÆ AGNETIS,
Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Ex libro ſancti Ambróſii Epiſ-
copi, de Virgíribus.

*Ad Marcellinam ſocorem,
Lib. i.*

C. 2. *Leſtio ij.*

Hodie natalis eſt ſanctæ
Agnès. Hæc trédecim
annórum martyriũ feciſſe trá-
ditur. Quò deteſtabilius cru-
délitas, quæ nec minúſculæ
pepercit ætati: immò magna
vis fidel, quæ étiam ab illa
teſtimónium invénit ætate.
Fuit - ne in illo corpúſculo
vulneri locus? Et quæ non
hábit quò ferrum recíperet,
hábit quò ferrum vínceret.
Hæc inter cruentas carniſicum
impávida manus, hæc ſtridén-
tium grávis immobilis trá-
ctibus catenárum, nunc furen-
tis mucroni militis totum of-
ferre corpus, mori adhuc né-
cia, ſed paráta; vel ſi ad aras
invíta raperétur, téndere Chri-
ſto inter ignes manus, atque
in ipſis ſacrilegis focis tro-
phæum Dómini ſignáre victó-
ris; nunc ferrátis colla manus-
que ambas inſérere néxibus.

Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere? Novum martyrii genus. Nondum idonea poenae, & jam matura victoriz: certare difficilis, faciliſ coronari: magiſterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehēbat ſtatis.

Leſtio iij.

Non ſic ad thalamum nupta properaret, ut ad ſupplicii locum, læta ſucceſſu, gradu feſtina virgo proceſſit. Flere omnes, ipſa ſine ſctu. Mirari plerique quod tam facile vitiſ ſuæ prodiga quam nondum hauerat, jam quaſi perfunctâ donaret. Stupere univerſi quod jam divinitatis teſtis exiſteret, quæ adhuc arbitra ſui per ſetatem: eſſe non poſſet. Quanto terrore egit carnifex ut timeretur, quantis blanditiis ut ſuaderetur, quantorum vota ut ſibi ad nuptias proveniret? At illa: Et hæc ſponſi injuria eſt expectare placitum. Qui me ſibi prior elegit, accipiet. Quid, percuffor, moraris? Reſeat corpus quod amari poteſt oculis quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inſlexit. Cerneres trepidare carnificem, quaſi ipſe addictus fuiſſet; tremere percufforis dexteram; pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret ſuo. Habetis ſgitur in una hoſtia duplex martyrium, pudoris & religionis. Et virgo permaſit, & martyrium obtinuit.

Oratio.

Omnipotens ſempiternus Deus, qui infirma mundi eligis ut fortia quæque

confundas: concede propitius, ut qui beate Agnetis, virginis & martyris tuæ, ſolemnia colimus, ejus in fide conſtantiam ſubſequamur; Per Dominum.

Fit Commem. de Virgine Deipara, ut ſuprà. 414.

VESPERÆ de S. Vincenſio, ut in Communi unius Martyris, vj. Oratio, Da nobis. in ſed. 438.

Fit Commem. ſanctæ Agnetis, Ant. Caſta. V. Confefſio. xlvj. Oratio, Omnipotens ſempiternus Deus. ſuprà.

Ultimò, de Virgine Deipara. 414.

D I E X X I I.

In Feſto

SANCTI VINCENTII,
Diaconi & Martyris.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius Martyris, additis quæ ſequuntur.

In I. NOCT. Leſiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Leſtio iv.

Vincenſius Diaconus in perſecutione Diocletiani apud Valentiam Hiſpaniæ civitatem ad Dacianum præſidem ductus, quod palam Chriſtum prædicaret, vincus retortis brachiis, extenſus eſt, donec oſſa membratim, divellerentur. Deinde ferreis unguibus ſemel atque iterum excarnificatus. At ille tormenta contempſit; nec adduci potuit, ut libros ſacros traderet igni comburendos. Quapropter in craticula ſubje-

436 12. JANUAR. S. *Vincentii, Martyris.*

Etis prunis ardentibus impósi-
tus, & candentibus láminis
exustus est, arvine guttis & sale
persúsus. Post hæc tráditur in
cárce-rem stratum testáceis frag-
menti, ut ejus nudum corpus
testárum aculeis cruciarétur,
divaricátis étiam in nervo
crúribus. Verùm illustráto
eocírúis cárce-re, ab Angelo ad
martyrium accenditur: illum-
que cárce-ri- cus- tos ruptis ca-
ténis ambulante conspicie-ns,
spectáculo stupefactus, Chri-
stum confessus est.

Lectio v.

EDuctus inde, collocátur in
molli cúlctra, ut recreá-
tus aliquantulum, acríus dé-
nuó torquerétur; sed exha-
ustus víribus, ánimam exhalá-
vit. Corpus ejus cum proje-
ctum esset inhuinátum; cor-
pus & à volúcribus & à lupis,
ánguibus, rostro, aliis mirá-
biliter defendit. Quá re cógnitá,
Daciánus insútum cúlco, sa-
roque illigátum, in mare de-
mergi jubet; sed inde étiam di-
vínus eie-ctum ad litus Chri-
stíani sepé-unt. Post multos
ánnos Childebertus & Clo-
tharius in obsidíone Cæsaraugu-
stána suspicáti obsessos, quos
videbát circumstre mœnia
cívitatís, áliquid malefícii áge-
re; ubi acceperunt Vincéntii
tunicam ad placandum Deum
in his re-um angústíis circum-
ferri, pietáte comóti, pa-
cem cum his inierunt. Childe-
bertus autem Parisios reversus,
basílicam construxit in honó-
rem Mártiris. Ea est in qua
sancti Germáni Parisiensis cor-
pus quiescit.

Sermo sancti Augustini
Episcopi.

*Serm. 176. in natali S. Vincen-
tii, 3. C. 4.*

Lectio vj.

QUæ hódie régio, quæve
provincia ulla, quous-
que vel Románum impérium,
vel Christiánum nomen ex-
ténditur, nasclem non gaudet
celebráre Vincéntii Dáconi?
Quis autem hódie vel nomen
Daciáni audisset, nisi Vincén-
tii passíonem legisset? Quid
veró tantá curá servávis Dó-
minus Mártiris corpus; quid
áliud demonstrávit, nisi se ge-
bernasse viventem; quem non
reliquit exánimem? Vici ergo
Daciánum videns Vincéncius:
vicit & mórtuus. Vivens tor-
menta calcávit; mórtuus ená-
ria transnávavit. Sed ipse inter
úndas gubernávit cadáver ex-
rictum, qui inter ángulas áni-
mam donávit invictam. Non
flexit flamma torróris cor ejus,
non mesit aqua tnarto corpus
ejus. Sed in his & hájúsmodi
ómnibus nihil est aliud; nisi
precíosa in conspectu Dómini
mors Sanctórum ejus, cui est
honor & impérium in sécula
seculórum. Amen.

Tu autem.

IN III. NOCTURNO.

*Lectio sancti Evángelii secun-
dum Martham.*

Lectio vij. Cap. 10.

In illo tempore; Dixit Jesús
discípulis suis: Nolite timé-
re eos qui occidunt corpus;
ánimam autem non possunt
occidere. Et reliqua.

Homília

Homilia ſancti Auguſtini
Epiſcopi.

Serm. 177. in nat. S. *Vin-*
cenſii, 4.

Oculis fidei certantem ſpectavimus Mátyrem, & amavimus totum inviſibilitate pulcrum. Qualis enim decóris habebat ſpírítum, cujus fuit & cadáver invictum? Dóminum confeſus eſt vivus; inimicum ſuperávit & mórtuus. Quid putámus, fratres, quod iſtum honórem providéntia omnipotentis Creatóris, cum étiam defuncto córpori détulit, Mátyri áliquid præſtitit? Quid enim, ſi non ſepelirétur, ignorábat, ille unde ſuſcitarétur? Illi, & in victória coróna, & in reſurreccióne ſerváta eſt vita æterna. Sed de córporis ejus, Eccléſiæ præſtitá eſt conſolationis memoria. Sic plerumquæ Deus de ſervis ſuis præſtat ſervis ſuis quádám dignatióne, donans quod magis proſit ei cui datur, quàm ei de quo datur. Sic Etiam Deus per avem paſcebat; mitteritur tamen paſcendus ad viduam, ut fidéllis vídua benedictiónem mereretúr.

Leſtio viij.

Præſtitit Deus ſanctórum Mátyrum córpora Eccléſiis ſuis ad memórias oratiónum, non ad glórias Mátyrú. Illi enim habent íntegram glóriam ſuam apud Creatórem ſuum: nec ipſi córpori áliquid timent, quóniam non eſt quod timeant. Magis ſi parcant córpori, nocent & córpori. Si autem per fidem non parcant cór-

Mimas, Pars Hyemalis,

pori, præſtant & córpori. Ecce hoc attendite, & fidem veſtram interrogat. Sanctus Vincenſius ſi formidine tormentórum negáret Chriſtú, viderétur córpori peperciſſe: quádám autem condiçãoe mortáli, córporis ſolverétur. Quid ágeret in reſurreccióne, cum in æternum ignem præcipitarétur? Negans Chriſtum, negátur à Chriſto: Qui negáverit me, inquit, coram hominibus, negábo eum coram Patre meo qui eſt in cælis.

Leſtio ix.

Ecce negáret, quieſcerent illi tortóres; & vulneráto ánimo, ſanum eſſet corpus: imó; occiſo ánimo, viveret corpus. Quid prodeſſet in æternum mórtuo brevis córporis vita? Veniret dies quam commémorat Dóminus, quando omnes qui in monumentis ſunt, áudient vocem ejus, & procedent, ſed cum magna differéntia. Omnes procedent, ſed non omnes ad eandem rem procedent. Omnes ſurrechúri, ſed non omnes immutandi. Qui enim bene fecerunt, inquit, in reſurrecciónem vitæ; qui autem malè, in reſurrecciónem judicii. Et ibunt juſti in vitam æternam, ímpii verò in ignem æternum. Ibi cum córporis torquebuntur, qui córpori pepercerunt. Timendo enim tormenta córporis, córpori pepercerunt; & parcendo córpori, Chriſtum negáverunt; & negando Chriſtum, pœnas æternas étiam córpori diſtulérunt. Si diſtulérunt, nunquid abſtulérunt?

V.

Ergo prudenter Mártires Christi non sua corpora contempserunt. Perverſa eſt iſta & invidioſa philoſophia eórum qui non credunt córporum reſurrectionem. Videntur enim ſibi quaſi magni córporis contemptóres; quia ipſa córpora quaſi pro catcéribus ſe habére arbitrantur, quò detrúſas putant ánimas, quòd álibi antè peccavérunt.

Oratio.

DA nobis, quaſumus, Omnipotens Deus, adverſa mundi inviſtá mentis conſtantiá toleráre, qui beátum Levítam Vincéntium nec minis terréri, nec pœnis paſſus es ſuperári; Per Dóminum noſtrum.

Commem. de Virgine Dei-para. 414.

D I E X X V.

In Feſto Converſionis

S AN C T I PA U L I ,
Apoſtoli.*Duplex-majus.*

I N I . V E S P E R I S .

Pſalmi de Feria; & ſic in toto Officio.

Ant. **E**Go Iſraelíta ſum, ex s. D. Eſemine Abraham, de tribu Bénéjamin. *Rom. 11.*

Ans. 6. F. Si quis álius videtur confidere in carne, ego magis, circumcéſſus octávo die, Hebræus ex Hebræis. *Phil. 3.*

Ant. 1. a. Sum natus in Tarſo Cilliciz, nutritus autem in civitate Jerúſalem ſecus pedes Gamáliel. *Act. 22.*

Ant. 3. c. Eram ſecundum legem Phariſæus, ſecundum

juſtitiã quæ in lege eſt, eductus ſine queréla. *Philip. 3.*

Ans. 7. d. Supra modum perſequébar Eccléſiam Dei, & expugnábam illam, abundantius zmulátor exiſtens paternarum mearum traditióni. *Galat. 1.*

Capitulum. Genes. 49.

Bénéjamin, lupus rapax, & vespere dividet ſpóla.

R. Ut quid, Dómine, vineam tuam exterminávit aper de ſylva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam? * Deus virtutum, convertere; réſpice de cœlo, & vide, & † Viſita vineam iſtam. †. Quanta mala fecit ſanctis tuis in Jerúſalem! & hic habet poteſtatem alligandi omnes qui invocant nomen tuum. * Deus. Glória Patri. † Viſita. *Pſ. 79. Act. 9.*

Hymnus.

PATRÓTE percuffo, minas Spirábat & cædes lupus; Sparſumque vaſtábat gregem; Te, Chríſte, Saulus néſciens.

Et jam caténas ſtringere Ferox parábat, jam cruceſ; Sed ó! repente rétrinit, Verboque percuffus ruit.

Quid, Saule, Saule, quid ſtruis?

Agnosce victricem manum: Cœlo reluctári nefas; Abſiſte Jeſum perſequi.

Jam tendit imbelles manus; Jam colla ſubmittit jugo: Stupens jacet, clamat tremens:

Quid, Chríſte, quid victor jubes?

Ex hoſte miles, ex lupo

Agnus, gregi se devovet ;
Et raptor ipse nobili
Raptus triumpho ducitur.

O celsa cedrorum, Deus,
Qui voce vertis cùlmina !
O qui potenti subjicis
Mentes superbas gràtiae !

Tu, Pastor, infensas tuo
Vires ovili còntere ;
Et nostra, si quid devium,
Ad te reflecte pectora.

Unifit & trino Deo
Suprema laus, summum
decus,

De nocte qui nos ad sua
Lumen vocavit glòriae.

Amen.

¶ Usquequò, Deus, im-
properabit inimicus ? R. Irrit-
tat adversarius nomen tuum
in finem ? *Pf. 73.*

Ad Magnificat. Ans. 1. D.
Egressum tuum, & introitum
tuum cognovi, cùm fureres
adversum me : ponam ergo
frænum in labiis tuis, & re-
ducam te in viam per quam
venisti. *Is. 37.*

*Oratio, ut infra ad Lau-
des.*

Comm. de Virgine Deipara.

414.

AD OFFICIUM NOCT.

Invia. Christum qui vocavit
Paulum per gràtiam suam,
* Venite, adorémus. *Gal. 1.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Q uos in hostes, Saule,
tendis ?

Quo furóre percitus ?

Immolare quid tot ardes

Innocentes victimas ?

Insequendo quem laceffis,

Senties mox vindicem.

Christus instat; impotentem

Cæcat, urget, dejicit :

Ille cedit imperanti,

Seque totum subjicit :

Insector antè Christi,

Præco Christum personat.

Antè plenus qui minarum

Præparabat vincula,

Nunc tremens, nec jam re-
bellis,

Per manus deducitur :

Qui lupus rapax furebat,

Nunc in agnum vertitur.

Dura, Christe, quam po-
tenti

Corda verfas dexterâ !

Qui tuum delere nomen

Vult tuorum sanguine,

Universum mox per orbem

Ipse clarabit suo.

Sit suprèma laus Parenti,

Qui creavit omnia :

Filioque qui redemit

Morte nos volens suâ :

Par & illi ; cujus almo

Confovemur hâlitu.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Lapidabant Sté-
phanum : & testes deposue-
runt vestimenta sua secus pe-
des adolescentis, qui vocabá-
tur Saulus. *Act. 7 & 8.*

Ant. 1. a. Saulus erat con-
sentiens neci ejus : facta est au-
tem in illa die persecúcio ma-
gna in Ecclesiâ quæ erat Je-
rosólymis. *Act. 7 & 8.*

Ant. 3. a. Omnes dispersi
sunt præter Apóstolos : Saulus
autem devastabat Ecclesiâ.
Act. 8.

¶ Quanta malignatus est ini-
micus in sancto ! R. Et gloriâ-
ti sunt qui odérunt te ! *Pf. 73.*

*Lectioes de Scriptura occur-
rente.*

440 25. JANUAR. *Convers. S. Pauli, Apost.*

Post j. Lect. R. Existimaveram me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere; * Quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi; & cum occiderentur, detuli sententiam. * Dixit inimicus: Persequar, & comprehendam; dividam spolia, implebitur anima mea: * Quod.

Al. 26. Exod. 15. hujus viæ viros ac mulieres; victos perduceret in Jerusalem. *Al. 9.*

Al. 26. Exod. 15. * Miserator & misericors Dominus: R. Longanimis & multum misericors. *Pf. 102.*

Al. 26. Exod. 15. De Actibus Apostolorum. *Lectio iv. Cap. 9.*

Post ij. Lect. R. Eram concludens in carcerem, & cadens eos qui credebant in te: & * Cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, & consensiebam, & custodiebam vestimenta interficiendum illum. * Castigasti me, & eruditus sum, quasi juveniculus indomitus. * Cum.

Al. 22. Jerem. 31. Aulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, & petiit; ab eo epistolas in Damascum ad synagogas; ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, victos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de celo. Et cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es, Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere civitatem; & ibi dicetur tibi quid te oportet facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trabentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns; & non manducavit, neque bibit.

Al. 22. Jerem. 31. *Post iij. Lect. R.* Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam * Persecutus sum Ecclesiam Dei; † Gratiâ autem Dei sum id quod sum. * Hæc mutatio dextere Excelsi: quis Deus magnus sicut Deus noster? * Persecutus sum, Glória. † Gratiâ. †. *Cor. 15. Pf. 76.*

IN II. NOCTURNO,
Ant. 5. a. Saulus per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradébat in custodiam. *Al. 8.*

Ant. 7. c. Spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum. *Al. 9.*

Ant. 2. D. Petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas; ut si quos invenisset

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

lux copiosa; & decedens in

terram, audivi vocem dicentem mihi: * Saule, Saule, quid me persequeris? ¶. Audivi vocem sermonum ejus, & audiens jacebam consternatus super faciem terræ: * Saule, Saule. *Act. 22. Dan. 10.*

Leitio v.

ERat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias; & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine, Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virum, Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat.) Respondit autem Ananias: Domine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jérusalem; & hic habet potestatem à principibus Sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël: ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introvit in domum; & imponens ei manus, dixit: Saule, frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via quâ veniebas, ut videas, & implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit; & surgens baptizatus est. Et cum acce-

pisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo in Synagoga predicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.

¶. Ego respondi ei qui loquebatur mecum: Quis es, Domine? Dixitque ad me: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et dixi: * Quid faciam, Domine? ¶. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? de celo auditum fecisti judicium: * Quid faciam, Domine? *Act. 22. Ps. 75.*

Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 279. de Paulo Apostolo.

Leitio vj.

IN præclara prophetia, cum Jacob sanctus Patriarcha benediceret filios suos, præfentes tangens, futura prospiciens, prædictum erat quod in Paulo contigit. Erat enim Paulus, sicut ipse testatur, de tribu Benjamin. Cum autem Jacob benedicens filios suos venisset ad Benjamin benedicendum, ait de illo: Benjamin, lupus rapax, manè rapiet, & ad vespèrum dividet escas. Hoc in Apostolo Paulo completum est, quia & de illo prædictum erat. Jam, si placet, inspiciamus illum manè ripientem, & ad vespèrum escas dividentem. Manè & vespèrum posita sunt pro eo ac si diceretur, Prius & postea. Sic ergo accipiamus, Prius rapiet, postea dividet escas. Attendite raptorem: Sau-

lus, sicut Actus Apostolorum testantur, ibat spirans & anhelans cædes. Hic est ille marce rapiens. Nam & quando lapidatus est Stéphanus primus martyr pro nómine Christi, evidentiùs áderat & Saulus. Audivimus, Manè rapiet: videámus, Ad vésperum dividet escas. Voce Christi de cælo prostrátus audit: Saule, Saule, quid me persequeris? Membris adhuc in terra pòsitis, caput in cælo clamábat; & non dicébat: Quid persequeris servos meos? sed, Quid me persequeris? Et ille: Quid me vis fácere? Jam parat se ad obediendúm; qui priùs sæviébat ad persequendum. Jam informatúr ex persecutore prædicátor, ex lupo ovis, ex hoste miles. Ut interiori luce fulgérat cor ejus, extérior ad tempus erepta est; & eo tamen tempore quo cætera non v'débat, Jesum vidébat. Ita & in ipsa ejus cæcitate mystérium informabátur credéntium; quóniam qui credit in Christum, ipsum intuéri debet, cætera nec nata computáre; ut creatúra vilescat, & créator in corde dulcescat.

R. Exurge, & sta super pedes tuos; * Ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum & testem eórum quæ vidisti, & eórum quibus apparébo tibi. * Intelligé verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo, & noli metuere: * Ad hoc. Glória Patri. * Ad hoc. *Ab. 26. Dan. 10.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Dóminus dixit ad me: Surgens vade Damascum, & ibi dicetur tibi de omnibus quæ te oporteat fácere. Ab. 22.

Ant. 6. F. Cum non vidérem præ claritate lúminis illius, ad manum deductus à comitibus, veni Damascum. Ab. 22.

Ant. 2. D. Qui mecum erant, lumen quidem vidérunt, vocem autem non audierunt ejus qui loquebátur mecum. Ab. 22.

* Tu illúmina lucernam meam, Dómine: R. Deus meus, illúmina ténébras meas. *Is. 17.*

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 15.

IN illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Non vos me elegistis; sed ego elégi vos, & pòsui vos ut eátis, & fructum afferátis, & fructus vester máneat. Et reliqua.

Homília sancti Augustini Episcopi.

In Joann. Traç. 86. Ed. Bened.

Hæc electio grátie est, de qua dicit Apóstolus: Sic ergo & in hoc tempore reliquit per electionem grátie salvæ factæ sunt. Unde subjungit: Si autem grátia, jam non ex opéribus; alióquin grátia jam non est grátia. Audi, ingrâte, ingrâte, audi: Non vos me elegistis, sed ego elégi vos. Non est ut dicas, Ideo electus sum, quia jam credébam: si enim

credēdas in eum, jam elegeras eum. Sed audi: Non vos me elegistis. Quid ergo dicitur sumus audiendo, Non vos me elegistis, nisi quia mali erāmus, & electi sumus, ut boni per grātiā nos eligentis essemus? Non est enim grātia, si praecefferant mērita? est autem grātia: hęc igitur non invenit, sed effecit mērita.

R. Anania, surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus, & quare in domo Judæ Saulum nomine, Tarsensem; * Quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram Gentibus: ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. *ψ.* Abiit vagus in via cordis sui; vias ejus vidi, & sanavi eum, & reduxi eum; * Quoniam. *AB. 9. Is. 17.*

Leſtio viij.

Serm. 168. Edit. Ben. C. 3. 4 & 7.

Iterum dicit Apóstolus: Misericordiam consecutus sum. O confessio? Non ait, Misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram; sed, Ut fidelis essem, misericordiam consecutus sum. Veniamus ad ejus primordia. Date mihi mērita ejus. Si mērita quæris, damnationis sunt, non liberationis. Ibat scire in membra Christi; ibat sanguinem fundere; ibat lupus, pastor futurus. Sic ibat. Non enim poterat aliter ire ad illa propter quæ ibat. Et cum sic ambulat, cogitat, anhēlat etzdes: cum ducit pedes ejus ira, movet membra odium;

dum pergit & ambulat, obtemperat mancipium crudelitatis: & ecce vox de cælo: Saule, Saule, quid me persequeris? Ecce quare dixit, Misericordiam consecutus sum. Non sum, inquit, dignus vocari Apóstolus, quia persecutus sum Ecclēsiā Dei; sed grātiā Dei sum id quod sum.

R. Abiit Ananias in domum, & imponens Saulo manus, dixit: Domine misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, ut videas, & implearis Spiritu sancto. Et * Confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ; & visum recepit. *ψ.* Obturatus est oculus hominis, qui visionem Omnipotentis intratus est; cecidit, & sic aperuntur oculi ejus. * Confestim. *AB. 9. Num.*

24.

Leſtio ix.

ET grātia ejus, inquit, vacua in me non fuit. Ecce evangelizat fidem, quam aliquando vastabat; nec grātia ipsa vacat in illo, qui ait: In me vacua non fuit, sed plura omnibus illis laboravi. Observa; erigere te cepisti: Plus omnibus illis laboravi. Dic unde. Quid enim habes quod non accepisti? Statim respexit; & cum dixisset, Plus omnibus illis laboravi, quasi expavit ad verba sua, & mox subjecit se humilem Paulum: Non autem ego, sed grātia Dei mecum. Nemo se extollat: Nemo sibi arroget, quasi sibi aliquid dederit. Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

R. Veniens ad me Ananias & éxiens in Jérusalem; & fiducia liter agens in nómine Dómini: loquebatur quoque & audires vocem ex ore ejus; quia eris testis illius ad omnes hómines. * Et nunc quid moráris? exurge, baptizáre, & áblue peccáta tua. *Ps.* Insúliet in te Spíritus Dómini, & prophetábis, & mutáberis in virum álium. * Et nunc. Glória Patri. * Et nunc. *Act.* 22. 2. *Reg.* 10.

Te Deum.

Ps. Sacerd. Glorificábo nomen tuum in æternum; *R.* Quia misericórdia tua magna est super me. *Pf.* 85.

A D L A U D E S.

Ant. **B**aptizátus est Saulus: 1. *f.* fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies áliquot; & contínuo in synagógis prædicábat Jesum. *Act.* 9.

Ant. 2. D. Stupébant omnes qui audiébant, & dicébant: Nonne hic est qui expugnábat in Jérusalem eos qui invocábant nomen istuú? *Act.* 9.

Ant. 5. a. Damasci consiliúm fecerunt Judæi, & custodiébant portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentés in sporta. *Act.* 9.

Ant. 7. a. Cúm venisset in Jérusalem, Bárnabas duxit illum ad Apóstolos; & narrávit illis quómódò in via vidisset Dóminum. *Act.* 9.

Ant. 3. a. Erat cum illis in-

trans & éxiens in Jérusalem; & fiducia liter agens in nómine Dómini: loquebatur quoque Géntibus, & disputábat cum Græcis. *Act.* 9.

Capitulum. *Act.* 26.

Non fui incrédulus celesti visióni; sed his qui sunt Damasci primúm, & Jerosólymis, & in omnem regiónem Judææ, & Géntibus annuntiábam ut poeniténtiam ágerent, & converterentur ad Deum, digna poeniténtiæ ópera facientes.

Hymnus.

Quæ gloriósum tanta celis évocat
Te, Christe, causá? tu-ne
rursum visere
Mundum redemptor? tu-ne
Judex séculi?
Novum-ne prodis ultor hostem
pérdere?
Heu quàm cruentus persecútor!
quàm ferox
Insurgit! horret, ac fugit
grex quæ premit;
Humána tanto nulla par
hosti manus:
Te, Christe, sparíæ vindicem
poscunt oves.
Hunc ergo voce victor uná
súbjicis;
Totum sed unó súbdis in
Saulo tibi,
Vincisque mundum; sternis
ut mox érigas,
Agnisque prædam dívidat
lupus tuis.
Sit Trinitáti sempiterna glória,
Honor, potestas, atque jubilatío,
In unitáte, quæ gubernans
ómnia

Per cuncta regnat seculorum
secula. Amen.

¶ *Misericordias Domini in
aeternum cantabo* : *R.* In ge-
nerationem & generationem
annuntiabo veritatem tuam.
Pf. 88.

Ad Benedictus. Ant. 8. G.
Eram ignotus facie Ecclesis
Judææ ; tantum autem audi-
tum habebant : Quoniam qui
persequeretur nos aliquando,
nunc evangelizat fidem quam
expugnabat ; & in me clarifi-
cabant Deum. *Galat. 1.*

Oratio.

DEUS omnipotens & cle-
mens, qui virtutem &
misericordiam tuam magnam
in peccatorum conversio-
ne manifestas : quæsumus, ut illa
nos ad te gratia convertat,
quæ beatum Apostolum Pau-
lum de persecutore vas electio-
nis effecit ; Per Dominum
nostrum.

Commem. de Virg. Deipara.
414.

A D P R I M A M.

Ant. 1. f. Baptizatus est.

A D T E R T I A M.

*Ant. 2. D. Stupébant om-
nes.*

Capitulum. Galat. 1.

CUM placuit ei qui me se-
gregavit ex utero matris
meæ, & vocavit per gratiam
suam, ut revelaret Filium suum
in me, ut evangelizatem il-
lum in Gèntibus ; continuo
non acquievi carni & sân-
guini.

*R. br. Deus, docuisti me ;
* Pronuntiabo mirabilia tua.
Deus. ¶. Domine, * memorá-
bor iustitiæ tuæ solus ; * Pro-*

nuntiabo. Glória Patri. Deus.
Pf. 70.

¶ *Docere me facere voluntá-
tem tuam, R. Quia Deus meus
es tu. Pf. 142.*

A D S E X T A M.

Ant. 5. a. Damasci.

Capitulum. 2. Cor. 11.

SI gloriári oportet, quæ in-
firmitatis meæ sunt, glo-
riabor : Deus & Pater Domini
nostri Jesu Christi scit quod
non mentior. Damasci præ-
positus gentis Arétæ regis cu-
stodiébat civitatem Damasce-
norum, ut me comprehé-
deret : & per fenestram in
sporta dimissus sum per mu-
rum, & sic effugi manus
ejus.

*R. br. Liberátor meus * De
inimicis meis iracundis. Libe-
rátor. ¶. A viro iniquo * eri-
pies me, * De inimicis. Glória
Patri. Liberátor.*

¶ *Quis Deus præter Dó-
minum ? R. Quis Deus præ-
ter Deum nostrum ? Pf. 17.*

A D N O N A M.

Ant. 3. a. Erat cum illis.

Capitulum. Act. 22.

FACTUM est reverenti mihi
in Jérusalem, & oranti in
templo, fieri me in stupore
mentis, & vidére Jesum dicen-
tem mihi : Festina, & exi ve-
lóciter ex Jérusalem ; quoniam
non recipient testimónium
tuum de me : vade, quoniam
ego in nationes longè mittam
te.

*R. br. Eripies me * De con-
tradictionibus pópuli. Eripies.
¶. Constitues me * in caput
Gèntium, * De contradictioni-
bus. Glória Patri. Eripies.*

¶ Vivit Dominus, & benedictus Deus meus; R. Et eorum qui credituri sunt illi, exaltetur Deus salutis meae.

Pf. 17.

AD II. VESPERAS.

Ant. **F**idelis sermo, quod I. D. Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primas ego sum. 1. *Tim. 1.*

Ant. 3. s. Gratias ago ei, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio; qui prius blasphemus fui, & persecutor, & consumeliosus. 1. *Tim. 1.*

Ant. 6. C. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 1. *Tim. 1.*

Ant. 9. C. Superabundavit gratia Domini nostri, cum fide & dilectione qua est in Christo Jesu. 1. *Tim. 1.*

Ant. 8. G. Gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum. 1. *Cor. 15.*

Capitulum. Galat. 2.

Vivo, jam non ego; vivit vero in me Christus: quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Hymnus, Pastore percussor, ut in I. Vespertis, 438.

¶ Psallam tibi in nationibus, Domine; R. Quia magna est super caelos misericordia tua. *Pf. 107.*

Ad Magnificat. Ant. 6. F. Ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem

patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi, in vitam aeternam.

Oratio, ut supra ad Laudes.

Fit Commem. Sancta Paula, Vidua. Ant. Exultavit. V. Averte. xlvij. Oratione, Deus, in quem sperat. lj.

Ultimo, de Virgine Deipara. 414.

DIE XXVI.

In Festo

SANCTE PAULAE,
Viduz. *Simplex.*

Lectio iij.

PAULA Romana, ex Scipionum & Gracchorum genere, post mortem Toxotii conjugis, ex quo quatuor filias, Blacillam, Paulinam, Eustochium cognomenis Julianam, & Rufinam, filiumque unum Toxotium suscepit, divitias penè omnes in pauperes erogavit. Episcopatum autem Paulini Antiochia, & Epiphani Salamina, qui tunc Romam venerant, virginitatem accensa, post annos à morte Toxotii conjugis quinque, Eustochio solà comite, patriam reliquit, ut loca sancta invaderet ac veneraretur: & apud Bethisem confedit, ubi tria virginum monasteria, virorumque unum constituit. Illic, Hieronymo disserente, verus & novus Testamentum etiam Eustochio perlegit, magnam adeptam Hebraicæ linguæ peritiam. Elapsis annis viginti, mortem jam imminuentem sentiens, quasi ad suos pergeret, alienosque desideret,

29. JANUAR. S. Francisci Salesii, Episc. 447

has voces, Dēficit ánima mea in átria Dómini, aliosque ejusdem Psalmi versículos ad extrémum usque spíritum assidue repetēbat; digitumque ad os tenens, crucis signum exprimebat in lábiis. Obiit anno Dómini quadringentésimo quarto, & sepulta est apud Bēthleem in médio Ecclesiæ speluncæ Salvatoris.

Oratio, Deus, in quem. l.j.

Commem. de Virgine Dei-
para. 414.

D I E X X I X.

In Festo

S. FRANCISCI SALESII,
Episcopi. *Semiduplex.*

Lectio ij.

Franciscus Salesius est stirpe nobili in Sabaudia, Parisiis Philosophiæ ac Theologiæ incūbuit; ibique in Ecclesia sancti Stéphanii de Gréssibus coram imāgine Vítginis Deparæ supplex votum virginitatis emisit. Tum Patavii Jurisprudentiæ operam dedit, indeque Romam pietatis gratiā se contulit. In patriam reversus, abjectis forensibus studiis quibus sese dederat ut parentibus obsequeretur, presbyteratu initiatus, & Annecéii quò sedes Genevensis translata fuerat, Præpositus majoris Ecclesiæ electus est. Hoc in múnere, Calvinianam hæresim in Caballacis grassantem, Garnéro Episcopo jubente, adortus, post incredibiles labores feliciter expugnavit: His in locis, Thunone maxime, cum sacrum facere non liceret, in arcem

Ablingianam quatuor milliariibus distantem se recipere, ibique amniculum, innixus trabi quæ glaciæ plerumque obriquerat, pedibus & manibus reptans, trajicere cogebatur. Calumniis & inimicorum insidiis appetitus, latuit sæpe in sylvis, in furnis & rudéribus; nec idcirco susceptos pro extirpanda hæresi labores deseruit; compluresque doctrinâ cælebres viros ad veritatis lumen adduxit. Suscepto regimine Parochiæ quàm Thunone erexerat, cum eam regionem ditales depopulareretur, omnia omnibus corporis & animæ subsidia amanter, constanter atque industriè procuravit.

Lectio iij.

In Coadjutorem ascitus à Garnéro Genevensi Episcopo, Annecéii Seminárium Clericorum instituit. Apud Regem Christianissimum perfecit, ne quid à Genevensibus, qui tum Gallis adversus Sabaudos auxilio erant, in religionis negotio innovaretur; utque ejecti Párochi Ecclesiis suis restituerentur. Garnéro mortuo, coegit Synodum; & ecclesiasticæ disciplinæ leges Clero sanxit. Multum etiam Ecclesiæ profuit, tum libris fincerum Dei amorem spirantibus conscriptis; tum sermonibus quos publice ac privatim, etiam extra diocésim, Divionè portissimum, Gratianópoli & Parisiis habuit; tum Congregationis Montalium Visitationis sub régula sancti Augustini institutione. Dum autem, recusato Coadjutoris Parisiensis mû-

nere, ad diocésim Iustrandam revertitur, Lugduni apoplexiâ correptus, in unitis sacramentis, obiit die vigésimâ-octavâ Decembris, anno ætatis quinquagésimo sexto, Christi milésimo sexcentésimo vigésimo secundo. Quem miraculis clarum Alexander séptimus Sanctorum albo inseruit; ejusque colendam memoriâ statuit quarto Calendas Februarii, quo die Annetii sepultus fuerat.

Orazio.

DEus, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Salésium Pontificem omnibus omnia fieri voluisti: concede propitius, ut caritatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus mórnis, ac suffragantibus méritis, æterna gaudia consequamur; Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Commem. de Virgine Deipara. 414.

FESTA FEBRUARII.

D I X I.

In Festo

SANCTI IGNATII,

Episcopi & Martyris,

Semiduplex.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri, de Scriptóribus Ecclesiasticis.

Cap. 16. *Lectio ij.*

Ignatius Antiochénæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commovente persecutióne Trajáno, damnatus ad bestias, Romam victus mittitur. Cúmque nâvigans Smyrnâ venisset, ubi Polycarpus auditor Joannis Episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephésios, alteram ad Magnesiânos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos: & inde egrédiens scripsit ad Philadéphiis & ad Smyrnânos, & propriam ad Polycarpum, commendans illi Antio-

chensem Ecclesiâ, in qua & de Evangelio, quod nuper à me translátum est, super persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego verò & post resurrectionem in carne eum vidi.

Lectio iij.

Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca pónere: De Syria usque ad Romam pugno ad bestias in mari & in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus qui me custodiunt; quibus & cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est; sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis quæ mihi sunt preparatæ, quas & oro mihi veloces esse ad interitum & ad supplicia, & allici ad comedendum me; ne, sicut & aliorum, mor-

I. FEBRUAR. S. Ignatii, Episc. & Mart. 449

tyrum, non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo ut devorer. Ignoscite mihi, filii: quid mihi profit, ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus; nihil de his quæ videntur desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiarum, confractio ossium, membrorum divisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant; tantum Christo fruar.

Cumque jam damnatus esset ad bestias, & rugientes audiret leones, ardore patiendi ait: Frumentum Christi sum; dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Trajani. Reliquiæ corporis ejus Antiochiæ jacent extra portam Daphniticam, in cæmetério.

Oratio, Omnipotens. x.
Fit Commem. de Virgine
Deipara, 414.

VESPERÆ de Sequenti.



I N F E S T O
 PRÆSENTATIONIS
 D O M I N I,
 ET PURIFICATIONIS
 B. MARIE VIRGINIS.

S O L E M N E - M A J U S.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. **E**xulta, filia Sion: ecce Rex tuus veniet tibi justus, & salvator. *Zach. 9.*

Ant. 1. f. Veniet desideratus cunctis gentibus; & implebo domum istam gloria, dicit Dominus. *Agg. 2.*

Ant. 5. C. Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam primæ; & in loco isto dabo pacem. *Agg. 2.*

Ant. 6. F. Qui adhærent Domino, ut colant eum, adducam eos, & lætificabo eos in domo orationis meæ. *Is. 56.*

Ant. 7. a. Aperite portas, & ingrediatur gens justa, custodiens veritatem. *Is. 26.*

Capitulum. Malach. 3.

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim

veniet ad templum suum Dominator quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum.

R. Ex Sion species decoris ejus; Deus manifestè veniet. * Congregate illi sanctos ejus qui ordinant testamentum ejus super sacrificia. *Ps.* Umbram habens lex futurorum bonorum, hostiis quas offerunt, nunquam potest accedentes perfectos facere: * Congregate. Gloria Patri. * Congregate. *Ps. 49. Hebr. 10.*

Hymnus.

Templi sacratas pande,
 Sion, fores;
 Christus sacerdos intrat &
 hostia:
 Cedant inanes veritati,
 Quæ se animas aperit, &
 gurat.

2. FEBRUAR. In Præsentatione Domini. 457

Non immolandi jam pécudum

greges,

Fumábit ater non cruor áu-
pilis;

En ipse placando Parenti

Ipse suis Deus astat aris.

Virgo latentis cónsencia Nú-
minis,

Demissa vultus, quem pé-
perit Deum,

Hunc gestat únis; paupe-
rumque [crea.

Múnera fert téneras volú-
hic omnis aetas, ómnis &
ístitit

Sextus, propinquo Númine
plénior:

Omnes anhelantis tot annos

Nunc fidei prætium repórt-
tant.

Testes tot ínter magnánimo,
Deus,

Tibi lítábat átrá siléntio

Verbi siléntis muta máxat:

Cuncta ánimó pénitens pre-
mébat.

Sit summa Patri, summaque
Fílio,

Sanctoque compar glória
Flámini:

Sancto híemus Trinitáti

Perspéctó píá cordá cultu:
Amén.

¶ Confessio & pulchrúdo
in conspectu ejus: & Sancti-
mónia & magnificéntia in san-
ctificátione ejus. Ps. 93.

Ad Magnific. Ant. J. Ecce

Dominátor quem queritis, &
purgábit filios Levi quasi au-
rum: & erunt Dómino offe-
sentes sacrificia in justitia;
& placébit Dómino sacrifici-
um. Malach. 3.

Oratio, ut infra ad Laudes.

Núlla sit Commemoratio.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi & Capit. de Feria.

Ant. 2. D. In ipso vita erat,

& vita erat lux hóminum, &
lux in ténebris lucet. Joan. 1.

Hymnus, Virgo Dei géni-
trix. ut in Officio parvo, lxviij.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. a. Salutáre tutám
parasti, Dómine, lumen

ad revelatiónem géntium,
& glóriam plebis tuæ Israel.

Luc. 2.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Ecce venit ad tem-
plum suum dominátor Dómi-
nus: * Veníte, adoremus.

Malach. 3.

Pf. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

Fumant Sabæis templa vá-
póribus;

Nos sacra poscunt: jam
præit hóstia:

Sequámur omnes, & vicis-
sim

Puro ánimo memóres líté-
mus.

Lumen ministret splendédior
fides:

Ministret ignes flámmea cá-
ritas;

Fundatque divines odó-
res

Innocuæ bona fama vi-
tæ.

Vitæ nocentis quid tráhimus
moras?

Sit fas beáto cum sepe cóm-
mori;

Ut quem sub aris immolá-
tum

Vidimus, hoc etiam fruí-
mur.

Sit summa Patri, summaque
Fílio,

452 2. FEBRUAR. In Præsentatione Domini.

Sanctoque compar glória
Flámini:

Sanctæ litémus Trinitári
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Psal. Expectans. cum sua
divisione, 108. Ant. 2. D. Ecce
venio, ut faciam, Deus,
voluntatem tuam: Deus meus,
vólui, & legem tuam in médio
cordis mei.

In Psalm. Eructávit. 127.
Ant. 5. a. Speciosus formá prz
filiis hóminum: diffusa est grá-
tia in lábiis tuis; propterea
benedixit te Deus in æter-
num.

In Psal. Deus noster. 128.
Ant. 1. g. Sanctificávit ta-
bernáculum suum Altíssimus.

¶ Deus in dómibus Ston
agnoscétur, &c. Cum suscipiet
eam. Pf. 47.

Benedictiones, ut in Domi-
nicis.

De libro Exodi.

Leitio j. Cap. 13.

Ait Móyses ad populum:
Cum introduxerit te
Dóminus in terram
Chananæ, sicut jurávit tibi
& patribus tuis, & dederit tibi
eam, separábis omne quod
áperit vulvam, Dómino, &
quod primitivum est in pecó-
ribus tuis: quidquid habueris
masculini sexús, consecrábis
Dómino. Primogénitum áfíni
mutábis ove: quód si non re-
démis, interficies. Omne au-
tem primogénitum hóminis de
filiis tuis pretio rédimis. Cum-
que interrogáverit te filius tuus
cras, dicens: Quid est hoc?
respondébis ei: In manu forti

eduxit nos Dóminus de terrá
Ægypti, de domo servitútis.
Nam cum indurátus esset Phá-
rao, & nollet nos dimittere,
occidit Dóminus omne pri-
mogénitum in terra Ægypti,
& primogénito hóminis usque
ad primogénitum jumentó-
rum: idcirco immolo Dómino
omne quod áperit vulvá. mas-
culini sexús, & ómnia primo-
génita filiorú meórum rédimó.

¶ Locútus est Dóminus ad
Móysen, dicens: * Sanctifica
mibi omne primogénitum in
filiis Israel. * Tulérunt Jeshu
in Jerúsalem, ut sifferent eum
Dómino, sicut scriptum est in
lege Dómini: * Sanctifica
mibi. Exod. 13. Luc. 2.

De libro Levitici.

Leitio ij. Cap. 12.

Locútus est Dóminus ad
Móysen, dicens: Lóque-
re filiis Israel, & dices ad
eos: Múlier, si suscepto sémi-
ne, pepérerit másculum; im-
munda erit septem diébus,
juxta dies separatiónis mén-
struæ. Et die octávo circum-
cidétur infánculus: ipsa veró
triginta tribus diébus manébit
in ságuine purificatiónis suæ.
Omne sanctum non tanger,
nec ingrediétur in sanctuáriu,
donec impleantur dies purifi-
catiónis suæ. Sin autem sémi-
nam pepérerit, immunda erit
duóbus hebdomádibus juxta
ritum fluxús ménstrui, & sex-
aginta sex diébus manébit in
ságuine purificatiónis suæ.
Cumque expléti fuerint dies
purificatiónis suæ pro filio,
sive pro filia, déferet agnam
annúculum in holocaustum, &

2. FEBRUAR. In Presentatione Domini. 453

pullum columbæ sive turtorem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii; & tradet sacerdoti qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea; & sic mundabitur profusio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculinum aut feminam. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnū; sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

R. Mulier, cum explēti fuerint dies purificationis suæ, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ sive turtorem pro peccato: quod si non potuerit offerre agnum, sumet * Par turturum, aut duos pullos columbarum. ¶ Postquam implēti sunt dies purificationis Mariæ, dederunt hostiam secundum quod dictū est in lege Domini, * Par. *Levit. 12. Luc. 2.*

De Zacharia Propheta.

Lesio iij. Cap. 2.

LAUDA, & lætare, filia Sion; quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui; & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus Judam partem suam in terra sanctificata, & eliget adhuc Jerusalem. Sileat omnis caro à facie Domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

R. Majestas Domini ingressa

est templum per viam portæ quæ respiciēbat ad orientem; * Et ecce replēta erat gloria Domini domus. ¶ Induxerunt puerum Jesum in templum parentes ejus; * Et ecce. Gloria.

* Et ecce. *Ezech. 43. Luc. 2.*

IN II. NOCTURNO.

In *Psal.* Magnus Dominus. 129. *Ant. 8. G.* Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.

In *Psal.* Quam dilecta. 92. *Ant. 6. F.* Benedictionem dabit legislator; ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

In *Pf.* Benedixisti, Domine. 54. *Ant. 4. E.* Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatae sunt.

¶ Prope timentes Dominum salutare ipsius; R. Ut inhabitet gloria in terra nostra. *Pf. 84.*

Sermo sancti Gregorii Nysseni, De Occursu Domini.

Lesio iv.

QUANDO circa primitivū presentis festi tempus, is qui in forma divina existens, formam servi assumpsit, Dei & hominum mediator factus, legale præceptum exequens, quadraginta dies natus infans, sempiternū illud Verbum, unā cum Genitrice convenientem, atque præscriptam hostiam portante, ad templum pergebat; incorpororum spirituum ordines, serviliter cervicem flexentes, invisibiliter Deo convenientem pompam parabant, & ineffabilis sapientiae pelagus venerabantur; atque ejus quæ

454 2. FEBRUAR. In Presentatione Domini.

obvia est, legalis litterarum constitutionis expletionem, pro mysterii in Deo omnium creaturarum absconditi manifestatione, expectabant. Cujus nos mysterii memoriam hodie celebrantes, spiritualibus speculationibus, incorporearum mentium more, nosmet oblectemus.

R. Hostiarum non possunt perfectum facere servientem, solummodo in justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis: nunc autem * Ad destitutionem peccati per hostiam suam Christus apparuit. ¶. Quod mihi multitudinem victimarum, dicit Dominus? plenus sum; ne offeratis ultra sacrificia frustra: * Ad destitutionem. *Hebr. 9. Is. 1.*

Lectio v.

Jam quidem carnem indutus Deus primogenitam diaboli sobolem, id est peccatum, enecarat pariter ac aboleverat; atque simul ac carne natus est, malitiam damnationem decernens, ejusque in se omnimodam abolitionem faciens, adversarias virtutes lamentis opplere, tanquam vasa quaedam ab iis auferens, Magos ab Oriente profectos; sui que eos dominil adoracione ac agnitione, vasa apta Domino reddens, in subsidium edificacionis Ecclesie, a Deo revera confecti tabernaculi illius, quod Dominus fixit, & non homo.

R. Sacrificium & oblationem nolui, aures autem perfecisti mihi: * Holocaustum & pro peccato non postulasti; tunc dixi, Ecce venio. ¶. Im-

possibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata; ideo Christus ingrediens mundum dicit: * Holocaustum. *Pf. 39. Hebr. 10.*

Lectio vj.

Deo & Patri, nedum primogenita hominum, sed & univertum ipsum sanctificat genus, per eas quas in se assumpsit massae nostrae primitias, id est, per carnem animam intelligente praeditam, a nobis acceptam; totam humanae naturae massam ad sanctificationem novo velut fermento conspergens. Nam & ego nunc merito dixerim, sicut divinus ait Apostolus: Si primitiae sanctae, & massa. Ac quemadmodum olim legis sermo tribum illam, cui sacerdotum manus obtigerat, pro primogenitorum primitiis typice Deo offerrebat; ita nunc in splendido veritatis caractere Pontificem & Apostolum nostrae confessionis sanctum illum & innocentem, impollutumque, ac segregatum ab omnibus sordibus & cogitationibus peccatoris, Deo & Patri corporaliter, pro ea quae ei per fidem sanctificata est humana natura, oblatum esse intelligimus.

R. Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, * Ut justificatio legis impleretur in nobis. ¶. Oblatus est: justificabit ipse Justus multos: & ipse peccata multorum tulit; * Ut. Gloria. * Ut. *Rom. 8. Is. 53.*

IN III. NOCTURNO.

In Psal. Fundamenta, 129.
Ant. 5. C. Numquid Sion dicet
Homo natus est in ea; & ipse
fundavit eam Altissimus?

In Psal. Cantate.... omnis
terra. 42. Ant. 7. 5. Tóllite
hóstias, & introite in átria
ejus; adoráte Dóminum in
átrio sancto ejus:

In Psal. Dóminus regnávít.
54. Ant. 3. à. Adoráte Deum,
omnes Angeli ejus: audívit,
& latáta est Sion.

¶ Sicut audívimus, sic ví-
dimus. R. In civitate Dómini
virritum. Ps. 47.

Lectio sancti Evangelij secun-
dum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore; Postquam
impléti sunt dies purgati-
onis Mariæ secundum legem
Moysi, tulérunt Jesum in Jeru-
salem, ut sifterent eum Dó-
mino, sicut scriptum est in lege
Dómini. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.

In Luc. Lib. 2. C. 2. n. 55.

Factus est sub lege Chri-
stus, ut eos qui sub lege
essent, lucrificeret. Si-
stitur in Jerusalem. Vides om-
nem legis veteris seriem fuisse
typum futuri. Omne masculi-
num adaperiens vulvam, san-
ctum Dómino vocabitur; ver-
bis enim legis promittebatur
Virginis partus, & verè san-
ctus, quia immaculatus. Solus
enim per omnia ex natis de fé-
mina sanctus Dóminus Jesus,
qui terrénæ contágia corrupté-
iæ immaculást partús novitate

nón senserit, & cœlesti maje-
state depúletit. Et ecce homo
erat in Jerusalem, cui nomen
Simeon; & homo iste justus
& timorátus, expectans conso-
lationem Israel. Non solum
ab Angelis & Prophétis, à pa-
stóribus & paréntibus, sed
etiam à senióribus & justis ge-
neratio Dómini accipit testi-
monium. Omnis ætas, &
uterque sexus, eventorumque
mirácula fidem ástruunt. Vir-
go génerat, stérilis parit, mu-
tus loquitur, Elizabeth prophé-
tatur, Magus adorát, útero
clausus Joannes exultat, vídua
constitetur, justus expectat.

R. Homo erat in Jerusalem,
cui nomen Simeon: * Et iste
justus & timorátus responsum
acceperat à Spíritu sancto, non
visurum se mortem, nisi prius
videret Christum Dómini.
¶ Veniet, & non tardábit;
justus autem in fide sua vivet.
* Et iste justus & timorátus.
Luc. 2. Habac. 2.

n. 58 & 59. Lectio viij.

ET bene justus, qui non
requirébat, cúpiens ipse cor-
póreæ vinculis fragilitátis ab-
solvi, sed expectans vidére
promissum; sciébat enim quia
beati óculi qui eum vidérunt.
Et accépit eum in mánibus
suis, & benedixit Deum, &
dixit: Nunc, Dóminé, di-
mítte servum tuum in pacé.
Vide justum velut corpóreæ
cárcere mollis inclúsium, velle
dissolvi. Dissolvi enim multò
mélius est. Sed qui vult di-
mitti, veniat in templum, vé-
niat in Jerusalem, expectet

456 2. FEBRUAR. In Præsentatione Domini.

Christum Dómini, accipias in mánibus Verbum Dei; complectátur, velut quibusdam sídei suæ bráchiis, opéribus suis: tunc dimittétur, ut non vídeat mortem, qui viderit vitam.

R. Cúm inducerent púerum Jesum parentes ejus, ut fácerent secundúm consuetúdinem legis pro eo, Simeon * Accépit eum in ulnas suas. V. Desidérium cordis ejus tribuisti ei, Dómine, & voluntáte labiórum ejus non fraudasti eum. * Accépit. Luc. 1. P. 20.

Leitio ix.

Vides úberē in omnes grátiam, Dómini generatióne diffúsam, & prophetiam incrédulis negátam esse, non justis. Ecce & Simeon prophétat in ruíná & resurrectiõem plurimórum venisse Dóminum Jesum Christum; ut justórum iniquorumque mérita discernat, & pro nostrórum qualitate factórum, Judex verus & justus aut supplicia decernat, aut præmia.

R. Benedixit Deum Simeon, & dixit: * Nunc dimittis servum tuum, Dómine, secundúm verbum tuum, in pace; † Quia vidérunt óculi mei salutare tuum. V. Expectans expectávi Dóminum, & intendit mihi; & exaudivit preces meas, & immísit in os meum cánticum novum: * Nunc. Glória Patri. † Quia. Luc. 2. P. 39.

Te Deum.

V. Sacerd. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis in civitate Dei nostri, R. In monte sancto ejus. P. 47.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. R. Rat pater Jesu & mater. 1. a. E. ter mirantes super his quæ dicebantur de illo. Luc. 2.

Ant. 3. a. Benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce póstus est hic in ruínam, & in resurrectiõem multórum in Israel. Luc. 2.

Ant. 4. E. Póstus est in signum cui contradicétur; (& tuam ipsius ánimam pertransibit gládus) ut revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. Luc. 2.

Ant. 7. d. Erat Anna.

Canticum. Sophon. 3.

L. Auda, filia Sion; júbila, Israel: * lætare, & exulta in omni corde, filia Jerúsalem.

Abstulit Dóminus júdicium tuum, * avertit inimicos tuos.

Rex Israel Dóminus in médio tu: * non timébis malum ultrá.

In die illa dicétur Jerúsalem: Noli timére; * Sion, non dissólvantur manus tuæ.

Dóminus Deus tuus in médio tu, fortis; * ipse fáciat.

Gaudébit super te in lætitia, silébit in dilectiõe sua, * exultábit super te in laude.

Ant. Erat Anna prophetissa: & hæc vídua usque ad annos octoginta quátuor; & hæc ipsá horá supervéniens, constebátur Dómino. Luc. 2.

Ant. 6. C. Loquebátur de Jesu ómnibus qui expectábant redemptionem Israel.

Capitulum. Coloss. 1.

M. Ystériũ quod absconditum fuit à sèculis & ge-

2. FEBRUAR. In Præsentatione Domini. 457

nerationibus, nunc manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus.

Hymnus.

QUI facris hodie assistit aris,

Stat signum populis omnibus infans:

Idem Judicæ gloriæ gentis,
Et toti nova lux addita mundo.

Plausus insolitos audit uterque
Miraturque parens: vota faventium

Votis excipiant, & sua lætis

Gratantem omnibus gaudia miscent.

Afflatur subito Numine mentes
Vix sese capiunt: spesque salutis

Hæc inclusa tenens corde sub imo,

Ipsi jam manibus prensa tenetur.

Quem videre procul mente Prophætæ,

Nunc te das oculis, Christe, fruendum:

Mox idem feries, ora resolvens,

Dictis antonitas grandibus aures.

Si nostris modo te sensibus aufers,

Horum firma fides suppleat usum;

Hæc te, Christe, manu tangere fas est:

In templis resides nunc quoque nostris.

Æterno sit honor lapsque Parenti:

Qui placare paras victimam Patrem,

Æqualis tibi sit gloria, Nate: Amborum similis laus sit Amori. Amen.

¶ Annuntient in Sion nomen Domini, &c. Et laudem ejus in Jerusalem. *Pf.* 101.

Ad Bened. Aur. 2. D. Ut perfecerunt pater Jesu & mater omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam in civitatem suam Nazareth. *Luc.* 2.

Orazio.

OMnipotens sempiternæ Deus, majestatem tuam supplices exoramus; ut sicut unigenitus Filius tuus hodiernâ die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari; Per eundem Dominum.

AD HORAS, in fine Hymnorum dicitur Doxologia;

Qui natus es de Virgine, Jesu, tibi sit gloria Cum Patre, cumque Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

Psalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Ans. 1. 2. Erat.

In R. br. ¶ Qui natus es de Maria virgine. *Matth.* 1.

Canon proprius ad calcem.

A D T E R T I A M,

Ans. 3. à. Benedixit.

Capitulum. 1. Petr. 2.

Continet Scriptura: Ecco pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

R. br. Lapidem quem reproba-verunt, * Factus est in caput anguli, * Alleluia, alleluia. Lapidem. ¶ A Domino factum est istud; * & est mirabile.

458 2. FEBRUAR. In Præsentatione Domini.

bile in oculis nostris, * Allel.

Glória. Lapidem. Ps. 117.

* Benedicentes ei hæreditábunt terram; R. Maledicentes autem ei disperibunt. Ps. 36.

[Temp. Septuag. omisso Allelúia. resumptio fit ad primum asteriscum *; & sic ad Sextam & Nonam.]

A D S E X T A M.

Ans. 4. E. Pólitus est.

Capitulum. If. 8.

Dominum exercituum ipsum sanctificáste: ipse pavor vester, & ipse terror vester: & erit vobis in sanctificatióne; in lapidem autem offensiónis & in petram scándali duábus dómibus Israël, in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúsalem.

R. br. Sagittæ tuæ acutæ, * pópuli sub te cadent. * Allelúia, allelúia. Sagittæ. * In corda inimicórum regis. * Allelúia. Glória. Sagittæ. Ps. 44.

* Judicábit in nátióibus, implebit ruínas; R. Congasábit cápita in æra málcorum. Ps. 109.

A D N O N A M.

Ans. 6. C. Loquebátur.

Capitulum. If. 12.

Cantáte Dómino, quóniam magnificè fecit. Annuntiáste hoc in universa terra. Exulta & lauda, habitatio Sion; quia magnus in medio tui Sanctus Israël.

R. br. Vidérunt * Ingressus tuos, Deus, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. * Ingressus Dei mei, * Regis mei qui est in sancto, * Allelúia, Glória. Vidérunt. Ps. 69.

* Dicant nunc qui timent Dóminum, R. Quóniam in sæculum misericórdia ejus. Ps. 117.

A D I I. VESPERAS.

Psalmi de Officiis parv.

Ans. 1. **I**n Christo Jesu inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporalíter. Col. 2.

Ans. 5. C. De plenitúdine ejus nos omnes accépinus, & grátiam pro grátia. Joan. 1.

Ans. 2. D. Lex per Móysen data est, grátia & veritas per Jesum Christum facta est. Joan. 1.

Ans. 6. F. Finis legis Christus ad justitiam omni credenti: omnis qui credit in illum, non confundétur. Rom. 10.

Ans. 8. G. Lex pedagógus noster fuit in Christo, ut ex fide justificémur. Galat. 3.

Capitulum. Hebr. 8.

Cum essent qui offerrent secundum legem mánera, qui exemplári & umbra dólet; viunt cœlestiú; nunc Christus melius serváste est ministréti, quanto & meliús testamenti meliús est, quod in melióribus repromissionibus sanctum est.

Hymnus.

Supéte, gentes: sit Deus hostia;

Se spontè legi Légifer obli-

gat:

Orbis Redemptor nunc red-

emptus;

Seque piar sine labe mater.

De more matrum, Virgo puerpera

Templo statutos abstínuit dies.

[bas, Intráre sanctum quid paré-

3. FEBRUAR. S. Blasii, Episc. & Mart. 459

Facta Del p̄ibis ipsa tem-
plam?

Arã sub unã se vovet hostia
Triplex; honorem virgi-
neum immolat

Virgo sacerdos, pasva mol-
lis

Membra puer, senjorque
vitam.

Eheu! quot enses transãdigan-
tuum

Pectus! quot altis nata do-
loribus,

O Virgo! Quem gestas,
cruentam

Imbuet hic facer Agnus
aram.

Christus futuro, corpus adhuc
tener,

Præluclit insons víctima fû-
neri:

Crescet; profuso vir cruo-
re,

Omne scelus moriens piã-
bit.

Sit summa Patri, summaque
Filio,

Sanctoque compar gloria
Flãmîni:

Sanctæ litemus Trinitati
Perpétuo pia corda, cultu.

Amen.

✠. Protector noster, aspice,
Deus; R. Et respice in fa-
ciem Christi tui. *Pf.* 83.

Ad Magnificat. Ant. 7. G.

Sanctificat per oblationem
corporis Jesu Christi, acce-
damus & ipsi, domus spiri-
tuális, sacerdotium sanctum,

offerre spirituales hostias,
acceptabiles Deo per Je-
sum Christum. *Hebr.* 10. 1.

Petr. 2.

*Oratio, ut supra ad Lau-
des, 457.*

Fit Commem. sancti Blasii, Episc. & Mart. Ant.

*Ecce Deus. 7. In Deo. us in
Communi, vij. Oratio, Deus,*

cujus grãtia. x.

*Si sit Sabbatum, fit e antum
Commem. Dominica occurren-
tis.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi & Capis. de Domini-
ca. Cetera ut heri.*

DIE III.

In Festo

SANCTI BLASII,

Episcopi & Martyris.

Duplex-majus.

*Omnia de Communi unius
Martyris, vj. exceptis quæ se-
quuntur.*

*Oratio, Deus, cujus grã-
tia, x.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Scriptura oc-
currente.*

IN II. NOCTURNO.

Leclio iv.

Blasius, Episcopus Seba-
stenus in Arménia, pro
Christo martyr occubuit.

Illius cultum apud orientales
Eccléas celeberrimum jam ab
antiquis temporibus fuisse patet
ex vetustissimis eorum menolo-
giis. Non minus celebris fuit
per omnes Occidentis, & má-
ximè Galliarum Eccléas san-
cti Blasii memoria, pópulis
úndique ad ejus patrocinium
confugiéntibus, ex eo máx-
imè tempore quo sancti Már-
tyris reliquæ huc illuc per Itá-
liam & Galliã variè transla-
tæ sunt.

De expositione sancti Ambrōsij Episcopi in Psalmum centesimum decimum octavum.

Serm. 21. n. 7.

Leſtio v.

PRincipes persecuti sunt me gratis; & à verbis tuis trepidavit cor meum. Bene hoc Martyr dicit, quod injuste persecutionum tormenta sustineat; qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius thorum putaverit esse violandum: qui nihil legibus debeat, & graviora latronum sustinere cogatur supplicia: qui loquatur iusta, & non audiatur: qui loquatur plena salutis, & impugnetur; ut possit dicere: Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnetur sine crimine: impugnetur ut noxius, cum sit in tali confessione laudabilis: impugnetur quasi veneticus, quia in nomine Domini gloriatur; cum pietas virtutum omnium fundamentum sit. Verè frustra impugnetur, qui apud Impios & infidos impietatis accessit, cum fidei sit magister.

n. 8. Leſtio vj.

Verum is qui gratis impugnetur, fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subterxit: Et à verbis tuis trepidavit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem: est etiam timor Sanctorum. Pone ergo martyrem circumspectantem

omnis plena supplicii, deinde cogitantem mandata divina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam poenae recrudescens ærumnam; trepidare corde, ne dum presentibus cedit, perpetuis se dedat exitis; perturbari animo, dum futuri iudicii romphazam illam terribilem quoddam conspectus sui acie contuetur. Nonne hanc trepidationem fiducia viri constantis æquabis? In eundem concurrat effectum confidentia cupientis æterna, & divina trepidantis. Sic tamen fortior ille qui sperat: sit fortior qui præsumit.

IN III. NOCTURNO.

Leſtio sancti Evangelii secundam Mattheum.

Leſtio vij. Cap. 10.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Non est discipulus super Magistrum, nec servus super Dominum suum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 65. de verb. Evang. Matth. 10.

Admonent nos eloquia divina quæ lecta sunt, timendo timere, & non timendo timere. Martyres sancti propter quorum solemnitatem hoc ex Evangelio recitatum est, timendo non timuerunt, quia Deum timendo homines contempserunt. Quid enim est unde alterum terreat homo hominem? Terret, & dicit, occido te: & non timet: & non timet, ne cum minatur, prius moriatur.

riatur. Occido, inquit. Quis torem? fugit percusso vinculo dicit? cui dicit? Duos audio: colligatus, & erit in occulto unum terrentem, alterum me-

tuentem: quorum unus potens est, alter infirmus, sed ambo mortales. Quid se ergo extendit in honore inflatior potestas, in carne æqualis infirmitas? Securus minetur mortem, qui non timet mortem. Si verò unde terret, timet; attendat se, & ei cui minatur comparet se. Inveniat in eo cui minatur, parem conditionem; & à Domino simul cum illo petat misericordiam. Homo est enim, & homini minatur, creatura creaturæ: sed una inflata sub creatore, altera fugiens ad creatorem.

Lectio viij.

Dicat ergo fortissimus Martyr, stans homo antè hominem: Non timeo, quia timeo. Tu quod minaris, si Deus nolit, non facis: quod autem ille minatur, ut faciat à nullo impeditur. Deinde tu quod minaris, etsi permittaris, quid facis? Usque ad carnem sævis; anima tuta est, non occides quod non vides; visibilis visibilem terres: habemus ambo invisibilem creatorem, quem simul timere debeamus; qui hominem ipsum ex visibili & invisibili creavit: visibilem de terrâ fecit, invisibilem statu suo animavit. Substantia ergo invisibilis, hoc est, anima quæ jacentem terram erexit de terra, non timet, cum percussit terram. Potes ferre habitaculum; numquid habita-

Mimas. Pars Hyemalis,

Lectio ix.

Quid ergo minaris, qui animæ nihil facere potes? Per meritum ejus cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes. Per meritum enim animæ resurget & caro; & habitatori reddetur, jam non ruitura, sed mansura. Ecce, verba Martyris dico: Nec propter ipsam carnem meam timeo comminationem: caro mea subjacet potestati; sed etiam capilli capitis numerati sunt creatori. Quid timeo ne carnem perdam, qui nec capillum perdo? Quomodo non attendit carnem meam, cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, in æternum immortalé erit. Sed cui hoc? cui reddetur corpus ad vitam æternam etiam occisum, peremptum, dissipatum? cui reddetur? Ei qui non timuit ponere animam suam, cum non timeret ne occidatur caro sua.

D I E V.

In Festo

SANCTÆ AGATHÆ,
Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Lectio ij.

AGatha virgo, quam Patrum normitani & Catineses civem suam fuisse contendunt, gloriosi martyrii coronam sub Decio Imperatore consecuta

452 5. FEBRUAR. *Sancta Agatha, Virg. & Mart.*

est. Carmen scripsit de ea sanctus Dámasus Papa, qui toto ferè século quarto vixit. Quo in cámine virginem eximiam canit genere claram, elegantem spécie, móribus elegantíorem & fide, terréna própsera nihil reputasse, ut Dei jussis obtemperáret: atque illam trúribus fortiórem viris, membra sua flagris exposuisse, acerbum mamillæ tortæ dolórem váldo pectore tolerasse; cümque à beáto Petro reereáta in cárcere fuisset, lætiórem inde ac magis flagrantem, ad flagella cuncta alácríter cucurrisset. Addit sanctus Póntifex beátæ Mártiris ope servátam ab igne fuisse ethnicórum turbam. Légitur in Actis ejus pagános, anno vertente à martyrio sanctæ virginis, confugisse ad ejus túmulum, & velo quo túmulus obtegebátur oppóstito, ignem repressisse, qui ab Æthna monte exundábat. Catínæ velum illud asservári créditur: mosque solemnis ac pius civitátis est, ubi Æthna mons ignes évomit, flammis erumpéntibus id velum objícere, quo non semel sedátæ leguntur.

Sermo sancti Gregórii Papæ.

Hom. 11. *Leñio iij.*

DE cœlestis vitæ dilectióne rectè per Salomónem dicitur: Fortis est ut mors dilectio. Quia videlicet, sicut mors corpus intérimis, sic ab amóre rerum corporálium æternæ vitæ caritas occidit. Nec enim Sancta hæc, cujus hódie natalicia celebrámus,

mori pro Dómino potuisset in corpore, si prius à terrénis desidériis mórtua non fuisset in mente. Erectus namque in virtútis cúlmine ánimus tormenta despexit, præmia contempfit. Ante armátos reges & præsides ducta stetit, feriente robústior, judicante sublírior. Quid inter hæc nos bárbari & débiles dicimus, qui ire ad regna cœléstia puellas per ferum vidémus? quos ira súperat, supérbia inflat, ambitio perturbat, luxúria inquinat. Qui si adipisci regna cœlórum per bella persecutiónum non póssumus, hoc ipsum nobis turpe fit, quód Deum nólumus per pacem sequi. Ecce nulli nostrúm hoc tempore dicit Deus: Pro me mórere; sed: Illicíta tantúm desidéria in te occide. Qui ergo in pace subigere carnis desidéria nólumus, quómódò in bello pro Dómino ipsam carnem domémus?

Tu autem, Dómine, miserere nostrí.

R. Deo grátias.

Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, cujus múnere beata Agatha virginitátis & martyrii palmam adeptá est: da nobis ejus précibus, ita córporis ac mentis serváre puritátem, ut nec blanditiis carnis, nec malórum acerbítate vincámur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia, &c.

DIE VIII.

Lectio iij.

In Festo
S. JOANNIS DE MATHA,
Presbyteri. *Semiduplex.*
Omnia de Communi Iustorum Sacerd.

Lectio ij.

Joannes, cui de Matha cognomen, in provincia Narbonensi secunda. Falcone natus est à parentibus pietate & nobilitate conspicuis. Studium causâ primùm Aquas Sextias, & postea Parisios profectus, emenso Theologiæ curriculum, Magisterii lauream adeptus est. In Clerum Parisiensem ab Episcopo Mauritio ascriptus, & tandem Presbyter ordinatus, cum in ejus sacello primum sacrificium offerret, divinitus inflammatus se sensit ad redimendos ab infidelium servitute captivos. Ut tamen maturius in re tanta procederet, in solitudinem quamdam Vadensis pagi intrâ limites Meldensis Episcopatus secessit; ibique in unitate societate cum Felice Eremita, qui illic jam ab annis pluribus vitam agebat asceticam, per triennium, oratione & jejuniis, humilitate & obedientiâ se exercuit. Romam cum Felice profectus, ab Innocentio tertio facultatem impetravit sese & suos redimendis captivis devovendi. Ceterum Parisios ad Odonem Episcopum qui Mauritio successerat, & Abbatem sancti Victoris remissus, ut communicato cum eis consilio, vite ordinem institutumque seligeret, regulamque sociis, quam sequerentur, perscriberet.

Maxim. Pars Hyemalis.

Itaque Felice in pristinam pagi Vadensis solitudinem remeante, ut socios congregaret, & exemplis regeret, Joannes Parisios ad Episcopum, de modo ordinandæ familiæ tractaturus, accedit; ac tandem compositis ex sententia rebus omnibus, ad Felicem revertitur. Tunc ædificatâ conjunctis curis Ecclesiâ cum qualicumque domo, aliisque ædificiis, primùm Ordinis monasterium in loco dicto Cervofrigido sub nomine & clientela sanctissimæ Trinitatis constituit. Regula autem, ut eam ipse perscripserat, paucis adjunctis, statim ab Apostolica Sede confirmata est; nec multo post institutum Parisiis, ænuente Episcopo & Capitulo Parisiensi, in domo sancti Mathurini receptum. Ab eo tempore Joannes innumera per Italiam, Galliam & Hispanias ædificavit cœnobîa, & captivorum immensam multitudinem per se & per Ordinis alumnos in libertatem asseruit. Denique Romæ plenus operibus bonis, Romæ obiit die vigesima primâ Decembris anno millesimo ducentesimo decimo tertio.

Oratio.

DEUS, qui beato Joanne Presbytero, ac sociis ejus zelum fideles redimendi captivos infudisti: da servis tuis illam corporis & animæ libertatem, quâ Christus Filius tuus nos liberavit; Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus.

* X ij

SANCTI SIMEONIS,

In Fæsto

Episcopi Hierosolymitani,
& Martyris.

SANCTI MATTHIÆ,

Apostoli.

Semiduplex.

Duplex-majus.

Ex libro quinto Commentariórum sancti Hegefippi Hiftorographi,

Omnia de Communi Apostolorum, exceptis quæ fequuntur.

Euf. Hift. Lib. 3.

Lectio ij.

Simeon, cognátus Dómini, fílius Cleóphæ, fecundus poft Jacobum Hierosólymæ. Epifcopus, calúrniam paffus ab hæreticis, accusátus est coram Attico Confulári; & per plúrimos dies acerbíffimis tormentis excruciatús, fidẽ Chrifti constantíffimè professus est; ita ut omnes fupra modum admirarentur, & ipfe quoque Confulárius, quómódò is qui centum viginti annos attigerat, talia pertuliffet. Tandem verò sententiã júdicis cruci affixus est.

Lectio iij.

Ad hæc usque témpora Eccléſia virgo pura & incorrupta permansit, in obſcuro adhuc recessu delitescéntibus quicumque rectam salutáris prædicatiónis regulam depraváre nitébantur. Postquàm autem sacer Apostolorum cœtus vario mortis géneſe extinctus est, effuxeratque jam ætas hóminum illórum qui divínam ipsam Sapientiã suis áuribus auscultáre meruerant, tunc depum exorta est impij erroris conspiratio, nullo videlicet ámplius ex Apóstolis superſtite.

Oratio, Deus, cujus grátia, z,

Ad Magnificat. Ans. 2. D.
Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregáti in omni témpore quo intrávit & exiit inter nos Dóminus Jesus, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.

Mt. 1.

Oratio.

Deus, qui beátum Matthiam Apostolorum tuorum collégio sociasti: tribue, quæsumus, ut ejus intervenciónẽ, tuã circa nos pietatis semper viscera sentiãmus; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti, Deus.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

De Actibus Apostolorum.

Lectio iv. Cap. 1.

In diebus illis; Surgens Petrus in médio fratrum, dixit: (erat autem turba hóminum simul ferè centum viginti) Viri fratres, oportet impléri Scripturam quam prædixit Spiritus sanctus per os David, de Juda qui fuit dux eórum qui comprehenderunt Jesum, qui connumerátus erat in nobis, & sortitus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mar-

cede iniquitatis, & suspensus crepuit mediis, & diffusa sunt omnia viscera ejus. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem; ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, Ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exiit inter nos Dominus Jesus, incipiens à baptismo Joannis usque in diem quâ assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos: Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus & apostolatus, de quo prævaticatus est Judas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis; & cecidit fors super Matthiam; & annumeratus est cum undecim Apostolis.

Ex Commentario sancti Joannis Chrysostomi in Actus Apostolorum.

Hom. 3. *Leitio v.*

IN diebus illis, exurgens Petrus. Tanquam fervidus, & tanquam ia cui à Christo grex commissus fuerat, & tanquam chori princeps, ubique primus incipit loqui, Viri fra-

tres, oportebat impleri Scripturam: Illud considera quod Petrus agit omnia ex communi sententia, nihil ex auctoritate, nihil cum imperio. Oportet igitur ex viris nobiscum congregatis in omni tempore. Quamobrem communicat hoc negotium cum illis? Ne delaberentur in contumionem: nam si his ipsis hoc accidit, multo magis accidisset illis. Propterea ait: Viri fratres, oportet eligere è nobis. Multitudini permittit iudicium; simul eos qui eligebantur reddens venerandos, & seipsum liberans ab odio ceterorum. Ex quibus autem facienda sit electio, ipse interpretatur, dicens: Ex viris nobiscum congregatis in omni tempore. Etenim si dixisset, Modestos oportet adesse, ceteros affecisset contumelia. Et statuerunt duos: Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam. Quare non multos? Ne Major fieret animorum dejectio, neve res in multos distraheretur.

Leitio vj.

ET verò omnes communitim precantur, dicentes: Tu, Domine, qui nostri corda omnium, ostende. Tu, inquit; non nos. Aptè cordium cognitorem appellant: hinc enim electio erat facienda, non ab exterioribus. Neque dixerunt, Elige; sed, Ostende electum, hoc est, quem tu elegisti; scientes omnia præfinita esse à Deo. Et dederunt eis sortes. Nondum

judicabant se esse idoneos ut rem ipsi sibi permitterent. Ideoque cupiunt aliquo signo edoceri. Alioqui, si illic ubi nec erat precatio, neque viri probi tantum valuit fors eo quod recto animo fieret super Jona; multo magis hic explévit chorum, ac perfécit ordinem. Nec alter ille doluit; non enim celassent Apóstoli proprios defectus, qui de ipsis primoribus non veriti sunt dicere, quod alibi commoti fuerint indignatione: idque non semel, sed sæpius. Hos igitur & nos imitemur. Non jam omnibus loquor, sed his tantum qui principatum affectant. Si credis Dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & irascaris adversus illum. Ille est qui elégit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 13.

ANte diem festum Paschæ, dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis; non est servus major domino suo, neque Apóstolus major est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi,

Tract. 59. in Joan. n. 1.

CUm hæc Dominus præmisisset, adjunxit: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim. Nonnum est de quo loquatur:

Judas ille traditor ejus attingitur. Ergo ipsum non elegerat; unde ab eis quos elegerit, isto sermone fecernit. Quid est ergo quod alio loco dicit: Nonne ego vos duodecim elegeri, & unus ex vobis diabolus est? An & ipse ad aliquid est electus, ad quod utique erat necessarius; non autem ad beatitudinem, de qua modò ait: Beati eritis si feceritis ea? Hoc non de omnibus dicit; scit enim quos ad societatem beatitudinis hujus elegerit. Non est ex eis iste qui panem illius sic edebat, ut super eum levaret calcaneum.

Tract. 27. n. 10.

Lectio viij.

ELECTUS est & iste, de quo nolente & nesciente magnum aliquid boni fieret? Hoc est proprium Dei, contrarium iniquis. Omnibus bonis Dei malè utitur malus: contra, malis hominum malorum bene utitur bonus. Et quid tam bonum quam unus Deus? Quandoquidem ipse Dominus dixit: Nemo bonus nisi unus Deus. Quanto ergo ille melior, tanto melius utitur & malis nostris. Quid Judæ pejus? Sed malo ejus bene usus est Dominus, Tradi se pertulit, ut redimeret nos. Ecce malum Judæ in bonum conversum est. Potest & sic intelligi quod ait: Duodecim elegeri, quia sacratus est numerus. Non enim quia perit inde unus, ideo illius numeri honor demptus est: nam in locum perentis alius substitutus est.

24. vel 25. FEBR. S. *Matthia, Apostoli.* 467
Tract. 50. n. 10.

Lectio ix.

Ecce audite quia Judas iste non tunc perversus factus est, quando à Judæis corruptus Dóminum tradidit. Plerique enim incuriosí Evangelíi existimant tunc periisse Judam, quando accépit à Judæis pecuniam ut Dóminum tráderet. Non tunc périt: jam fur erat, & Dóminum pérditus sequebatur; quia non corde, sed corpore sequebatur. Duodenárium número Apostolorum implebat, Apostólicam beatitudinem non habebat, ad imaginem fuerat duodécimus: quo decedente, & alio succedente, & suppléta est Apostólica véni-

tas, & número permansit integritas.

Ad Benedictus. Ant. 4. E-
Tu, Dómine, qui corda nost
ómnium, ostende quem elé-
geris accipere locum ministrerit
hujus. Añ. 1.

Oratio.

Deus, qui beátum Mar-
thiam Apostolorum tuórum
collégio sociasti: tribue,
quæsumus, ut ejus interven-
tione, tuæ circa nos pietá-
tis semper viscera sentiámus;
Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat. Ant. 6. F.
Dederunt sortes eis: & cecidit
sors super Matthiam; &
annumerátus est cum undécim
Apóstolis. Añ. 1.

F E S T A M A R T I I.

DIE VII.

**SS. PERPETUÆ
& FELICITATIS, Mart.**
Commemoratio.

Pridie AD VESPERAS,
Ant. Timor Dómini cum electis
fémis gráditur, & cum
justis & fidélibus agnoscitur:
firmamentum est Dóminus timé-
mentibus eum. Eccli. 1. Ps. 24.

¶. Deus noster, refúgium
& virtus; R. Non timébimus,
dum turbábitur terra. Ps. 45.

Oratio, Deus, fortitúdo certántium. infrá.

Sermo S. Augustini Episcopi.
1. In Nat. Mart. Perpet.
& Felicit. qui est 280.

Lectio iij.

Hodiernus dies nobis in
memóriam révocat diem

quo sanctæ famulæ Dei Per-
pétua & Felicitas, coronis
martyrii decorátæ, perpétuâ
felicitáte floruerunt, tenentes
nomen Christi in prælio, &
simul inveniéntes étiam suum
nomen in præmio. Exhorta-
tiones earum in divinis reve-
lationibus, triumphosque pas-
sionum, cum legerentur, au-
divimus. Quid gloriósius his
fémis, quas viri mirantur fa-
cilius quam imitantur? Quid
hoc spectáculo suávius? quid
hoc certamine fórtius? quid
hæc victóriâ gloriósius? Tunc
cum béstiis sancta objicerentur
eópora, toto amphitheatro
fremébant gentes, & pópuli
meditabantur inánia. Sed qui
hábitat in cœlis, irridébat eos.

468 7. MART. SS. *Perpetuæ & Felicitatis, Mart.*

Nunc autem pósteri illórum , confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. 1. Cor 1.

www.infibol.com
rita Mártýrum piis vócbus laudant. Neque tunc tanto concursu hóminum ad eos occidendos cávea crudelitátis impléta est, quanto nunc ad eos honorandos Eccléssia pietátis implétur. Omni anno spectat cum religióne caritas, quod uno die cum sacrilégio commisit impietas.

AD LAUDES, pro earum Commemorat. Ant. In-
firma mundi elégit Deus, ut

7. Exultavérunt filiz Judæ, & Propter judícia tua, Dómine. *Pf.* 96.

Oratio.

Deus, fortitúdo certán-tium, & palma Mártýrum; qui fámulas tuas Perpetuam & Felicitátem contra tormentórum immanitátem mirá virtúte roborasti: quæsumus, ut sicut earum nos triumpho lætíficas, ita semper supplicatióne defendas; Per.



COMMUNE

COMMUNE SANCTORUM.

PARS HYEMALIS.

COMMUNE APOSTOLORUM.

[In hoc Communi, & in ceteris, ad I. Vesperas semper dicuntur Psalmi de Feria.]

IN I. VESPERIS.

Ant. Vocavit Jesus discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. *Luc. 6.*

Ant. 3. a. Vocavit ad se quos voluit; & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & ejiendi daemonia. *Marc. 3.*

Ant. 4. E. Hos misit Jesus, precipiens eis: Ite ad oves quae perierunt domus Israel. *Matth. 10.*

Ant. 5. C. Euntes praedicite, dicentes: Quia appropinquavit regnum caelorum. *Matth. 10.*

Ant. 7. d. Egressi autem, circumbant per castella, evangelizantes, & curantes ubique. *Luc. 9.*

Capitulum. Hebr. 2.

Cum initium accepisset factus enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem.

Et. Ecce dedi vobis potestatem super omnem virtutem inimici: Verumtamen in hoc

Pars Hyemalis.

nolite gaudere: † Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in caelis. †. Dabo vos in nomen, & in laudem omnibus populis: * Verumtamen. Gloria. † Gaudete. *Luc. 10. Soph. 7.*

Hymnus.

Letare, caelum; plausibus
Tellus recubet amulis:
Apostolorum gloriam
Solemnis instaurat dies.

Vos, ceu tubis sonantibus
Christum per orbem spargitis
Vos illa sacris varibus
Praedicta mundi lumina.

Qui, dante Christo, panditis
Qui clauditis caeli fores,
Nos criminum tenacibus
Vinculis ligatos solvite.

Potentis qui nutu graves
Morbos fugatis corporum,
Desideratam poenitentiae
Egris medellam moribus;

Sublimis ut cum veneritis,
Vobis simul sedentibus,
Ad dexterum Iudex latus
Nos inter agnos colloquet.

Uni sit & trino Deo
Suprema laus, summum decus,

De nocte qui nos ad suae
Lumen vocavit gloriae. Amen.

†. Dominus dabit verbum
evangelizantibus, &c. Virtute
multa. *Pf. 67.*

Ad Magnificat. *Ant. 1. f.* Prædicabant ut penitentiã agerent: & dæmonia multa eiciebant; & ungebant oleo multos ægros, & sanabant. *Marc. 6.*

Oratio, ut in Proprio.

[In Solemnibus-majoribus & Supra, ad Completorium, (in quo semper dicuntur Pss. Ferialles.) *Ant. 1. a.* Vos estis lux mundi: luceat lux vestra totam hominibus. *Matth. 17.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Vox speculatorum Sion: paravit Dominus tabernaculum sanctum suum in excelsis omnium gentium. *Is. 52.]*

AD OFFICIUM NOCT.

Savis. Christum, Apostolorum Magistrum & Dominum, & Venite, adoramus. *Joan. 13.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Supreme, quales, Arbitræ,
Tibi ministros eligis,
Tuas opes qui vitibus
Vasq; amas committere!

Hæc nempe plena lætine

Tu vasa frangi præcipis:

Lux inde magna vultur,

Cæu., nube scissa, fulgura.

Totum per æthera sedenti,

Nube velat, cæli volante:

Verbo graves, verbo Deo,

Tonant, coruscant, perpluunt.

Christum sonant: verberant

Arces superbes dæmonum.

Circum tubis clangentibus,

Sic verâ quondam monia.

Fac, Christe, coelestes cæbæ

Somno graves nos ercent:

Accensa de te lumina

Pellant tenebras mentium.

Uni sit & tunc Deo

Suprema laus, summum decus,
De nocte qui nos ad lux
Lumen vocavit gloriæ. Amen.

[In Annualibus & Solemnibus-majoribus ad Officium Noct. itemque ad II. Vesperas, Psalmi sunt proprii, prius designantur in Proprio Ecclesiarum; vel, si nulli sunt ejusmodi, sumuntur de Dominica; ad Laudes verò, ad Horas, & ad Completorium, dicuntur de Dominica; & sic in omni alio Communi.]

In Solemnibus-minoribus & infra, Psalmi in toto Officio semper sunt de Feria.]

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Convocatis Jesus duodecim Apostolis, cepit illos mittere binos prædicare regnum Dei. *Luc. 9. Marc. 6.*

Ant. 2. D. Præcipiens, dicebat eis: Infirmos curate,

mortuos suscite, dæmones eicite: gratis accepistis, gratis date. *Matth. 10.*

Ant. 3. c. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: dignus enim est operarius cibo suo. *Matth. 10.*

† Custodiabant testimonia ejus, &c. Et præceptum quod dedit illis. *Pf. 98.*

Pater noster. Benedictiones habentur post Psalterium.

Tres prima Lectiones de Scriptura occurrente.

[In Annualibus & Solemnibus-majoribus, Lectiones sunt propriae; & sic in omni alio Communi.]

Et. j. Ecce ego mitto vos sicut oves in præda luporum:

† Estote ergo prudentes sicut

Serpentes, & simplices sicut columbz. **V.** Ex ore Domini prudentia; & proteget ignem. **R.** Estote simplices: **Ps. Estote.** **March. 10. Prov. 2.**

R. ij. Trademini a parentibus, & cognatis, & amicis; & morte afficient ex vobis, & capillus de capite vestro non perdit: **V.** In patientia vestra possidebitis animas vestras. **V.** Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuitis; ego, ego ipse consolabor vos: **V.** In patientia. **Luc. 21. Is. 41.**

R. iij. Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: **V.** Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. **V.** Spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere: **V.** Non enim Gloria Patri. **March. 10. Agg. 2.**

IN II. NOCTURNO.

Ans. 4. E. In quamcumque domum intraveritis, dicite: Pax huic domui; & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. **Luc. 10.**

Ans. 5. a. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. **Luc. 10.**

Ans. 6. F. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure auditis, predicatote super terra. **March. 10.**

V. Annuntiare inter gentes gloriam Domini, **R.** In omnibus populis mirabilia eius. **Ps. 95.**

Pater noster. *Benedictiones habentur post P. salterium.*

Tres Lectiones, ut in Proprio Sanctorum.

R. i. Vos estis qui permanetis mecum in tentationibus meis: **V.** Er ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum. **V.** Disposui testamentum electis meis: **V.** **Ex. Luc. 22. Ps. 88.**

R. v. Jam non dicam vos servos: vos autem dixi amicos: **V.** Quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. **V.** Antiqua ne intueamini: ecce ego facio nova, & nunc orientur: utique cognoscetis ea; **V.** **Quia. Joan. 15. Is. 41.**

R. vj. Elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: **V.** Ut quodcumque poteritis Patrem in nomine meo, det vobis. **V.** Quod salvatum fuerit de domo Juda, faciet fructum: zelus Domini exercituum faciet istud; **V.** Ut Gloria. **Vt. Joan. 15. Is. 37.**

IN III. NOCTURNO.

Ans. 8. G. Principes gentium dominantur eorum; & qui majores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos. **March. 20.**

Ans. 7. d. Quicumque voluerit infer vos major fieri, sit vester minister: sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. **March. 20.**

Ans. 3. a. Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere; fecimus. **Luc. 17.**

V. Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da.

Ad Magnificat. Ant. 1. f. Suprémata
Prædicábant ut peniténtiam De nocte
agerent: & dæmónia multa Lumen
ejiciebant; & ungebant oleo [In
multos ægros, & sanábant. bus-m
Marc. 6. itez

Oratio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus-majoribus &
Supra, ad Completorium, (in
quo semper dicuntur Pss. Feru
les.) Ant. 1. a.* Vos estis
mundi: luceat lux vestra
tam hominibus. *Matth.*

Ad Nunc dimittite

*Ant. 3. E. Vox per
Sion: paravit Dñs
tabernaculum suum
omnium gentium*

AD OFFICIUM :
Invis. *Christus* :
rum Magister :
* Venite, & :
Ps. & salvabit eos:
Joan. 15. Ps. 36.

SUPR. Pater sancte, serena
Tibi domine tuos dedisti
Tuos, sicut tu me misisti in
Vas, ego misi eos in mun-
dum: & * Pro eis ego sanctifico
ipsum, ut sint & ipsi sancti-
ficati in veritate. * Sanctifi-
cábunt Sanctum Jacob, &
Deum Israel prædicábunt: * Pro
eis. Glória Patri, * Pro eis.
Joan. 17. Is. 29,
Te Deum.

* *Sacerd.* Confitémini Dó-
mino, & invocáte nomen
ejus: & Annuntiáte inter gen-
tes ópera ejus. *Pf. 104.*

A D I A U D E S.

Ant. 6. F. **J**esus locútus est unde-
cim discipulis, dicens:
Data est mihi omnis potestas in
cælo & in terrâ; euntes ergo,
docete omnes gentes. *Mat. 28.*
Ant. 6. F. Prædicáte Evan-

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

De nocte
Lumen
[In
bus-m
itez

apte
kvare
ndavi
28.
remise-
tur eis;
, reten-

ietis vir-
tas Spiritus
& eritis mihi
ad ultimum terræ.

Ant. 1. a. Ecce ego vobis
sum omnibus diebus, us-
que ad consummationem sæ-
culi. *Matth. 28.*

Capitulum. Ephes. 4.

Christus dedit quosdam
quidem Apóstolos, quos-
dam autem Prophétas, alios
verò Evangelistas, alios au-
tem Pastóres, & Doctóres, ad
consummationem sanctorum
in opus ministerii, in ædifica-
tionem corporis Christi,

Hymnus,

Celestis aulae Príncipes;
Sacri duces exercitus,
Biféna mundi lumina,
Olim futuri júdices:
Mersis gravi caligine,
Per vos dies renáscitur:
Quos vanus error lúserat;
Illustrat alma veritas.

Non vi, nec armis militum;
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo sed irrísæ Crucis,
Christo rebelles súbditis.

Quibus gemébat súbditus;
Rumpuntur orbis yncula:
Jam gaudet, excusso jugo,
Liber Dei sub légibus.

Vulgata terris omnibus
Per vos Dei mystéria:
Sic vestra testis omnibus

Commune Apostolorum.

personant.
Deo

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Quorum.

Capitulum. 2. Cor. 5.

Postuit in nobis Deus verbum reconciliacionis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obscramus pro isto, reconciliamini Deo.

br. Dominus excelsus subjecit populos nobis. Dominus. *¶* Elegit nobis hereditatem suam: * Subjecit. Gloria Patri. Dominus. *Pf.* 46.

¶ Nimis honorificati sunt amici tui, Deus: *R.* Nimis confortatus est principatus eorum. *Pf.* 138.

AD NONAM.

Ant. 1. 2. Ecce.

Capitulum. 2. Thess. 2.

State, & tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus, & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolacionem eternam, & spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

R. *br.* Confitebimur tibi, Deus: * Invocabimus nomen tuum. Confitebimur tibi, Deus: *¶* Narrabimus * mirabilia tua: * Invocabimus. Gloria. Confitebimur. *Pf.* 74.

¶ In generationem & generationem *R.* Annuntiabimus laudem tuam. *Pf.* 78.

AD II. VESPERAS.

Ant. **I**njecerunt manus in 6. F. **I**apostolos, & posuerunt eos in custodia. *Ant.* 5.

Ant. 2. D. Cæcis denuntiavit

Commune Apostolorum.
Tris Litanias. ut in Prop.
pro Sacerdotibus.
Et in hoc die qui vocatur
diebus actus in ecclesiis
Et ego spero vobis
Et non fuerit
supponit
Et in hoc die

Proprio.

Ant. de
parta pratermissa;
per observatur, nisi
notetur.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Jesus.

Cetera, ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Prædicatè.

Capitulum. 2. Cor. 2.

Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odore notitiae suae manifestat per nos in omni loco.

R. *br.* In omnem terram * Exiit sonus eorum. In omnem. *¶* Et in fines orbis terræ * verba eorum. * Exiit. Gloria Patri. In omnem.

¶ Non sunt loquæ neque sermones, *R.* Quorum non audiantur voces eorum. *Pf.* 18.

Orazio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus minoribus & supra, ac per Octav. Annua-*
rium (nisi aliter notetur) in
*brevis additur * Alle-*
luia, alleluia. Isque ritus serva-
tur in quolibet Communi.]

glóriam. *R.* Super misericórdia tua & veritate tua. *Pf.* 113.

Pater noster. Benedictiones habentur post Psalterium.

Evangelium & Homilia, us in Proprio Sanctorum.

R. vij. Mementóte sermónis mei quem ego dixi vobis : * Non est servus major dómini suo : si me persecúti sunt, & vos persequentur. *¶* Locúti sunt adversum me lingua dólosa, & sermónibus ódii circumdederunt me : * Non est. *Joan.* 15. *Pf.* 108.

R. viij. De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo ; propterea odit vos mundus : sed * Confidite, ego vici mundum. *¶* Non derelinquet Dóminus sanctos suos ; eruet eos a peccatoribus, & salvabit eos : * Confidite. *Joan.* 15. *Pf.* 36.

R. ix. Pater sancte, setra pos in nómine tuo quos dedisti mihi. Sicut tu me misisti in mundum, ego misi eos in mundum ; & * Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. *¶* Sanctificabunt Sanctum Jacob, & Deum Israel prædicabunt : * Pro eis. Glória Patri, * Pro eis. *Joan.* 17. *Is.* 29, Te Deum.

¶ Sacerd. Confitemini Dómino, & invocáte nomen ejus : *R.* Annuntiáte inter gentes ópera ejus. *Pf.* 104.

AD LAUDES.

A. *J*esús locútus est úndecim discipulis, dicens : Data est mihi omnis potestas in coelo & in terra ; euntes ergo, docete omnes gentes. *Mat.* 28.

Ant. 6. F, Prædicáte Evan-

gélium omni creaturæ, baptizantes eos, docentes servare omnia quæcumque mandávi vobis. *Marc.* 16. *Matth.* 28.

Ant. 2. D. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan.* 20.

Ant. 4. D. Accipietis virtutem supervenientis Spíritus sancti in vos ; & eritis mihi testes usque ad últimam terram. *Act.* 1.

Ant. 1. 2. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. *Matth.* 28.

Capitulum. Ephes. 4.

Chrístus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi,

Hymnus.

Celestis aulae Príncipes ;
Sacri duces exercitus,
Bisæna mundi lumina,
Olim futuri iudices :
Mersis gravi caligine,
Per vos dies renascitur :
Quos vanus error lúserat ;
Illustrat alma veritas.

Non vi, nec armis militum
Fandi nec ullis artibus ;
Verbo sed irrissæ Crucis,
Christo rebelles súbditis.

Quibus gemebat súbditus
Rumpuntur orbis yncula :
Jam gaudet, excusso jugo,
Liber Dei sub légibus.

Vulgata terris omnibus
Per vos Dei mystéria :
Sic vestra terris omnibus

Commune Apostolorum.

Præclara facta personant.

Uni sit & trino Deo

Suprema laus, summum decus.

De nocte qui nos ad lux

Lumen vocavit gloriæ.

Amen.

¶ Principes populorū congregati sunt &c. Cum Deo Abraham. *Pf. 46.*

Ad Benedictus. Ant. 1. D.

Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel.

Matth. 19.

Oratio, ut in Proprio.

AD HORAS, Ant. de Laudibus, quartâ pratermissâ; quod semper observatur, nisi aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Jesus.

Cetera, ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Pterdicite.

Capitulum. 1. Cor. 2.

DEo grâtiâs, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odore notitiæ sue manifestat per nos in omni loco.

R. br. In omnem terram
* Exiit sonus eorum. In omnem. ¶ Et in fines orbis terræ * verba eorum. * Exiit. Glória Patri. In omnem.

¶ Non sunt loquelæ neque sermones, *Ry. Quorum non audiantur voces eorum. Pf. 18.*

Oratio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus minoribus & supra, ac per Octav. Annuarium (nisi aliter notetur) in xxx. brevibus additur * Alleluia, alleluia. Isque ritus servatur in quolibet Communi.*]

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Quorum.

Capitulum. 1. Cor. 5.

Posit in nobis Deus verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

R. br. Dominus excelsus

* Subiecit populos nobis. Dominus. ¶ Elegit nobis * hereditatem suam: * Subiecit. Glória Patri. Dominus. *Pf. 46.*

¶ Nimis honorificati sunt amici tui, Deus: *R. Nimis confortatus est principatus eorum. Pf. 138.*

AD NONAM.

Ant. 1. a. Ecce.

Capitulum. 2. Thess. 2.

State, & tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus, & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in grâtiâ, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

*R. br. Confitebimur tibi, Deus: * Invocabimus nomen tuum. Confitebimur tibi, Deus. ¶ Narrabimus * mirabilia tua: * Invocabimus. Glória. Confitebimur. Pf. 74.*

¶ In generationem & generationem *R. Annuntiabimus laudem tuam. Pf. 78.*

AD II. VESPERAS.

Ant. Injecerunt manus in 6. F. Apostolos, & posuerunt eos in custodia. Act. 5.

Ant. 2. D. Cæcis denuntiav&

glóriam. *R.* Super misericórdia tua & veritate tua. *Pf.* 113. Pater noster, *Benedictiones habentur post Psalterium.*

Evangelium & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

R. vij. Mementóte sermónis mei quem ego dixi vobis: * Non est servus major dómno suo: si me persecúti sunt, & vos persequentur. *¶* Locúti sunt adversum me lingua dólósa, & sermónibus ódii circumdederunt me: * Non est. *Joan.* 15. *Pf.* 108.

R. vij. De mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo; propterea odit vos mundus: sed * Confidite, ego vici mundum. *¶* Non derelinquet Dóminus sanctos suos; eruet eos à peccatoribus, & salvábit eos: * Confidite. *Joan.* 15. *Pf.* 36.

R. ix. Pater sancte, setra eos in nómine tuo quos dedisti mihi. Sicur tu me misisti in mundum, ego misi eos in mundum; & * Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint, & ipsi sanctificáti in veritate. *¶* Sanctificábunt Sanctum Jacob, & Deum Israel prædicábunt: * Pro eis. Glória Patri, * Pro eis. *Joan.* 17. *Is.* 29.

Te Deum.

¶ *Sacerd.* Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus: *R.* Annuntiáte inter gentes ópera ejus. *Pf.* 104.

A D I A U D E S.

Ant. **I**esus locúti sunt únde-8. *G.* **J** cum discipulis, dicens: Data est mihi ómnis potestas in coelo & in terra; euntes ergo, docéte omnes gentes. *Mos.* 28.

Ant. 6. **F.** Prædicáte Evan-

gélium omni creaturæ, baptizantes eos, docentes servare ómnia quæcumque mandávi vobis. *Marc.* 16. *Math.* 28.

Ant. 2. **D.** Quórum remissitís peccáta, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan.* 20.

Ant. 4. **D.** Accipietis virtutem supervenientis Spíritus sancti in vos; & eritis mihi testes usque ad últimum terræ. *AG.* 1.

Ant. 1. 2. Ecce ego vobiscum sum ómnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. *Math.* 28.

Capitulum. *Ephes.* 4.

Christus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, álios verò Evangelistas, álios autem Pastóres, & Doctóres, ad consummationem sanctorum in opus ministérii, in edificationem corporis Christi,

Hymnus.

Celestis aulæ Príncipes; Sacri duces exercitus, Bisséna mundi lumina, Olim futuri júdices: Mersis gravi caligine, Per vos dies renáscitur: Quos vanus error lúserat; Illustrat alma veritas.

Non vi, nec armis militum; Fandi nec ullis artibus; Verbo sed irrissæ Crucis, Christo rebelles súbditis.

Quibus gemébat súbditus; Rumpuntur orbis yncula: Jam gaudet, excusso jugo, Liber Dei sub légibus.

Vulgata terris ómnibus Per vos Dei mystéria: Sic vestra terris ómnibus

Commune Apostolorum.

Præclara facta personant,

Uni sit & trino Deo

Suprema laus, summum decus.

De nocte qui nos ad lux

Lumen vocavit gloriæ.

Amen.

¶ Principes populorū congregati sunt R. Cum Deo Abraham. *Pf. 46.*

Ad Benedictus. Ant. 1. D.

Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. *Math. 19.*

Math. 19.

Oratio, ut in Proprio.

AD HORAS, Ant. de Laudibus, quartâ prætermisâ; quod semper observatur, nisi aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Jesus.

Cætera, ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Pædicâte.

Capitulum. 1. Cor. 2.

DEo grâtiâs, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorē notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

R. br. In omnem terram
* Exiit sonus eorum. In omnem. ¶ Et in fines orbis terræ * verba eorum. * Exiit. Glória Patri. In omnem.

¶ Non sunt loquelæ neque sermones, R. Quorum non audiantur voces eorum. *Pf. 18.*

Oratio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus minoribus & supra, ac per Octav. Annua-
lium (nisi aliter notetur) in
R. brevis additur * Alle-
lûa, allelûa. Isque ritus serva-
tur in quolibet Communi.*]

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Quorum.

Capitulum. 2. Cor. 5.

Posit in nobis Deus verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

R. br. Dominus excelsus

* Subiecit populos nobis. Dominus. ¶ Elegit nobis hereditatem suam: * Subiecit. Glória Patri. Dominus. *Pf. 46.*

¶ Nimis honorificati sunt amici tui, Deus: R. Nimis confortatus est principatus eorum. *Pf. 138.*

AD NONAM.

Ant. 1. a. Ecce.

Capitulum. 2. Thess. 2.

State, & tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus, & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in grâtiâ, exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

R. br. Confitebimur tibi, Deus: * Invocabimus nomen tuum. Confitebimur tibi, Deus. ¶ Narrabimus * mirabilia tua: * Invocabimus. Glória. Confitebimur. *Pf. 74.*

¶ In generationem & generationem R. Annuntiabimus laudem tuam. *Pf. 78.*

AD II. VESPERAS.

*Ant. 1. N*jecerunt manus in 6. F. Apostolos, & posuerunt eos in custodia. *Act. 5.*

Ant. 2. D. Cæcis denuntiavê-

glóriam. *R.* Super misericórdia tua & veritate tua. *Pf.* 113.

Pater noster, Benedictiones habentur post Psalterium.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

R. vij. Mementóte sermónis mei quem ego dixi vobis : * Non est servus major dómino suo : si me persecúti sunt, & vos persequentur. *V.* Locúti sunt adversúm me lingua dólósá, & sermónibus ódii circumdederunt me : * Non est. *Joan.* 15. *Pf.* 108.

R. viij. De mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo ; propterea odit vos mundus : sed * Confidite, ego vici mundum. *V.* Non derelinquet Dóminus sanctos suos ; eruet eos à peccatóribus, & salvabit eos : * Confidite. *Joan.* 15. *Pf.* 36.

R. ix. Pater sancte, setra eos in nómine tuo quos dedisti mihi. Sicuť tu me misisti in mundum, ego misi eos in mundum ; & * Pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. *V.* Sanctificábunt Sanctum Jacob, & Deum Ísrael prædicábunt : * Pro eis. Glória Patri, * Pro eis. *Joan.* 17. *Is.* 29,

Te Deum.

V. Sacerd. Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus : *R.* Annuntiáte inter gentes ópera ejus. *Pf.* 104.

AD LAUDES.

Ant. *J*esus locúsus est únder. *G.* *J*im discipulis, dicens : Data est mihi ómnis potestas in cælo & in terra ; euntes ergo, docéte omnes gentes. *Mat.* 28.

Ant. 6. F. Prædicáte Evan-

gélium omni creaturæ, baptizantes eos, docentes servare ómnia quæcumque mandáti vobis. *Marc.* 16. *Matth.* 28.

Ant. 2. D. Quórum remissitís peccáta, remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Joan.* 20.

Ant. 4. D. Accipietis virtutem supervenientis Spíritus sancti in vos ; & éritis mihi testes usque ad últimam terræ. *Act.* 1.

Ant. 1. 2. Ecce ego vobiscum sum ómnibus diebus, usque ad consummationem scúli. *Matth.* 28.

Capitulum. *Ephes.* 4.

Chrístus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem Prophétas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastóres, & Doctóres, ad consummationem sanctorum in opus ministèrii, in ædificationem corpóris Christi,

Hymnus.

Celestis aulae Príncipes ;
Sacri duces exércitus ;
Bisséna mundi lúmina,
Olim futuri júdices :
Mersis gravi caligine ;
Per vos dies renáscitur ;
Quos vanus error lúserat ;
Illustrat alma veritas.

Non vi, nec armis militum ;
Fandi nec ullis ártibus ;
Verbo sed irrísæ Crucis,
Christo rebelles súbditis.

Quibus gemébat súbditus ;
Rumpuntur orbis yñcula :
Jam gaudet, excusso jugo,
Liber Dei sub légibus.

Vulgáta terris ómnibus
Per vos Dei mystéria :
Sic vestra terris ómnibus

Commune Apostolorum.

Præclara facta personant.

Uni sit & trino Deo
Suprema laus, summum decus.
De nocte qui nos ad lux
Lumen vocavit gloriæ.
Amen.

¶ Principes populorū congregati sunt R. Cum Deo Abraham. *Pf.* 46.

Ad Benedictus. Ant. 1. D.
Vos qui secuti estis me, in
regeneratione cum sederit Fi-
lius hominis in sede majestatis
sue, sedebitis & vos judi-
cantes duodecim tribus Israel.
Math. 19.

Oratio, ut in Proprio.

*AD HORAS, Ant. de
Laudibus, quartâ prætermisâ;
quod semper observatur, nisi
aliter notetur.*

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Jesus.

Cetera, ut in Psalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Prædicatæ.

Capitulum. 1. Cor. 2.

DEo grâtiæ, qui semper
triumphat nos in Christo
Jesu, & odore notitiæ sue
manifestat per nos in omni loco.

R. br. In omnem terram
* Exiit sonus eorum. In om-
nem. ¶ Et in fines orbis ter-
re * verba eorum. * Exiit.
Gloria Patri. In omnem.

¶ Non sunt loquelæ neque
sermões, R. Quorum non au-
diantur vocēs eorum. *Pf.* 18.

Oratio, ut in Proprio.

[*In Solemnibus minoribus &
supra, ac per Octav. Annua-
lium (nisi aliter notetur) in
R. bre. brevibus additur * Alle-
lûia, allelûia. Isque ritus servat-
ur in quolibet Communi.]*

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Quorum.

Capitulum. 2. Cor. 5.

Posuit in nobis Deus ver-
bum reconciliationis. Pro
Christo ergo legatione fungimur,
tanquam Deo exhortante per nos.
Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

R. br. Dominus excelsus
* Subjicit populos nobis. Dô-
minus. ¶ Elégit nobis * hære-
ditatem suam: * Subjicit. Glô-
ria Patri. Dôminus. *Pf.* 46.

¶ Nimis honorificati sunt
amici tui, Deus: R. Nimis
confortatus est principatus eorū.
Pf. 138.

AD NONAM.

Ant. 1. 2. Ecce.

Capitulum. 2. Theff. 2.

State, & tenete traditiones
quas didicistis sive per ser-
mōnem, sive per epistolam
nostram. Ipse autem Dôminus
noster Jesus Christus, & Deus,
& Pater noster, qui dilexit
nos, & dedit consolationem
veternam, & spem bonam in
gratia, exhortetur corda ve-
stra, & confirmet in omni
opere & sermōne bono.

R. br. Confitebimur tibi,
Deus: * Invocabimus nomen
tuum. Confitebimur tibi, Deus.
¶ Narrabimus * mirabilia tua:
* Invocabimus. Glôria. Confi-
tebimur. *Pf.* 74.

¶ In generationem & gene-
rationem R. Annuntiabimus
laudem tuam. *Pf.* 78.

AD II. VESPERAS.

Ant. I. Injecerunt manus in
6. F. Apostolos, & posue-
runt eos in custodia. *Act.* 5.

Ant. 2. D. Cæcis denuntiavē-

Quid torpémus? inertes
Sanguis Mártiris éxcitat.
Semper máxima laus ingenito

Patrí :
Semper laus gémito máxima
Fílio :
Sacri nexu amoris ,
Sit laus par tibi , Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Omnis qui te colit, Dómine, vita ejus, si in probatióne fuerit, coronábitur. *Tob. 3.*

Ant. 8. G. Hæc est grátia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, pátiens injuste. *1. Petr. 2.*

Ant. 6. F. Qui sustinúerit in finem, hic salvus erit. *Marc. 13.*

¶ Cepérunt ánimam meam; irruerunt in me fortes: R. Neque iniquitas mea, neque peccátum meum, Dómine. *Pf. 58.*

Lectiões de Scriptura occurr.

R. j. Probávit me Dóminus quasi aurum quod per ignem transit: * Vestigia ejus secutus est pes meus; viam ejus custodívi, & non declinávi ex ea. ¶ Omnia detrimentum feci ad cognoscendum Christum, & societatem passiónum illius, configurátus morti ejus: * Vestigia. *Job. 23. Philip. 3.*

R. ij. Certámen forte dedit illi Dóminus, * Ut vínceret, & sciret quóniam ómnium poténtior est Sapientia. ¶ Confortátus est fide, dans glóriam Deo, * Ut vínceret. *Sap. 10. Rom. 4.*

R. iij. Custodívit illum Dóminus ab inimicis: * Descen-

dit cum illo in fóveam, & ¶ In vinculis non dereliquit illum. ¶ Erat Deus cum eo, & eripuit eum ex ómnibus tribulatióibus ejus: * Descendit Glória. ¶ In vineulis. *Sap. 10. Ab. 7.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Etsi in presentí tempore supplicíis hóminum eripiar, manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam; quamobrem fórtiter víta excedendo, exemplum forte relinquam. *2. Mach. 6.*

Ant. 7. d. Prompto ánimo pro gravíssimis ac sanctíssimís légibus honestá morte perfurgar. *2. Mach. 6.*

Ant. 8. c. E celo membra ista possideo; sed propter Dei leges hæc ipsa despicio, quóniam ab ipso me ea recepturum spero. *2. Mach. 7.*

¶ Fortitúdinem meam ad te custodiam; R. Quia Deus susceptor meus es. *Pf. 58.*

Lectiões, ut in Proprio.

R. iv. Factus es mihi adiutor, Dómine, & liberasti me * A rugiéntibus preparátis ad escam, de má nibus queréntium ánimam meam, & de portis tribulatiónum quæ circumdederunt me. ¶ Dóminus mihi ástitit, & confortávit me; & liberátus sum de ore leónis, * A rugiéntibus. *Ecli. 51. a. Tim. 4.*

R. v. Dómine, qui habes sanctam sciéntiam, manifesté tu scis quia cùm à morte possem liberári, * Duros corporis sustineo dolóres; secundum ánimam verò, propter timórem tuam libenter

Commune unius Martyris.

ix

partor. *¶* Gáudeo in passió-
bus, & adimpleo ea quæ de-
funt passiónum Christi in car-
ne mea : * Duros corpóris.
2. *Mach. 6. Coloss. 1.*

Rx. vj. Liberávit me Dómi-
nus ab omni ópere malo ; * Et
salvum faciet in regnum suum
cœlestē. *¶* In die tribulatiónis
exultábo in Deo Jesu meo : su-
per excessa dedúcet me victor ;
* Et salvum. Glória Patri. * Et.
2. *Tim. 4. Habac. 3.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Scio ópera tua,
& labórem, & paciéntiam
suam ; & quia sustinuísti pro-
pter nomen meum, & non de-
fécisti. *Apoc. 2.*

Ant. 4. d. Scient omnes quia
ego dilexi te ; quóniam ser-
vastí verbun paciéntiæ meæ,
& ego servábo te ab hora ten-
tatiónis. *Apoc. 3.*

Ant. 3. c. Qui vicerit, &
custodierit usque in finem ópe-
ra mea, dabó illi potestátem
super gentes, sicut & ego ac-
cépi à Patre meo. *Apoc. 2.*

¶ In die tribulatiónis éruam
te, *Rx.* Et honorificábis me.
Pf. 49.

*Evangelium & Homilia, ut
in Proprio.*

Rx. vij. Qui voluerit ánimam
suam salvam fácere, perdet
eam ; * Qui autem perdiderit
ánimam suam propter me &
Evangélium, salvam faciet
eam. *¶* Erit tibi ánimam tua in
salútem, quia in me habuísti
fiduciam, ait Dóminus. * Qui
autem. *Marc. 8. Jerem. 39.*

Rx. viij. Esto fidéllis usque
ad mortem, & dabó tibi co-
ronam vitæ : * Qui vicerit.

non lædétur a morte secunda.
¶ Usque ad mortem certa pro-
justitia. & Deus expugnábis
pro te inimicos tuos : * Qui
vicerit. *Apoc. 2. Eccli. 4.*

Rx. ix. Qui vicerit, faciam
illum columnam in templo
Dei mei ; * Et foràs non egre-
diétur amplius : * & † Scri-
bam super eum nomen Dei
mei, & nomen civitátis novæ
Jerúsalem. *¶* Plantábo eum,
& non turbábitur amplius ;
nec addent filii iniquitátis, ut
affligant eum sicut prius, * Et
foràs. Glória Patri. † Scri-
bam super eum. *Apocal. 3.
1. Reg. 7.*

Te Deum.

¶ Sacerd. Cantábo, Dómi-
ne, fortitudinem tuam : *Rx.* Et
exultábo mané misericórdiam
tuam. *Pf. 58.*

A D L A U D E S.

Ant. 3. a. Dóminus mecum est,
quasi bellátor for-
tis : idcirco qui persequuntur
me, cadent, & infirmi erunt.
Jerem. 20.

Ant. 1. f. Circumdederunt
me undique, & non erat qui
adjuvaret : memorátus sum
misericórdiæ tuæ, Dómine,
quóniam éruis sustinentes te.
Eccli. 51.

Ant. 2. D. Bonus Dómi-
nus, & confortans in die tri-
bulatiónis, & sciens sperantes
in se. *Nahum. 1.*

Ant. 4. A. Cantáte Dómi-
no, laudáte Dóminum ; quia
liberávit ánimam páuperis de
manu mallórum. *Jerem. 20.*

Ant. 7. d. Eripuísti me de
témpace intquo ; propterea
confitebor, & laudem dicam

Commune unius Martyris.

tibi, & benedicam nómini Dómini *Eccli. 51.* sum consummávi, fidem servávi: in reliquo repóita est mihi

Capitulum. Apoc. 3.

Oui vicerit, vestiétur vestimentis albis; & non delebo nomen ejus de libro vitæ: & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

Hymnus.

Jam non te lacerant carnificum manús,
Inter qui récubas coelstruum choros:

Nunc pro cárcere cæco
Fulgentes hábitas domos.

Non jam vincla manus, non
côhibent pedes;

Tu liber supèrum regna perambulabás:

Quor plagis laniátus,

Coelo tot rádiis rutes.

Nec te dira fames, nec sitis amplius,

Nec probroía premit te módo núdus:

Nunc te lumine puro
Pascit Christus & induit.

Sic in Martyribus dexter ades,
Deus,

Ut quos mors periclit, glória vindictet;

Confundisque tyrannum,
Dum quos déprimit, elevas.

Semper máxima laus ingénito Patri:

Semper laus génito máxima Filio:

Sacri nexus amoris,

Sit laus par tibi, Spíritus.

Amen.

✠ Adjuvor meus, tibi psallam; & Quia Deus susceptor meus es. *Pf. 58.*

Ad Benedíctus. *Ant. 1. D.*
Bonum certámen certávi, cus-

sum consummávi, fidem servávi: in reliquo repóita est mihi coróna justitiæ. 2. *Tim. 4.*

Oratio.

Adesto, Dómine, supplicatióibus nostris, ut qui beáti Mátyris tui *N.* nataliis gloriámur, nec minis injuste persequéntium, nec ullis perturbémur adversis; Per Dóminum nostrum.

Alia Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine, intercedente beáto *N.* Mátyre tuo, in tua fide & sinceritate constántiam; ut in caritate divína firmati, nullis tentatióibus ad ejus integritate divellámur; Per.

Si sit Pontifex, Oratio.

OMnipotens sempiternus Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum es virtute mirabilis: da nobis in festivitáte beáti *N.* cum gratiarum actiõe lætari, qui Filii tui Mátyr & Póntifex, quod ministerio gessit, testimonio comprobávit; & quod prædicávit ore, confirmávit exemplo; Per eundem Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, cujus grátia beátum *N.* Pontificem tuum in Sacerdotium elégit, doctrina ad prædicandum erúdiit, poténtia ad perseverandum confirmávit: da nobis ex ejus imitatiõe pópulum christiánum & instruere vivendi exemplo, & confirmáre patiendo; Per Dóminum.

Si sit Sacerdos tantum, Oratio.

DEus, à quo constántiam fides, & virtutem sumit infirmitas: quæsumus, ut beát

N. Sacerdōis & Mārtyris tui exemplo & precibus, quidquid in persecutiōibus laevum est, quidquid in morte terribile, facias nos tui nominis confessiōe superāre; Per Dōminum.

A D P R I M A M.

Ant. 3. a. Dōminus.

A D T E R T I A M.

Ant. 1. f. Circumdederunt me.

Capitulum. Mat. 41.

E runt quasi non sint, & evēluti consūptio, hōmines bellantes adversum te; quia ego Dōminus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.

R. br. In Deo salutāre meum, * Et glōria mea. In Deo. *Ps.* 61.

Ps. 61. *Ps.* 17. *Ps.* 17. *Ps.* 17.

A D S E X T A M.

Ant. 2. D. Bonus Dōminus.

Capitulum. 2. Tim. 1.

P atior, sed non confundor. scio enim cui credidi; & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.

R. br. Si consistant adversum me castra, * Non timebit cor meum. Si consistant. *Ps.* 26.

Ps. 26. *Ps.* 26. *Ps.* 26.

A D N O N A M.

Ant. 7. d. Eripuisti me.

Capitulum. Tob. 3.

P ost tempestatem tranquillum facis, Dōmine; & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum, Deus Israel, benedictum in secula.

R. br. Factus es, Dōmine, * Susceptor meus. Factus es. *Ps.* 58.

Ps. 58. *Ps.* 58.

A D I I. V E S P E R A S.

Ant. 8. G. **P** ropter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam. *Philip.* 2.

Ant. 3. a. Patienter sustinens, destinavit non admittere illícita propter vitæ amorem. 2. *Mach.* 6.

Ant. 7. a. Divitias estimans improprium Christi, aspiciēbat in remunerationem. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariē præbat ad supplicium. 2. *Mach.* 6.

Ant. 1. D. Hoc modo vitæ decessit, universæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens. 2. *Mach.* 6.

Capitulum. Jac. 1.

B eatus vir qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromittit Deus diligentibus se.

Hymnus, Ex quo, salus, ut
in *f. Vesperis*.

†. Posuisti, Domine, in ca-
pite ejus coronam &c. De lápi-
de pretioso. *Pf.* 20.

Ad Magnificat. Ant. 4. *D.*

Justum non dereliquit Deus ;
donec afferret illi poténtiam

adversus eos qui eum depri-
mébant ; & dedit illi claritá-
tem æternam. *Sap.* 10.

Oratio, ut supra ad Laudes.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. **V**enit hora, ut omnis
a. D. qui interficit vos,
arbitrétur obsequium se præ-
stare Deo. *Joan.* 16.

Ant. 3. *c.* Injicient vobis
manus suas, & persequentur
trahentes ad reges & præfides
propter nomen meum. *Luc.* 21.

Ant. 4. *D.* Tradet autem
frater fratrem in mortem ; &
insurgent filii in parentes, &
morte eos afficient. *Matth.* 10.

Ant. 1. *D.* Eritis odio om-
nibus propter nomen meum ;
qui autem perseveraverit us-
que in finem, hic salvus erit.
Matth. 10.

Ant. 8. *G.* Dabo vobis os &
sapientiam, cui non poterunt
resistere & contradicere omnes
adversarii vestri. *Luc.* 21.

Capitulum. 1. *Petr.* 4.

Si exprobrámini in nómine
Christi, beati éritis ; quón-
iam quod est honoris, glóriæ,
& virtutis Dei, & qui est ejus
Spiritus, super vos requiescit.

In Duplicibus, & supra :

Et. In nullo terreamini ab
adversariis ; * Quia vobis do-
natum est pro Christo, non
solum ut in eum credátis, sed
ut etiam pro illo patiamini.
†. Confortámini, & non dis-
serventur manus vestre : erit

enim merces óperis vestro ;
* Quia. Glória Patri. * Quia.
Philip. 1. 2. *Paral.* 15.

Hymnus.

Christi Martyribus debita
nos decet,

Virtutis memores, prómere
cántica ;

Quos nec blanditiis, nec
póruit minis

Fallax vincere sèculum.

Cœlestis Patriæ mens inhians
bonis,

Mundi spernit opes fluxa-
que gaudia ;

Vitæ quin etiam, præ Dó-
mini lucro,

Jaçturam fácilem putant.

Non vultus métuunt carnifi-
cum truces :

Fœtas supplicii despiciunt
manus :

Enses, flagra, rotas, omnia
pérpeti

Victrix edócuit fides.

O incredibilem vim patien-
tiæ !

Non, artus laceros qui crú-
ciat dolor,

Extorquet gémitum, non
querimóniam

Agnis mitibus élicít.

Ergo núnc própior, **Christe,**
tibi fedet

Falmis turba nitens usque
victisibus .

Victorumque gerens præ-
mia, nobiles
Mulco sanguine læreas.

Sit laus summa Patri, summa-
que Filio :

Sit par, sancte, tibi gloria,
Spiritus,

Cujus præsidio prælia susti-
nent,

Contemptâ nece, Martyres.
Amen.

¶. Vicissiter agite, & confortetur cor vestrum, R. Omnes qui speratis in Domino. *Pf. 30.*

Ad Magnificat. *Ant. 8. G.*

Cum vos oderint homines, & exprobraverint propter Filium hominis, gaudete & exultate : ecce enim merces vestra multa est in celo. *Luc. 6.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

[In Solemnibus majoribus, & supra, ad Completorium :

Ant. 2. A. Complebuntur dies iustis tui, Sion : non occidet ultra sol tuus : populus tuus omnes iusti. *Is. 60.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Servient Deo servi ejus, & videbunt faciem ejus ; & nomen ejus in frontibus eorum. *Apoc. 22.]*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dominum legitime certantes coronantem, * Venite, adoramus. *2. Tim. 2.*

Pf. 94. Venite. *2.*

Hymnus.

Fortes cadendo Martyres,
Quos empta fuso sanguine
Coelestis ornat purpura,
Junctis canamus vocibus.

Asti procellis omnibus,
Sui cruoris flumine
Vehuntur, & Christo duce,
Portus beates occupant.

Sævit tyrannus, illicet,
Temnunt minas, temnunt pre-
ces,

Deum minantem dum timent,
Dum munerantem diligunt.

Quem licetor insanus sinit,
Quem cæcus effundit furor,
Amor sacerdos prodigum
Christo cruorem consecrat.

Et ille mixtus sanguini
Quem fudit in ligno Deus,

Fundentibus placabilem
Orare non cessat Deum.

Implere vos omnes deces

Passo Deo quod defuit :

Per tot neces læso Patri

Fit plena Christus hostia.

Æterne tu Verbi Pater,

Æterne Fili par Patri,

Et par utriusque Spiritus,

Tibi, Deus, sit gloria.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Convenérunt ad-
versum nos, ut nos disper-
dant : quomodo poterimus
subsistere, nisi tu, Deus, ad-
juves nos ? *1. Mach. 3.*

Ant. 5. a. Sequimur te in
toto corde, & timemus te, &
querimus faciem tuam : erue
nos, & da gloriam nomini
tuo, Domine. *Dan. 3.*

Ant. 8. G. Omnes qui offen-
dunt servis tuis mala, confun-
dantur in omnipotentia tua ;
& sciant quia tu es Dominus
Deus solus. *Dan. 3.*

¶. Da nobis auxilium de
tribulatione, R. Quia vana sa-
lus hominis. *Pf. 59.*

Lectiones de Scriptura occur-
rente.

R. j. Nos stulti propter Chri-
stum, maledicimur, & bene-
dicimus : * Persecutionem pa-

amur, & sustinemus: blasphemiamur, & obsecramus. *Ps. Propter te, Domine, mortificamur tota die: aestimati sumus sicut oves occisionis: * Persecutionem. 1. Cor. 4. Ps. 43.*

R. ij. Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an persecutio? an gladius? * Neque mors, neque vita poterit nos separare a caritate Dei. *Ps. Hæc omnia veniunt super nos, nec obliti sumus te, Domine; * Neque mors. Rom. 8. Ps. 43.*

R. iij. Deus omnis gratiarum, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, * Modicum passus ipse perficiet: ipsi gloria & imperium in sæcula seculorum. *Ps. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit: * Modicum. Gloria Patri. In sæcula. 2. Petr. 5. 2. Mach. 7.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. b. In mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. *2. Cor. 4.*

Ant. 3. b. Parati sumus mori, magis quam patrias Dei leges prævaricari. *2. Mach. 7.*

Ant. 6. F. Propitius sit nobis Deus: non est nobis utile relinquere legem & justitias Dei, ut eamus altera viâ. *2. Mach. 2.*

Ps. In Deo faciemus virtutem; *R.* Et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. *Ps. 59.*

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Absit a nobis, ut relinquamus Dominum, & servemus diis alienis: * Domino

Deo nostro serviemus, & obedientes erimus præceptis eius. *Ps.* Etsi sunt qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra; nobis tamen unus Deus: * Domino. *Josue. 24. 1. Cor. 8.*

R. v. Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis. * Potius est ab hominibus morti datos spem expectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos. *Ps.* Sicut abundat passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra; * Potius est. *2. Mach. 7. 2. Cor. 1.*

R. vj. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, * In necessitatibus, in angustis, in plagis, in carceribus. *Ps.* Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. * In Gloria. * In. *2. Cor. 6. Judit. 8.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate; ut consentur, & deabentur usque ad tempus prænitium. *Dan. 11.*

Ant. 4. A. Distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. *Hebr. 11.*

Ant. 8. c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est! *Sap. 5.*

Ps. Salus iustorum a Domino; *R.* Et protector eorum in tempore tribulationis. *Ps. 36.*

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

R. vij. Ludibria & verbera

Commune plurium Martyrum.

experti insuper & vincula & cárceres, * Lapidáti sunt, **scđi** in fornace probávit illos, & sunt, tentáti sunt, in occisiónē gládii mórtui sunt. ¶ Tradidérunt córpora sua, ne fervirent, & ne adorárent omnem deum, excepto Deo suo: * Lapidáti. *Hebr. 11. Dan. 3.*

R. viij. Vicérunt propter sanguinem Agni, & propter verbum testimónii sui, & non diléxerunt ánimas suas usque ad mortem: * Propterea lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. ¶ Múdico dolóre sustentáto, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: * Propterea. *Apoc. 12. 2. Mach. 7.*

R. ix. Antíquus díerum júdicium dedit sanctis Excelsi; * Et † Regnum obtinuerunt sancti. ¶ Per fidem operáti sunt justiciam, adepti sunt repromissiónes; * Et. Glória. † Regnum. *Dan. 7. Hebr. 11. Te Deum.*

¶ Sacerd. Salvasti nos, Dómine, de affigéntibus nos; R. Et in nómine tuo confitébimur in séculum. *Pf. 43.*

A D L A U D E S.

Ant. **D**atum est béstiz bellum facere cum sanctis, & vincere eos. *Apoc. 13.*

Ant. 7. d. Elegérunt magis mori, & noluerunt infringere legem Dei sanctam; & trucidáti sunt. 1. *Mach. 1.*

Ant. 1. f. Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illórum immortalitate plena est. *Sap. 3.*

Ant. 2. D. In paucis vexáti, in multis bene disponentur; quóniam Deus tentávit eos, & invenit illos dignos se. *Sap. 3.*

Ant. 7. d. Tanquam aurum quasi holocausti hóstiam accépit illos; & in témpore erit respectus illórum. *Sap. 3.*

Capitulum. Jac. 1.

Omne gáudium existimáte, fratres mei, cum in tentatiónes várias incidéritis: scientes quód probatio fidei vestre paciéntiam operáitur; paciéntia autem opus perfectum habet.

Hymnus.

Quam, Chríste, signasti viam

Primus, profúso sanguine, Per hanc tui te fóruiter Ducem sequuntur milites.

Fossus manus, fossus pedes, Ovans ad astra transvolas; Et membra trunci Mátyres. Addunt triumpho se tuo.

Omnes in ostro spléndidi Tuum tribúnal ámbiunt; Accepta monstrant vulnera, Et per tot ora supplicant.

Audire si nos respicis, Ques criminum moles gravat;

Audi vos, qui sanguinem! Fudere pro te, Mátyres.

Fac, si tyrannus déficit, Ne blandiendo molliús Frangat voluptas pectora; Ipsis tyrannis favior.

Æterne tu Verbi Pater, Æterne Fili par Patri, Et par utrique Spíritus, Tibi, Deus, sit glória. Amen.

* Multæ tribulatiónes justórum; R. Et de omnibus his liberábit eos Dóminus. *Pf. 35.*

Ad Benedictus. Ant. J. Beati xpi persecutiónem patiuntur propter justiciam; quóniam

xvj *Commune plurium Martyrum.*

Ipſorum eſt regnum cœlorum.

Matth. 9.

Capitulum. 2. Cor. 4.

Quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublîmitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna ſunt.

DEus invisibilis fortitudo certantiu, adeſto, quæſumus, nobis ſupplicãntibus; ut qui hodiernâ die ſanctorum Martyrum tuorum *N. & N.* glorioſum triumphum recollimus, eorum meritis & precibus contra ſpirituãlia nequitiæ maniamur; Per Dominum.

Alia Oratio.

Omnipotens ſempiternæ Deus, qui in ſanctorum tuorum cordibus ſtammam tuæ dilectionis accendis: da mentibus noſtris eandem fidei caritative virtutem; ut Martyrum tuorum *N. & ſociorum*, quorum gaudemus victoriis, proficiamus exemplis; Per Dominum noſtrum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Datum eſt beatiæ.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Elegerunt.

Capitulum. Sap. 3.

Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt aſſectio eorum; & quod à nobis eſt iter, exterminium: illi autem ſunt in pace.

R. br. Custodit Dominus * Animas ſanctorum ſuorum. Custodit. *ſ. De manu peccatoris liberabit* * Animas. *Gratia Patri. Custodit. Pf. 96.*

ſ. Dominus loquetur pacem in plebem ſuam, *R. Et ſuper ſanctos ſuos. Pf. 84.*

AD SEXTAM.

Ant. 2. f. Si coram hominibus.

Omnipotens ſempiternæ Deus, qui in ſanctorum tuorum cordibus ſtammam tuæ dilectionis accendis: da mentibus noſtris eandem fidei caritative virtutem; ut Martyrum tuorum *N. & ſociorum*, quorum gaudemus victoriis, proficiamus exemplis; Per Dominum noſtrum.

R. br. Probasti nos, Deus, * Et eduxiſti nos in refrigeriu. Probasti. *ſ. Igne nos examinaſti* * ſicut examinaſtur argentum, * Et eduxiſti. *Glória Patri. Probasti. Pf. 65.*

ſ. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliſti, *R. Annis* quibus vidimus mala. *Pf. 89.*

AD NONAM.

Ant. 7. d. Tanquam aurum.

Capitulum. Iſaiz 9.

Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capti prædâ, quando dividunt ſpôſa.

R. br. Qui ſeminant in lacrymis, * In exultatione metent. Qui. *ſ. Euntes ibant & ſebant,* * mittentes ſemina ſua; * In exultatione metent. *Glória Patri. Qui ſeminant.*

ſ. Venientes venient cum exultatione, R. Portantes manipulos ſuos. Pf. 125.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. D. Vidi animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant. *Apoc. 6.*

Ant. 4. D. Stabant ante thronum in conſpectu Agni; & patentes in manibus eorum. *Apoc. 7.*

Ans. 8. G. Venérunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas & dealbaverunt eas in sanguine Agni. *Apoc. 7.*

Ans. 1. D. Ante thronum Dei sunt, & sérviant ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitábit super illos. *Apoc. 7.*

Ans. 3. a. Non esúrient, neque sitient ampíus; nec caderet super illos sol, neque ullus zélus. *Apoc. 7.*

Capitulum. Apoc. 21.

Alterget Deus omnem lacrymam ab óculis eó-

rum, & mors ultra non erit; neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt.

Hymnus, Christi Martyribus. ut in I. Vesperis.

¶. In æternum exultábunt;
R. Et habitábis in eis. Ps. 5.

Ad Magnificat. Ans. 8. G.

Datæ sunt illis singulæ stolæ albae; & dictum est illis ut requiescerent, donec compleantur confervi eórum, qui interficiendí sunt sicut & illi. *Apoc. 6.*

Oratio, ut supra ad Laudet.

COMMUNE PONTIFICUM.

IN I. VESPERIS.

Ans. 3. a. **S**uscitábo mihi sacerdotem fidélem, qui iuxta cor meum & animám meam faciet. *1. Reg. 2.*

Ans. 8. G. Elégi eum ex omnibus mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altáre meum, & adoleret mihi incensum. *1. Reg. 2.*

Ans. 2. D. Edificábo ei domum fidélem; & ambulábit coram Christo meo cunctis diébus. *1. Reg. 2.*

Ans. 5. C. Erit ipsi pactum sacerdotiú sempiternum, quia zelátus est pro Deo suo; & expiávit scelus filiórum Israel. *Núm. 25.*

Ans. 1. f. Quemcumque elégerit Dóminus, ipse erit sanctus. *Núm. 16.*

Capitulum. Hebr. 5.

Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocá-
tur à Deo, tanquam Aaron.

Sic & Christus non semetipsum clarificávit ut pón-tifex fieret, sed qui locútus est ad eum; Filius meus es tu, ego hódie genui te; quemádmó-dum & in álio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ór-dinem Melchisedech.

In Duplicibus, & supra:

*R. Locútus es sanctis tuis; Dómine, & dixisti: Invénit servum meum, * Oleo sancto meo unxi eum: † Manus mea auxiliábitur ei. ¶. Huic Deus testimonium pérhibens, dixit: Invénit virum secundum cor meum: * Oleo. Glória Patri. † Manus. Ps. 88. Ant. 13.*

Hymnus.

Christe, Pastórum caput atque princeps, Præfúlis festam veneráta lu-
cem,

Débitis supplex tua templá
votis

Turba frequentat.

Ille non vano résonit tremen-

dans

Spiritus sedem, proprio nec

ansu :

Sed factam iustus, Dómino

vocante,

Sumpsit honórem.

Saténium bello púgilem su-

perni

Chrismatis pleno tuus unxit

inris

Spiritus cornu, posuitque

sanctam

Páscere gentem.

Fit regis pastor, pater atque

forma :

Latus impendit sua, seque;

servus

Omníam, curis gravis, om-

nibusque

Omnia factus.

Pro reis erat, séfick gementes,

Exigit lapsos, tenebrasque

pellit,

Fit potens verbo, docet alta,

pravum

Cónterit hostem.

Fac ut illius préceibus juvémur,

Christe; fac Patrem, pari-

terque tecum

Spirítum jugi celebrémus

hymno

Omne per xvum. Amen.

¶. Ecátus quem elegisti &

assumpstisti : R. Inhabirábit in

scris tuis. Ps. 64.

. Ad Magnificat. Ant. 4. f.

Elégit ipsum Dóminus ab om-

ni vivente offerre sacrificium

Deo, incensum & bonum. odó-

sem pro pópulo suo. Eccli. 45.

Oratio, ut infra ad Laudes.

[In Solemnibus-majoribus

& supra, ad Completorium;

Ant. 3. d. Die noctuque fugie-

bat secans ab óculis meis pro

grégibus tuis, Dómine. Gen. 32.

Ad Nuac dimittis.

Ant. 7. G. Cúm vénerit Dó-

minus, & pulsáverit, beát

servi quos invénerit vigilantes.

Luc. 12.]

AD OFFICIUM NOCTI.

Invis. Christum Pastórum

principem, * Veníte, adoré-

mus. 1. Par. 5.

Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

CHRISTE, decreto Patris in-

stitúrus

Póntifex summo, tibi, qui

fidéles

Quos legis, formas pópulis

regendis

Ipsé ministros :

Hunc juvat festo celebráre can-

ta,

Quí libet magnis méris

abundans,

Flens & invidus, duce te,

tremendum

Sumpsit honórem.

Nóverat quantum páteas periclé

Ile, qui summos ápicés

adeptus,

Omníum curas, sibi rapta

uni,

Sústinet omnes.

Pécerat fervens amor inquiet-

tum :

Quó gregis cari pia cura

poscit,

Advolat promptus : mors

non euntem

Ulla retardat.

Dux iter, vitá præeunte,

monstrat ;

Cómprobat factis sua dicta

magnis ;

Et domum sanctam bene

olente Christi

Implet odóre.

latus erat cuncto; columnen la-
bant,

Una spes lapsa, miseris le-
vamen,

Próvidus cunctis pater, om-
nibusque

Omnia factus.

Christe, Pastórum bonar ipse
Pastor,

Qui greges pacis próprio
cruóre,

Fac ut æternæ sibi tant opti-
ma

Pascua vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Vocávit eum
Dóminus, & ait: Vidi affli-
ctiónem pópuli mei: veni, &
miseram te, ut educas pópulum
meum. Exod. 3.

Ant. 1. g. Dixit ad Deum:
Quis sum ego, ut vadam &
educam filios Israel? Qui dixit
ei: Ego ero tecum. Exod. 3.

Ant. 8. G. Vade in hac for-
nitudine tua, & liberábis Is-
rael: scito quod miseram te.
Judic. 6.

Ps. Póstat adjutorium in po-
tente, R. Et exaltávi electum
de plebe mea. Ps. 88.

Lectiones de Script. occurrente.

R. j. Rectórem te posue-
runt? noli extolli: * Esto in
illis quasi unus ex ipsis; cu-
ram illórum habe. Ps. Si quis
vult primus esse, erit ómnium
novissimus, & ómnium min-
ster: * Esto. Eccli. 32. Marc. 9.

R. ij. Speculatórem dedi te
dómiui Israel: * Audiens ergo
ex ore meo sermónem, annun-
tiábis eis ex me. Ps. In mente
habe qualiter accéperis, &
audieris, & serva: * Audiens.
Ezech. 33. Apoc. 3.

R. iij. Accede ad altáre,
& immola pro peccáto tuo:

* Offer holocaustum, & ¶ De-
precáre pro te & pro pópulo.
Ps. Debet Póntifex quemámo-
dum pro pópulo, ita etiam
& pro semetipso offerre pro
peccáris: * Offer. Glória Patr. ¶
Deprecáre. Levit. 9. Hebr. 9.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. In lege Dómini
congregatióem judicávit, &
in fide sua probárus est prophé-
ta; & cognárus est in verbis suis
fidéls. Eccli. 46.

Ant. 3. à. Dedit illis legem,
ne obliviscerentur præcepta
Dómini, & ut non exerrárent
mentibus; & hostabárus ne
legem amoverent à corde suo.
2. Mach. 2.

Ant. 8. c. Apéruit os suum,
& in oratióne confitébitur Dó-
mino; & ipse diriget consilium
ejus & disciplinam. Eccli. 39.

Ps. Invocábant Dóminum
sacerdótes ejus: R. Ipse exau-
diébat eos, & loquebárus ad
eos. Ps. 98.

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Audívit eum Dómi-
nus & vocem ipsius, & dedi-
it illi præcepta, & legem vitæ
& disciplinæ, * Docere Jacob
testamentum suum, & júdicia
sua Israel. Ps. Hic est qui fuit
in Ecclesiá cum páribus no-
stris, qui accépit verba vitæ
dare nobis, * Docere. Eccli. 45.
Act. 7.

R. v. Pactum meum fuit
cum eo vitæ & pacis; & dedi
ei timórem, & tinnit me:
* Lex veritátis fuit in ore ejus;
& iniquitas non est inventa in
labiis ejus. Ps. Fidéls erat ip-

vota domo ejus tanquam famulus, in testimonium eorum quae dicenda erant: * *Lex. Malach. 2. Hebr. 3.*

Re. vj. In pace & in quiete ambulavit, & multos revertit ab iniquitate: * *Lá-bia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore ejus; † Quia angelus Domini exercituum est. † Oportet Episcopum amplecti eum, qui secundum doctrinam est, & fidélem sermonem; ut potens sit exhortari in doctrina sana: * Lá-bia. Glória Patri. † Quia angelus. Malach. 2. Tit. 1.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. A. In omni opere dedit confessionem Sancto & Excelso in verbo gloriæ. *Eccli. 47.*

Ant. 7. d. Erogavit pecunias multas: justitiam & fidem conservavit genti suæ; & exquisivit omni modo exaltare populum suum. *1. Mach. 14.*

Ant. 1. a. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus sequetur a generatione in generationem. *Eccli. 39.*

†. Justitia ejus manet in seculum seculi: *Re. Cornu ejus exaltabitur in glória. Ps. 111.*

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

Re. vij. Quis est fidelis servus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? * *Beatus ille servus quem, cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. †.* A domino suo præpositus omnibus; gubernabat

crediam sibi donum: * *Beatus. Matth. 24. Genes. 39.*

Re. vij. Dominus supra omnia quæ possidet, constituet illum: * *Omni autem cui malum datum est, multum queretur ab eo; & cui commiserunt multum, plus petent ab eo. †.* In manu Dei potestas terræ; & utilem rectorem fuscitabit in tempus super illam: * *Omni autem. Luc. 12. Eccli. 10.*

Re. ix. Euge, serve bone & fidelis; quia super pauca fuisi fidelis, super multa te constituum: * *Intra in gaudium domini tui. †.* Super populum meum constitui te: sapientia & scientia data sunt tibi; & gloriám dabo tibi: * *Intra. Glória. †.* *Matth. 25. a. Paral. 1.*

Te Deum.

†. *Sacerd. Domus Aaron, benedicite Domino: Re. Domus Levi, benedicite Domino. Ps. 134.*

A D L A U D E S.

Ant. Qui intrat per ostium; *7. a. Q*uasi pastor est ovium: huic ostiarius aperit; & oves vocem ejus audiunt. *Joan. 10.*

Ant. 2. D. Proprias oves vocat nominatum, & educit eas, & ante eas vadit. *Joan. 10.*

Ant. 7. d. Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus; alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo. *Joan. 10.*

Ant. 6. F. Si perdidit unam ex illis, vadit ad illam, donec inveniat eam; & cum invenit, imponit in humeros suos gaudens. *Luc. 15.*

Commune Pontificum.

123

Ant. S. G. Fur venit ut perdat; mercenarius videt lupum, & fugit: bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. *Joan. 10.*

Capitulum. 1. Petr. 5.

Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum; neque turpis lucri gratià, sed voluntariè; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.

Hymnus.

Jesu, Sacerdotum decus;
In hac die, qua glorià
Sanctum coronas Praefulem,
Votis adesto supplicum.

Sui probatus praemium
Amoris, & pignus tui,
A Patre traditus tibi
Accipit agnos pascere.
Hos novit, & prae vocans
In tuta quemque pascua,
Victumque praebet: audiunt,
Sequuntur, & vivunt oves.
Quam sentit errantem jugis,
Hanc nocte quirit ac die;
Et gaudet inventam suo
Portans ovili reddere.

Arceat frementes bestias,
Dapi retundit imperus,
Dolosque fallit, vel mori
Caro paratus pro grege.
Offert frequentem victimam
Cum plebe Pastor innocens;
Secumque devotum gregem
Pius sacerdos immolat.

Supreme Christe Pontifex,
Jugis sibi sit gloria,
Cum Patre, cumque Spiritu;
In sempiterna secula. Amen.

¶. Elegit Dominus servum suum, R. Pascere haereditatem suam. *Pf. 77.*

Ad Benedictus. Ant. 1. D.
Ego sum ostium: per me quis introierit, salvabitur; & ingredietur, & egredietur, & pasca inveniet. *Joan. 10.*

Oratio.

Deus, qui populo tuo indulgentià concessisti, & amore dominaris; qui te regendis vicarios caritatis tuae praeficis ministros: da, quaesumus, intercedente beato N. Pontifice, Spiritum sapientiae, quibus praesse dedisti Ecclesiae tuae; ut de profectu sanctorum omnium fiant gaudia aeterna pastorum; Per Dominum..... in unitate ejusdem.

Alia Oratio.

Deus, fideium lumen & Pastor animarum, qui beatum N. Episcopum in Ecclesia posuisti, ut oves tuas verbo pasceret, & informaret exemplo: da nobis ejus in intercessione, & fidei servasse quam verbo docuit, & vitam sequi quam exemplo monstravit; Per.

A D P R I M A M.

Ant. 7. a. Qui intrat.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Proprias oves.

Capitulum. Prov. 27.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera; non enim habebis jugiter potestatem; sed corona tribuetur in generationem & generationem.

R. br. Deus protector meus; * In ipso speravi. Deus. ¶. Qui subdit * populum meum sub me, * In ipso. Gloria Patri. Deus. *Pf. 143.*

¶. Nisi Dominus custodierit

struam, R. Frustra vigilat qui custodit eam. *Pf. 126.*

A D V E S P E R A M.

Ant. 7. A. Oves.

Capitulum. Jerem. 3.

Introducam vos in Sion, & dabo vobis Pastores juxta cor meum; & pascent vos scientia & doctrina.

R. br. Deducit eos. In viam rectam, Deducit. R. Ut irent. In civitatem habitationis. In viam gloria. Deducit. Pf. 104. R. Abfultis sicut oves populum suum. R. Sic dicit duxit eos in spe. Pf. 77.

A D V E S P E R A M.

Ant. 8. G. Eus vespis.

Capitulum. Act. 20.

Antidote vobis, & unguento gregi, in quo vos Spiritus sanctus & Spiritus episcopos regere: Ecclesiam Dei, quam acquisivisti sanguine, & R. S. Pavidus est in innocentia cordis sui, & in innocentia. Gloria. Pavidus. *Pf. 77.*

R. Nos populus tuus & oves pasce: tuus, IRA Confitebimur tibi in seculum. Pf. 78.

A D V E S P E R A M.

Ant. 3. a. Celsus factus sum. 3. a. Ego minister secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei. Coloss. 1.

Ant. 4. E. Scitis quomodo nihil subtraxerim utilitatem, quominus annuntiarem vobis, &

docerem vos publice, & per domos. Act. 20.

Ant. 1. D. Mundus sum in sanguine hominum; non enim subterfugi quominus annuntiarer omne consilium Dei vobis. Act. 20.

Ant. 8. G. Nihil vescor, nec facio animam meam pretiosorem quam me, & summo conlumnam cursum meum, & ministerium verbi quod accepi à Domino. Act. 20.

Ant. 7. G. Adhuc à me hoc peccatum in Domileum, ut cessarem orare pro vobis; & docebo vos viam bonam & rectam. 1. Reg. 18.

Capitulum. Act. 20.

Notte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum; & nunc, compendio vos Deo, & verbo gratiae ipsius, qui potens est edificare, & dare hereditatem in sanctificatione impietate.

Hymnus, Christe, Pastorum. ut in I. Hesperia.

R. Saluum fecit Dominus Christum suum: Et Exaudiet illum, de caelo sancto sap. Pf. 119.

Ad Magnificat. Ant. 3. C. Sacerdotes tui induantur salutem: Domine Deus, ne avertas faciem Christi tui: memento misericordiarum servitui. 2. Paral. 6.

Oratio, ut supra ad Lamentos.

COM MUNE DOCTORUM.

IN I. VESPERIS.

Ans. **A** Deo profecta est, sapientia: & in ore fidei abundabit; & dominator habit eam illi. *Eccli. 15.*

Ans. **C.** Denudabit absconsa sua illi, & thesaurisabit super illum scientiam & intellectum iusticie. *Eccli. 4.*

Ans. **G.** Firmabitur in illo, & non fluctetur; & conturbabit illum, & non confundetur; & exaltabit illum apud proximos suos. *Eccli. 15.*

Ans. **3. a.** In medio Ecclesie aperiet os ejus, & adimplebit illum spiritu sapientie & intellectus. *Eccli. 15.*

Ans. **1. D.** Stola glorie vestiet illum; & nomine eterno hereditabit illum. *Eccli. 15.*

Capitulum. *Eccli. 31.*

Animam meam dixi ad sapientiam, & in agnitione inveni eam: possedi eam ipsa cor ab initio; propter hoc non derelinquar.

In Duplicibus, & supra:

R. Dominus dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam: *

Ipse revelat profunda & abscondita, & † Lux eorum est. * Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei: *

† Ipse Gloria. † Lux. *Dan. 2. 1. Cor. 2.*

Hymnus.

Qui perpetuus nos minor doces,
Vox eterna Patris, Christe,
vicarius

Doctores, parias cum re-
meas domos,
Nobis quam bene suppetis!
Hi semper vigilant, ne quid
adulterum

Corrumpat fidei virginorum
deus:

Lædi vel leviter non possunt
fides,

His custodibus integra.
Infames abolent reliquias
deum:

Errores abigunt, crimina
dedocent:

Christo restitunt, quos male
credulos

Mendax luserat hæresis.
Patrum cantem, tot venerabiles

Rugas obijciunt, unde nitet
fides:

Quæ sunt præca, docent;
quæ nova subruunt:

Servant depositum Dei.
Sic suprema tibi gloria, Veritas;

Quæ per scripta Patrum
quando foris sonas,

Nulla vocis egens, corda
doces, sono,

Et te mentibus inseris.
Amen.

* Beatus homo quem tu
erudieris, Domine; R. Et de
lege tua docueris eum. *Pf. 93.*

† Magnificat. *Ans. 7. G.*
Beatus qui excogitat vias
sapientie, ipse corde suo, vadens
post illam quasi investigator:
protegetur sub tegmine illius
à fervore, & in gloria ejus
requiescet. *Eccli. 14.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

[*In Solemnibus-majoribus,
& supra, ad Complexorium:*
Ant. 3. a. Dedit illi Dominus
in præceptis suis potestatem
docere Jacob testimonia, &
in lege sua lucem dare Israel.
Eccli. 45.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Qui vigilaverit
propter sapientiam, citò securus
erit; quoniam dignos se
ipsa circumquærens, & in
vitis offendit se illis hilariter.
Sap. 5.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fontem sapientia: Dô-
minum, * Venite, adoramus.
Eccli. 1. Ps. 94. Venite 2.

Hymnus.

J Am nunc, quæ númeras
tot tibi vindices,

Esse fidereum Religio ca-
put:

Quot fasit mota tibi prælia,
nobiles

Tot noctis tibi læreas.

Cum per mille neces impietas
furit,

Oppônis válido pectore má-
tyres:

Cum per mille dolos déci-
pit hæresis,

Doctôres tibi suscitâs.

Quando sparsa lues undique
criminum,

Hi giscens vitium protinus
amputant:

Quando plurima nox mén-
tibus incubat,

Hi plenum révehunt diem.

Firmant instâbiles, & dúbios
regunt:

Monstrant tuta procul lit-
tora naufragis:

Rob's, qui vehimur cæca
per aquora,

Lucent perpétuæ faces:
Quæ dixere tuis cónsona sên-
sibus,

Nostris illa, Deus, cordi-
bus imprimas:

Quos terris cõlimus, quos
sequimur duces,

Fac nos móribus assequi.
Sit supræma tibi glória, Véni-
tas,

Quæ per scripta Patrum,
quando foris sonas,

Nullo vocis egens, corda
doces, sono,

Et te mentibus inseris.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapientia non
est multis manifesta; quibus
autem cõgnita est, permanet
usque ad conspectum Dei.
Eccli. 6.

Ant. 4. E. Os prudentis
quæritur in ecclesiâ, & verba
illius cogitabunt in cordibus
suis. *Eccli. 21.*

Ant. 5. a. Scientia sapientis
tanquam inundatio abundâ-
bit, & consilium illius sicut
fons vitæ permanet. *Eccli. 21.*

* Os justî meditabitur sa-
piëntiam, &c. Et lingua ejus
loquetur judicium. *Pf. 36.*

Lectiones de Scriptura occur-
rente.

R. j. Sâpiens aperiet os suum
in oratione; * Si enim Dômi-
nus magnus voluerit, Spîritus
intelligentiæ replébit illum.

* Si quis vestrum indiget sa-
piëntiâ, postulet à Deo qui
dat omnibus affluenter; * Sâ
enim. *Eccli. 39. Jac. 1.*

R. ij. Ipse tanquam imbrës
mittet eloquia sapientia: suæ;
* Ipse palàm faciet discipli-
nam

nam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dómini gloriabitur. *Ps.* Multos filiórum Israel converteret ad Dóminum Deum ipsórum : * Ipse palám. *Eccli.* 39. *Luc.* 1.

R. *iii.* Omnis scriba doctus in regno cœlórum, * Similis est hómini patrifamílias qui † Profert de thesauro suo nova & vétera. *Ps.* In corde prudentis requiescit sapiéntia, & indoctos quosque erúdiat : * Similis. Glória Patri. † Profert. *Math.* 13. *Prov.* 14.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te ut evellas, & déstruas, & disperdas, & ædífices, & plantes. *Jerem.* 1.

Ant. 8. G. Ne retíneas verbum in témpore salutis: in lingua enim sapiéntia dignóscitur; & sensus, & sciéntia, & doctrína in verbo sensáti. *Eccli.* 4.

Ant. 2. D. Depósitum custódi, devítans profánas vocum novitátes, & oppositiónes falsi nóminis sciéntiæ. *1. Tim.* 6.

Ps. Deus, docuisti me à juventúte mea: *R.* Pronuntiábo mirabília tua. *Pf.* 70.

Lectiões, ut in Proprio.

R. *iv.* Qui habet sermónem meum, loquátur sermónem meum verè. * Numquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi málleus cónterens petram? *Ps.* Si quis volúerit voluntátem fácere ejus qui misit me, cognoscet de doctrína, utrùm ex Deo sit. * Numquid. *Jerem.* 23. *Joan.* 7.

Pars Hyemalis.

R. *v.* Ponam verba mea in ore ejus; loquereturque ómnia quæ præcépero illi; * Qui autem verba ejus audire nolúerit, ego ultor existam. *Ps.* Qui à semetipso loquitur, glóriam própriam quærit: qui quærit glóriam ejus qui misit eum, hic verax est; * Qui. *Deut.* 18. *Joan.* 7.

R. *vi.* Dabo te, dicit Dóminus, in murum æreum, fortem: * Et bellábunt adversum te, & † Non prævalébunt; quia ego tecum sum. *Ps.* Exurgent viri loquentes perversa, ut abdúcant discipulos post se: * Et. Glória. † Non. *Jerem.* 15. *Ad.* 20.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Propósui sapiéntiam addúcere mihi ad convivendum; sciens quóniam mecum comunicábit de bonis. *Sap.* 8.

Ant. 7. d. Quæsi sapiéntiam palám in oratióne mea; & effúruit tanquam præcox uva. *Eccli.* 51.

Ant. 1. f. Inventi sunt sermónes tui, Dómine; & comédi eos: & factum est mihi verbum tuum in lætítiam cordis mei. *Jerem.* 15.

Ps. Scrutábor legem tuam, Dómine; *R.* Et custodiá illam in toto corde meo. *Pf.* 118.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

R. *vij.* Super salutem & spéciem dilexi sapiéntiam; * Et propósui pro luce habére illam: verérum autem mihi ómnia bona páriter cum illa. *Ps.* Quæ desursum est sapiéntia, pudíca est, pacífica, ple-

na misericórdia & fructibus bonis; * Et. Sap. 7. Jac. 3.

Re. viij. Optávi & datus est mihi sensus: & invocávi, & venit in me Spíritus sapiéntiæ: & præpósui illam regnis & sédibus, * Et divitias nihil esse duxi in comparatióne illius. *Ps.* Existimo ómnia detrimentum esse propter eminentem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei; * Et. Sap. 7. Philipp. 3.

Re. ix. Sapiéntia bonórum ómnium mater est; quam sine fictiõne didici, & sine invidia commúnico: infínitus enim thesaurus est; * Quo qui usu sunt, † Partícipes facti sunt amicitie Dei. *Ps.* Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum; * Quo. Glória. † Partícipes. Sap. 7. Luc. 6. Te Deum.

Ps. Sacerd. Os meum annuntiábit justitiam tuam, Re. Totá die salutare tuum. *Psf.* 70.

A D L A U D E S.

Ant. D. Ominus dedik mihi s. D. linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. *Is.* 50.

Ant. 6. F. Sermo meus non in persuasibilibus humanæ sapiéntiæ verbis; sed in ostensiõne Spíritus, & virtutis. *1. Cor.* 2.

Ant. 3. c. Auxilio adjútos Dei sto, testificans minóri atque majóri, nihil extra dicens quam ea quæ Prophétæ locúti sunt. *Act.* 26.

Ant. 4. f. Non judicávi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. *1. Cor.* 2.

Ant. 5. a. Si nóverim mysté-

ria ómnia, & omnem sciéntiam; caritátem autem non habuero, nihil sum. *1. Cor.* 13.

Capitulum. Sap. 7.

M. Ihi dedit Deus dicere ex sententiã, & præsumere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor: in manu enim illius & nos, & sermões nostri, & omnis sapiéntia, & óperum sciéntia & disciplina.

Hymnus.

V. Os succensa Deo spíe- dida húmana:

Vos sal, nos hómines quo sapiamus Deum;

Evum, puri animo, móribus integri,

Quo condámur in alterum.

Per vos Religio, tutaque Veritas,

Per vos virginis fulges honóribus:

Per vos Christus amat pándere divites

Thesaurus sapiéntiæ.

Vestris unda fluit pura canélibus;

Christi floret ager; munda nitet seges:

Lac aptum púeris, & sólidum viris

Cauti sufficitis cibum.

Hi sunt, summe Deus, qui tibi militant;

Hi sunt, qui stábilis ædificánt domos:

Uná docta cohors arma tenet manu,

Muros cónstruit alterá.

Vicistis stygias vos quibus hereses,

Hæc nos accipimus tela súpértitos:

His pugnamus adhuc, nec dubio exitu;

His armis quoque vincimus.
Sic supræma tibi gloria, Veritas,
Quæ per scripta Patrum
quando foris sonas,
Nullo vocis egens, corda
doces, sono,
Et te mentibus inseris.

Amen.

¶ Annuntiavi justitiam tuam
in ecclesiâ magna: R. Ecce
lâbia mea non prohibebo: Dô-
mine, tu scisti. *Pf.* 39.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Sa-
piëntia & fortitudo Dñi sunt:
tibi, Deus, confiteor, teque
lando; quia sapiëntiam & forti-
tudinem dedisti mihi. *Dan.* 11.

Oratio.

Omnipotens æterne Deus,
qui Ecclesiæ tuæ filios,
sicut non cessas erudire, ita
non desinis adjuvare: da fideli-
bus tuis, intercessione beâ-
ti N. quem eis æternæ salutis
ministrum tribuisti, ut, te mi-
serante, sciëntiâ recta facien-
di, & virtutem cãpian exequendi;
Per Dôminum.

Alia Oratio.

Exalta, Dômine, in Eccle-
sia tua Spiritum, quo beâ-
tus N. servavit; ut eodem nos
replente, studeamus amare
quod amavit, & opere exer-
cere quod docuit; Per Dômi-
num... in unitate ejusdem.

A D P R I M A M.

Ant. 2. D. Dôminus.

A D T E R T I A M.

Ant. 6. F. Sermo meus.

Capitulum. I. Cor. 12.

Unicusque datur manifes-
tatio Spiritus ad utilitâ-
tem: alii quidem per Spiritum

datur sermo sapiëntiæ: alii
autem sermo sciëntiæ secun-
dum eundem Spiritum.

R. br. Da mihi intellectum,
* Et scrutabor legem tuam.
Da mihi. ¶ Stâtu sermo tuo
* elôquium tuum, Dômine,
* Et. Glôria. Da mihi. *Pf.* 118.

¶ Os meum loquetur sa-
piëntiam, R. Et meditatio cor-
dis mei prudentiam. *Pf.* 48.

A D S E X T A M.

Ant. 3. c. Auxilio.

Capitulum. I. Tim. 6.

Si quis aliter docet, & non
sacquescit sanis sermonibus
Dômini nostri Jesu Christi, &
ei quæ secundum pietatem est
doctrinæ, superbus est, nihil
sciens.

R. br. Viam veritatis elégi;
* Judicia tua non sum oblitus.
Viam. ¶ Adhæsi * testimo-
niis tuis, Dômine, * Judicia.
Glôria Patri. Viam.

¶ A judiciis tuis non decli-
navi; R. Quia tu legem pos-
uisti mihi. *Pf.* 118.

A D N O N A M.

Ant. 5. a. Si nôverim.

Capitulum. I. Tim. 1.

Finis præcepti est caritas de
corde puro, & consciën-
tiâ bonâ, & fide non fictâ:
à quibus quidam aberrantes,
conversi sunt in vaniloquium,
volentes esse legis doctôres,
non intelligentes neque quæ
loquuntur, neque de quibus
affirmant.

R. br. Veritatem tuam * Et
salutare tuum dixi. Veritatem.
¶ Non abscondi misericôr-
diam tuam, * & veritatem
tuam; * Et salutare. Glôria
Patri. Veritatem. *Pf.* 39.

xxviii *Commune Abbatum, Monachorum, &c.*

Ps. Pronuntiávi omnia júdicia oris tui: *R.* In via testimoniórum tuórum delectátus sum. *Ps.* 118.

AD II. VESPERAS.
Ant. **F**uit gratus Deo, eruditus omni sapiéntiá; & erat potens in verbis & in opéribus suis. *Act.* 7.

Ant. 5. C. Juxta manum Dei sui bonam super se, parávit cor suum, ut investigáret legem Dómini, & fáceret, & docéret. 1. *Esdr.* 7.

Ant. 8. c. Postquám se ámpliús dedit ad diligéntiam lectiónis legis & prophetárum, voluit & ipse scribere quæ ad doctrinam & sapiéntiam pertinent. *Prolog.* *Eccli.*

Ant. 3. a. Cúm esset sapiéntissimus, docuit pópulum: quæsívit verba utilia, & conscripsit sermónes rectíssimos ac veritate plenos. *Eccles.* 12.

Ant. 4. E. Sapiéntiam ejus

enarrábunt gentes; & laudem ejus enuntiábit Ecclésia. *Eccli.* 39.

Capitulum. *Prov.* 3.
Béatus homo qui invénit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiá: mélior est adquisitio ejus negotiatióne argenti & auri primi; & puríssimi fructus ejus: pretiósior est cunctis ópibus; & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparári.

Hymnus, O. qui perpétuus, ut in I. Vesperis.

Ps. Béatus vir qui dispónet sermónes suos in júdicio: *R.* In æternum non commovébitur. *Ps.* 111.

Ad Magnificat. *Ant.* 6. F. Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitates. *Dan.* 12.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE SS. ABBATUM, MONACHORUM,

CŒNOBITARUM, ET ANACHORETARUM,

IN I. VESPERIS.

Ant. **Q**uid prodest hómi-
2. D. **Q**ui, si mundum universum lucrétur, ánimæ verò suæ detrimentum patiátur? *Matth.* 16.

Ant. 8. c. Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da paupéribus; & habébis thesaurum in celo. *Matth.* 19.

Ant. 6. F. Nemo est qui relíquerit domum, aut agros propter me, qui non accipiat cén-
tias tantum in témpore hoc,

& in século futúro vitam æternam. *Marc.* 10.

Ant. 3. b. Salva ánimam tuam: noli respícere post tergum; salvum te fac, ne péreas. *Genes.* 19.

Ant. 7. c. Séquere me, & dimitte mórtuos sepelire mórtuos suos. *Matth.* 8.

Capitulum. 2. *Cor.* 6.
Exíte de médio eórum, & separámini, dicit Dóminus, & immundum ne tigéritis: & ego recipiam vos; & ero vobis in patrem,

Commune Abbatum, Monachorum, &c. xxix

& vos eritis mihi in filios. *Eternus sit honos ingenito*

In Duplicibus, & supra:

R. Susceptor meus es tu,
Dómine, & in verbum tuum
superperavi; * Declinate à
me, maligni, & † Scrutá-
bor mandata Dei mei. *Ps.* Mag-
ister, sequar te quocumque
feris. * Declinate. Glória Pa-
tri. † Scrutabor. *Pf.* 118.

Matth. 8.

Hymnus.

Felices nemorum pangimus
incolas,

Certo consilio quos Deus
abdedit,

Ne contagio seculi

Mores læderet integros.

Ut te possideant, quem sitiunt
Deum,

Urbes, regna, suos, se quo-
que deserunt:

Totus vult orbis,

Dum cœlestia cogitant.

Nudi, prompti, álacres, líberi
ab omnibus,

Ad luctam pugiles ocius
advolant;

Ut vastum mare tranent,

Prudentes onus exuunt.

Eternas ut opes, certa que
gáudia

Securi rapiant, omnia lúdi-
cra

Sano pectore temnunt,

Confissi melioribus.

Illis summa fuit glória, despici;

Illis divitiarum, pauperiem pati;

Illis summa voluptas,

Longo supplicio mori.

Fac nos, summe Deus, quæ
patimur mala,

In poenam scelerum ferre

libentius;

Et, tellure relicta,

Immortalia querere.

Eternus sit honos ingenito
Patri;

Sit par unigenæ glória Fílio:

Sacri nexu amoris,

Laus compar tibi, Spíritus .

Amen.

Si sit Abbas, Ps. Potens in
terra erit semen ejus: *R.* Ge-
neratio rectorum benedicetur.
Pf. 111.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.

Egrèdere de cognatione tua,
& de domo patris tui; & ve-
ni in terram quam monstrabo

tibi: faciamque te in gentem
magnam, & benedicam tibi.

Genes. 12.

Oratio, ut infra ad Laudes.

Si non sit Abbas, Ps. In um-
bra alarum tuarum sperabo

R. Donec transeat iniquitas .
Pf. 56.

Ad Magnificat. Ant. 4. D.

Reliquisti parentes tuos: ple-
nam mercèdem recipias à Dó-
mino Deo, ad quem venisti,

& sub cujus confugisti alas.

Oratio, ut infra ad Laudes.

[*In Solemnibus - majoribus*
& *supra, ad Completorium:*

Ant. 4. c. Qui habitant in de-
serto, securi dormient in sal-
tibus; & ponam eos in circú-
tu collis mei benedictionem.

Ezech. 34.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 2. A. Habitabit in soli-
tudine iudicium; & erit opus

justitiæ pax, & cultus justitiæ
silentium, & securitas usque

in sempiternum. *Is.* 32.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Remuneratorem in-
quirentibus se, Deum, * Ven-
te, adoremus. *Hebr.* 11.

Pf. 94. Venite. 2.

b iij

xxx *Commune Abbatum, Monachorum, &c.*

Hymnus, Felices. ut supra.

IN *I. NOCTURNO.*

Ant. 1. g. Omnis ex vobis qui non renúnciat ómnibus quæ pössidet, non potest meus esse discipulus. *Luc. 14.*

Ant. 7. ç. Vendite quæ possidétis, & date eleemósyam: facite vobis thesaurum non deficientem in cælis. *Luc. 12.*

Ant. 8. G. Nolite quærere quid manducétis, aut quid bibátis: quærite primùm regnum Dei, & justiciam ejus; & hæc ómnia adjicientur vobis. *Luc. 12.*

¶ Non est inópia timéntibus Dóminum: *R.* Divites eguerunt, & esuriérunt. *Pf. 33.*

Lectiones de Scriptura occurrente.

R. j. Fúgite de médio Babilónis, & salvet unusquisque animam suam; * Quóniam tempus ultiónis est à Dómino. ¶ Exite de illa, pópulus meus, ut ne participes sitis delictórum ejus, & de plagis ejus non accipiátis; * Quóniam. *Jerem. 51. Apoc. 18.*

R. ij. Vade, pópule meus, intra in cubicula tua, abscondere módicum, * Donec pertranseat indignatio. ¶ Venite seorsum in desertum locum, & requiescite, * Donec. *Is. 26. Marc. 6.*

R. iij. Exeamus ad Jesum extra castra, impropérium ejus portantes; * Non enim habemus hic manentem civitatem, sed furúram inquirimus. ¶ Peregrini sumus coram te, Deus: dies nostri quasi umbra super terram; * Non. Glória Patri. * Non. *Hebr. 13. 1. Paral. 29.*

IN *II. NOCTURNO.*

Ant. 3. c. Ecce nos reliquimus ómnia, & secústi sumus te. *Matth. 19.*

Ant. 7. c. Esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & laboramus operantes má nibus nostris. *1. Cor. 4.*

Ant. 2. D. Non deficiamus: sed licet is quò foris est, noster homo corrumpátur; tamen is qui intus est, renovátur de die in diem. *2. Cor. 4.*

¶ Rédimit Dóminus de intèritu vicam tuam: *R.* Renovábitur ut áquilæ juvenus tua. *Pf. 102.*

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Omnis qui in agóne contendit, ab ómnibus se abstinet: * Ego igitur sic carro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi áerem verberans; sed castigo corpus meum, & in servitium rédigo. ¶ A juvenúte mea investigábam sapientiam: colluctáta est anima mea in illa, & in faciendeam confirmátus sum: * Ego igitur. *1. Cor. 9. Eccli. 51.*

R. v. Non secundum carnem ambulamus, sed secundum spíritum; quóniam sapientia carnis inimica est Deo: * Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. ¶ Excelsus Deus & hábitans cum consúto & húmili spíritu; ut vivificet spíritum humílium, & vivificet cor contritórum: * Qui. *Rom. 8. Is. 57.*

R. vj. Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detrimenta; * Ut invéniam in illo habens justiciam quæ ex fide est, confi-

Commune Abbatum, Monachorum, &c. xxxj

guratus morti ejus. *Ps.* Elégi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum; * *Ut. Glória.* * *Ut. Philipp.* 3. *Pf.* 83.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Omnes erant perseverantes unanimitè in oratione. *Al.* 1.

Ant. 5. F. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. *Al.* 11.

Ant. 6. C. Plorabant, & jejunabant, & orabant in conspectu Domini. *Baruch.* 1.

Ps. Flévimus, cum recordarémur Sion: *R.* Quomodo cantabimus in terra aliéna? *Pf.* 136.

Evang. & Hom. ut in Proprio.

R. vij. Sapiéntia direxit ópera eorum: * Iter fecerunt per deserta quæ non habitabantur; & in locis desertis fixerunt casas. *Ps.* Circuiérunt in péllibus caprinis, egentes, angustiatí, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errantes, & in cavernis terræ: * *Iter. Sap.* 11. *Hebr.* 11.

R. viij. Multitudinis erat eorum unum, & ánima una: nec quisquam aliquid suum esse dicebat; sed * Erant illis ómnia commúnia. *Ps.* Ecce quàm bonum, & quàm jucundum habitare fratres in unum! * Erant illis. *Al.* 4. *Pf.* 132.

R. ix. Pars Domini pópulus ejus: invénit eum in terra deserta, circumduxit, & dócuit, atque portávit in húmeris suis; * Et constituit super excelsam terram. *Ps.* Confidentes quia peregrini & hóspites sunt su-

per terram, pátriam mellíorem appetunt; ideo parávit illis civitatem; * *Et. Glória Patri.* * *Et. Deut.* 32. *Hebr.* 11.

Te Deum.

Ps. Sacerd. Benedícite, sancti, & húmiles corde, Dómino: *R.* Laudáte, & supereraltáte eum in sécula. *Dan.* 3.

A D L A U D E S.

Ant. **P**erfectio tua, Dómine, & doctrína tua viro sancto tuo, qui dixit patri suo & matri suæ: Nescio vos, & fratribus suis: Ignoro vos. *Deut.* 33.

Ant. 1. g. Non sedi in concilio ludéntium; solus sedébam, quóniam comminatio-ne replesti me. *Jerem.* 15.

Ant. 3. b. Exui me stolá pacis, indui autem me sacco obsecrationis; & venit mihi gáudium à Sancto. *Baruch.* 4.

Ant. 4. a. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. *Galar.* 6.

Ant. 8. G. In voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salute Dómino. *Jona.* 2.

Capitulum. *Isaïx.* 51.

Confolábitur Dñus Sion, & consolábitur omnes ruínas ejus; & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Dómini. Gándium & lætítia inveniétur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis.

Pro S. Abbate, Monacho, & Canobita, Hymnus.

Opulcras ácies, castraque fórtia,
Quæ spes, una fides, unus amor regit!

xxxij *Commune Abbatum, Monachorum, &c.*

Omnes lege sub una,
Uno sub duce militant.
Heu! quantis rapiunt astra la-
boribus!
Pulsant perpétuis quæstibus
æthera,
Per jejúnia longa
Vires corpóris atterunt.
Votis unánimes, vi quoque
flétuum
Instant, & sócias ingémi-
nant preces,
Et concórdibus armis
Vim cælo simul inferunt.
Hæc vis grata Deo; sic amat
óptimus
Vinci per lácrymas, per gé-
mitus, Pater:
Sic duris referátur
Cælum conditionibus.
Fervent quando die cuncta
tumúltibus,
Altum turba filet; cétera
dum tacent,
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa siléntia.
Exercet vigiles contínuus la-
bor;
Incumbunt óperi non résidet
manus;
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.
Quin regína sui mens quoque
súbditur,
Rectorisque studet nütibus
óbséquii,
Nil servat sibi juris,
Capto libérior jugo.
Æternus sit honos ingénito
Patri;
Sit par unígenæ glória Fí-
lio:
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíri-
tus.
Amen.

*Pro S. Anachoreia & Soli-
tario Hymnus.*

Uid tu, relictis úrbibus,
Mortálium consórtia
Timens fugis? quid tu vides?
Sólusque tecum cógitas?
Mentis volátu libero;
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.
Præsens choris cœlestibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo Númini,
Totus colendo tu vacas.
Quàm pura, qui te diligunt,
O Chríste, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Sinu recondis in tuo.
Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili par Patri,
Et par utrúque Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória. Amen.
*Si sit Abbas, V. Venite, fi-
lii, audite me: R. Timórem
Dómini docebo vos. Ps. 33.
Ad Benedictus. An. 1. D.*
Ecce ego & púeri mei, quos
dedit mihi Dóminus in signum
& in portentum Israel à Dó-
mino exercítuum, qui hábitat
in monte Sion. *Is. 8.*

Oratio.

Deus cujus múnere beá-
tus N. Abbas Christum
páuperem sequi, & húmílem
corde usque in finem perseve-
rávit imitari: da cunctis lémitá
mandatórum tuórum ingressis,
ut nec retrò respiciant, nec in
via hæreant; sed ad te sine of-
fensióne currentes, vitam æter-
nam apprehendant; Per.

Alia Oratio.

DA nobis, quæsumus,
Deus noster, beáti Abba-
tis N. intercessióibus suble-

Commune Abbatum, Monachorum, &c. xxxiiij

vāri : ut per quem servis tuis perfectiōnis evangēlicæ documenta donasti, per cum nobis subsidia perpētuz salutis impendas; Per Dōminum.

Si non sit Abbas, V. Clamavi ad te, Dōmine, dixi: Tu es spes mea, *R.* Pōrtio mea in terra vivētiū. *Psf.* 141.

Ad Benedictus. Ant. 5. C. Pars mea Dōminus, dixit anima mea. Bonus est Dōminus animæ querenti illum. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei. *Thren.* 3.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, terrēna pro te calcantiū merces magna nimis: da nobis exemplo & intercessiōne beāti *N.* cujus hōdie trānsitum celebrāmus, temporālia ōmnia despīcere, & ad æterna, totā mentis intentione, festinare; Per.

Alia Oratio.

Querentium te, Dōmine, Salvātor & custos, qui beāto *N.* ne pārticeps esset coinquinatiōnis, renūntiare sēculo, & sub alas tuas confūgere tribuisti: ejus intercessiōne, da pōpulo tuo diabōlica vitare contrāgia, & te solum Dōminum purā mente sectāri; Per.

A D P R I M A M.

Ant. 7. d. Perfectio.

A D T E R T I A M.

Ant. 1. g. Non sedi.

Capitulum. 1. Joan. 2.

Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo; quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ

non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia ejus; qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

R. *br.* Elongavi fugiens: * Mansi in solitudine. Elongavi. *V.* Quoniam vidi iniquitatem * & contraditionem in civitate, * Mansi. Glōria Patri. Elongavi. *Psf.* 54.

V. Confige timore tuo carnes meas; *R.* A judiciis enim tuis timui. *Psf.* 118.

A D S E X T A M.

Ant. 3. b. Exui me.

Capitulum. Hebr. 12.

Omnis disciplina in presententi quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet justitiæ.

R. *br.* Propter verba labiorum tuorum * Ego custodivi vias duras. Propter. *V.* Perficite gressus meos * in semitis tuis: * Ego. Glōria. Propter. *Psf.* 16.

V. Induebar cilicio: *R.* Humiliabam in jejūnio animam meam. *Psf.* 34.

A D N O N A M.

Ant. 8. G. In voce laudis.

Capitulum. Eccli. 51.

Videte oculis vestris quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Letetur anima vestra in misericordia ejus; & non confundemini in laude ipsius.

R. *br.* Septies in die * Laudem dixi tibi. Septies in die,

¶ Super iudicia* iustitiæ tuæ,

* Laudem. Glória. Sépties.

¶ Cantábiles mihi erant
iustificatiões tuæ, R. In loco
peregrinatiõnis meæ. *Pf. 118.*

AD II. VESPERAS.

Ans. **S**umus hùbiles in uni-
2. *D.* **S**verla terra, Dòmine :
sed in ànimo contrito & sp̃ritu
humilitatis suscipiamur ; quò-
niam non est confusio confi-
dèntibus in te. *Dan. 3.*

Ans. 8. *G.* Non derelinqui-
mur, semper mortificatiõnem
Jesu in corpore nostro circum-
ferentes ; ut & vita Jesu mani-
festetur in carne nostra mostã-
li. 2. *Cor. 4.*

Ans. 6. *F.* Quasi morientes,
& ecce vivimus ; quasi tristes,
semper autem gaudentes ; tan-
quam nihil habentes, & òm-
nia possidentes. 2. *Cor. 6.*

Ans. 7. *d.* Omnes unáni-
mes, compatièntes, fraterni-
tatis amatòres, misericordes,
modesti, hùbiles. 1. *Petr. 3.*

Ans. 4. *D.* Teneamus spei
nostræ confessiõnem indecli-
nabilem, (fidèlis enim est
qui repromisit) & consideré-
mus invicem in provocatiõ-
nem caritatis & bonòrum òpe-
rum. *Hebr. 10.*

Capitulum.

Deut. 7.

Dominus Deus ipse est for-
tis & fidèlis, custodiens
pactum & misericordiam dili-
gèntibus se, & his qui custo-
diunt præcepta ejus in mille
generatiões.

Hymnus, Felices. xxix.

Si sit Abbas, ¶. Justus ut
palma florèbit, R. Sicut ce-
drus Libani multiplicabitur.
Pf. 91.

Ad Magnificat. Ans. 1. D.
Attèndite ad patrem vestrum,
qui sequimini quod justum est,
& queritis Dòminum ; quia
unum vocavi eum, & bene-
dixi ei, & multiplicavi eum.
Is. 51.

Oratio, ut supra ad Laudes.

Si non sit Abbas, ¶. Plantati
in domo Dòmini, florèbunt ;
R. Ut annùncient quòniã re-
ctus Dòminus. *Pf. 91.*

Ad Magnificat. Ans. 3. E.
Scimus quòniã si terrestris
domus nostra dissolvatur, ædi-
ficatiõnem ex Deo habemus
ætèrnã in cœlis : nam & in
hoc ingemiscimus, habitatiõ-
nem nostram quæ de cœlo
est, superindui cupientes. 2.
Cor. 5.

Oratio, us supra ad Laudes.

COMMUNE JUSTORUM.

IN I. VESPERIS.

Ans. **D**icèbat Jesus ad om-
7. a. **D**nes : Si quis vult
post me venire, abneget se-
metipsum, & tollat crucem
suam quotidie, & sequatur
me. *Luc. 9.*

Ans. 2. *D.* Dico vobis : Ni-

si abundaverit iustitia vestra
plusquam Scribarum & Pha-
risæorum, non intrabitis in
regnum cœlorum. *Matth. 5.*

Ans. 6. *C.* Nisi conversi fue-
ritis, & efficiamini sicut par-
vuli, non intrabitis in regnum
cœlorum. *Matth. 18.*

Ant. 8. G. Non omnis qui dicit mihi : Dómine, Dómine, intrábit in regnum cælorum ; sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrábit in regnum cælorum. *Matth. 7.*

Ant. 4. D. Concérdite intráre per angustam portam ; quia multi, dico vobis, querent intráre, & non póterunt. *Luc. 13.*

Capitulum. Eccli. 2.

Qui timétis Dóminum, crédeite illi ; & non evasúbitur merces vestra. Qui timétis Dóminum, speráte in illum ; & in oblectationem véniet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum, diligite illum ; & illuminabuntur corda vestra.

In Duplicibus, & supra :

R. Qui timeat Dóminum, non erunt incredibiles verba illius ; & * Qui diligunt illum, conservábunt viam illius. * Pleniúdo legis est dilectio. * Qui diligunt. *Gloria. * Qui. Eccli. 2. Rom. 13.*

Hymnus.

Summi púillus grex Patris,
Sui paternus vos amor
Vult esse regni cómpotes.

En regnat inter cœlites,
Qui vixit olim século
Ignóras, exósus sibi,
Qui pauper, & sciens pati.
Angusta poenitentiæ
Ingressus, & viam crucis,
Per dura Christum prælia,
Per damna non timet sequi.

Carnem terit jejúniis ;
Linguam domat siléncio ;
In pauperam, parcus sibi,

Abscondit & spargit sinu.

Sapóre verbi páscitur ;
Toroque legem péctore
Scrutatus, orat pèrvigil ;
Mens cæla versátur polo.

Hæc surgit ad cœlum viá :
Et nos eádem da, Pater,
Da, Nate, da cum Spíritu,
Ad te venire sémisâ. Amen.

Si sit Sacerdos, V. Oculi mei ad fidèles terræ, ut sédeant mecum : *R.* Ambulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat. *Pf. 100.*

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Notum faciet Dóminus qui ad se pertransant, & sanctos applicábit sibi ; & quos elégerit, appropinquábunt ei. *Num. 16.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

Si non sit Sacerdos, V. Sporent in te qui novérunt nomen tuum ; *R.* Quóniam non dereliquisti querentes te, Dómine. *Pf. 9.*

Ad Magnificat. Ant. J. Qui confidunt in Dómino, intélligant veritatem : & fidèles in dilectiõe acquiescent illi ; quóniam donum & pax est electis ejus. *Sup. 3.*

Oratio, ut infra ad Laudes.

[*In Solemnibus - majoribus & supra, ad Completorium :*
Ant. 2. A. Vigilate, & estóte paráti ; quia quâ nescitis hora Filius hóminis ventúrus est. *Matth. 24.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Oculis non videt Deus, absque te, quæ præparasti expectántibus te. *Is. 64.]*

AD OFFICIUM NOCT.
Invis. D. Diligentem iustos Dóminum, * Venite adorátes. *Pf. 145.*

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Non parva solo sanguine
Ornat beátos púrpura:
Sunt incruenta, quæ suos
Habent triumphos, prælia.

Non iste flammas, non
cruces,

Non sensit uncus pectines:

Cr. delis & durus sibi

Se morte lentâ conficit.

Si licetor illi defuit,

Si vincula, fustes, úngulæ,

Parata pro Christo mori

Hoc supplet omne caritas.

Corpus subegit castitas,

Et liberam mentem fides;

Amor supernis ignibus

Totam litavit hostiam.

Venis apertis omnibus,

Qui vellet ultro erumpere,

Fraudatus optatâ viâ,

It fusus in sctum cruor.

Da, Christe, sic nos vivere,

Discamus ut semper mori:

Da, post brevis vitæ dies,

Vitæ perennis gaudia.

Æterne tu Verbi Pater,

Æterne Fili par Patri,

Et par utrique Spiritus,

Tibi, Deus, sit gloria. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Qui vult vitam
diligere, & dies videre bonos,
declinet à malo, & faciat
bonum. 1. *Petr. 3.*

Ant. 4. D. Cum ingressus
fueris semitas æquitatis, non
arctabuntur gressus tui; & cur-
rens, non habebis offendiculum. *Prov. 4.*

Ant. 7. d. Inhabitabis cum
iustitia, & proteget te in sem-
piternum; & in die agni-
tionis invenies firmamentum.
Eccli. 27.

Ps. 88. In nomine tuo exultabunt iusti, Domine, & in iustitia tua exaltabuntur. *Ps. 88.*

Lectiones de Scriptura occurrente.

R. j. Tollite jugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: * Et inveniatis requiem animabus vestris; jugum enim meum suave est, & onus meum leve. *Ps. Interrogate quæ sit via bona, & ambulatè in ea: * Et. Matth. 11. Jerem. 6.*

R. ij. Nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini. * Gloria magna est sequi Dominum. *Ps. Si quis mihi ministrat, me sequatur; & ubi sum ego, illic & minister meus erit. * Gloria. Eccli. 23. Joan. 12.*

R. iij. Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit: * Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. *Ps. Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur? * Similis est. Gloria. Fodit. Luc. 6. Eccli. 25.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. *Prov. 18.*

Ant. 6. F. Deridetur iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus staturum. *Job. 12.*

Ant. 5. a. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat; &

In hora veloci processus illius fructificat. *Eccli. 11.*

¶ Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, *R.* Quoniam tu benedices justo. *Pf. 5.*

Lectiões, ut in Proprio.

R. iv. Quam magnus qui invenit sapientiam & scientiam! sed * Non est super timentem Dominum. ¶ Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei: * Non est. *Eccli. 25. 2. Cor. 7.*

R. v. Si quis emundaverit se, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum. ¶ Sapiens cor abstinabit se à peccatis, & in operibus justitiæ successus habebit: * Erit vas. *2. Tim. 2. Eccli. 3.*

R. vj. Beatus qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris: * Qui probatus est in illo, & perfectus est, † Erit illi gloria æterna. ¶ Probatio vestræ fidei multo pretiosior auro: * Qui. Gloria. † Erit. *Eccli. 31. 1. Petr. 1.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient. *Is. 40.*

Ant. 2. D. Tenebit justus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinē. *Job. 17.*

Ant. 3. a. Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum. *Is. 57.*

¶ Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus; *R.* Et non respexit in vanitates & insánias falsas. *Pf. 39.*

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

R. vij. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum; ut cum venerit, confestim aperiant ei. ¶ Qui vigilaverint ad illum, justitias quasi lumen accendent: * Et vos similes. *Luc. 12. Eccli. 32.*

R. viij. Ego in justitia apparebo conspectui tuo, Domine: * Satiabor, cum apparuerit gloria tua. ¶ Nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: * Satiabor. *Pf. 16. 1. Cor. 13.*

R. ix. Sapientia justum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei; & * Dedit illi scientiam sanctorum: † Honestavit illum in laboribus, & complévit labores illius. ¶ Regnum Dei justitia est, & pax in spiritu sancto: qui in hoc servit Christo, placet Deo; * Dedit. Gloria. † Honestavit. *Sap. 10. Rom. 14.*

Te Deum.

¶ *Sacerd.* Benedicite, servi Domini, Domino; *R.* Laudate & superexaltate eum in sæcula. *Dan. 3.*

A D L A U D E S.

Ant. Ante Dominum qui 1. f. Aclégit me, viliorem plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis, *2. Reg. 6.*

Ant. 8. c. Semper quasi tumentes super me fluctus timuit Deum, & pondus ejus ferre non potuit. *Job. 31.*

Ant. 4. d. A mandatis labiorum ejus non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris ejus. *Job. 23.*

Ant. 5. a. Ambulavit pes meus iter rectum: zelatus sum bonum, & non confundar. *Eccli. 51.*

Ant. 3. d. Donec superest hálitus in me, non loquentur lábia mea iniquitatem, nec lingua mea meditábitur mendácium. *Job. 27.*

Capitulum. 2. Cor. 1.

GLória nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo.

Hymnus.

Qui te, Deus, sub intimo Amans recepit pectore,
Non ille terras amplius
Suspirat, oblitus sul.

Quid ergo gaudes necesse
Tristes moras amantibus?

Terris retardas exules,
Cives polo quos destinatas.

Hinc fervet in dies amor;
In vota toti diffuunt:

Ad astra festinantibus
Fit poena vita longior.

Vix iste tardi corporis
Pondus molestem sustinet;
Præ mortis occupat diem,
Ardens Deo se jungere.

Æterne tu Verbi Pater,
Æterne Fili, par Patri,
Et par utriusque Spiritus,
Tibi, Deus, sit gloria. Amen.

Si sit Sacerdos, 7. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, Domine: *R.* Ipsa me deduxerunt & adduxerunt in tabernacula tua. *Pf. 42.*

Ad Benedictus. Ant. J. Fiduciam habemus per Christum ad Deum; qui & idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non litterarum, sed Spiritu. *2. Cor. 3.*

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui simulum tuum *N.* ut sacerdotio tibi fungeretur, à populo segregasti: ejus nos intercessione à peccatoribus segregas; ut, secundum vocationem nostram, gens sancta, & regale sacerdotium coram te efficiamur; *Per.*

Alia Oratio.

Deus, qui in Ecclesie tue decus & subsidium, beatum *N.* verendo sacerdotii ministerio decorasti: prestat ut, per quem populus tuus Evangelii verbum, & Domini corporis sacramentum suscipit, ejus patrocinio dignos utriusque fructus percipiat; *Per.*

Si non sit Sacerdos, 7. Proba me, Deus, & vide si via iniquitatis in me est; *R.* Et deduc me in via æterna. *Pf. 138.*

Ad Benedictus. Ant. 1. D. Qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus; quia in Deo sunt facta. *Jean. 3.*

Oratio.

Fac, quæsumus, Domine Deus noster, intercedente beato *N.* populum tuum in tua dilectione ambulante; quia per-

pétus est & plena felicitas, si bonórum ómnium serváimus auctóri; Per Dóminum.

A D P R I M A M.

Ant. 1. f. Ante Dóminum.

A D T E R T I A M.

Ant. 8. c. Semper.

Capitulum. Philip. 2.

CUm metu & tremóre vestram salutem operámini; Deus est enim qui operátur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

R. br. Convertantur mihi * Timentes te, Dómine. Convertantur. *Ps.* Et qui novérunt * testimónia tua, * Timentes. Glória Patri. Convertantur.

Ps. Párticeps ego sum omniá tímendum te, *R.* Et custodiénti tua mandáta tua. *Pf.* 118.

A D S E X T A M.

Ant. 4. d. A mandátis.

Capitulum. Jac. 1.

Qui perpéxerit in legem perfectam libertátis, & permánserit in ea, non auditor obliuivósus factus, sed factor óperis; hic beátus in factu suo erit.

R. br. Lucerna pédibus meis * Verbum tuum, Dómine. Lucerna pédibus meis. *Ps.* Et lumen * sémitis meis, * Verbum. Glória Patri. Lucerna.

Ps. Servávi mandáta tua & testimónia tua; *R.* Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. *Pf.* 118.

A D N O N A M.

Ant. 3. d. Donec superest.

Capitulum. Eccli. 15.

Justitia longè abest á superbis & dolo: viri mendaces non erunt illius memóres; & viri veráces invenientur in illa,

& successum habébunt usque ad inspectiõem Dei.

R. br. Justitia tua, Dómine, * Justitia in æternum. Justitia. *Ps.* Et lex tua, * veritas. * Justitia in æternum. Glória Patri. Justitia tua.

Ps. Ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; *R.* Quia in judiciis tuis supererávi. *Pf.* 118.

A D I I. V E S P E R A S.

Ant. **E**cce verè Israelita, in 6. *F.* **E**quo dolus non est. *Joan.* 1.

Ant. 4. f. Erat vir simplex, & rectus, ac tímens Deum, & recédens á malo. *Job.* 1.

Ant. 1. D. Custodívit animam suam, & memor fuit Dómini in toto corde suo. *Tob.* 1.

Ant. 3. a. Non præterit de universis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússeras Dóminus. *Josue.* 23.

Ant. 5. C. Immobilis in Dei timóre permánset, agens grátiarum Deo ómnibus diébus vitæ suæ. *Tob.* 2.

Capitulum. Galat. 6.

Fratres, quæ semináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam æternam.

Hymnus. Summi pusillus, us in *f. Vesperis.* xxxv.

Si sit Sacerdos. *Ps.* Sacerdotes Sion induá salutári: *R.* Et sancti ejus exultatiõe exultábunt. *Pf.* 131.

Ad Magnificat. *Ant.* 8. G. Operátus est bonum, & se-

ctum, & verum coram Dómino Deo tuo in universa cúl-
tura ministérii domus Dómini : fecitque, & prosperátus est. 2. Paral. 31.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

Si non sit Sacerdos, & Innocens má nibus & mundo corde, &c. Hic accipiet benedi-

ctíonem à Dómino. *Pf. 117:*

Ad Magnificat. Ant. 7. G.
Tu fecisti, Dómine, cum servo tuo misericórdiam magnam, sicut ambulávit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum. 3. Reg. 3.

Oratio, ut suprà ad Laudes.

COMMUNE VIRGINUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. Quid Dómini bonum est, & quid pulcrum ejus, nisi frumentum electórum, & vinum germínans vírgines? *Zach. 9.*

Ant. 6. F. Laudábunt, & consúent ad bona Dómini; & ultra non esúerient: tunc lætábitur vírgo in choro. *Jerem. 31.*

Ant. 5. a. Non dicat: Ecce ego lignum áridum; quia hæc dicit Dóminus: Qui tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea locum. *Is. 56.*

Ant. 1. D. Dabo eis nomen mélius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. *Is. 56.*

Ant. 7. a. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. *Matth. 19.*

Capitulum. 1. Cor. 7.

U nusquisque próprium donum habet ex Deo: álius quidem sic, álius verò sic. Dico autem non nuptis, & víduis: Bonum est illis, si sic permáneant.

In Duplicibus, & supra:

R. Nescitis quóniam córpora vestra membra sunt Christi? membra vestra templum sunt

Spirítus sancti qui in vobis est. * Glorificáte, & † Portáte Deum in córpo re vestro. * Ponam tabernáculum meum in médio vestri: ambulábo inter vos, & ero Deus vester: * Glorificáte. Glória Patri. † Portáte. 1. Cor. 6. *Levit. 26.*

Si sit Martyr, Hymnus.

F estis læta sonent æthera cántibus:
Nunc apráte tubas, súmite tympana,
Cœtus Angélici; dícite Vírginem,
Christi dícite Mártirem.
Vestris illa fuit débíta costibus,
Quæ mortális adhuc, nobílis æmula,
Ut vos exprimeret, deddicit genus,
Virgo córporis ímmemor.
Sed quid cogis, amor? Fórtiter ámbiit
Sponsó virgíneum fúndere sánguinem:
Oblíti méminit tunc bene córporis,
Præcláre stitens necis.
Sic quæ parte minor, vos súperémínet,

Immortale genus, quæ potuit mori,
 Et per damna sui corporis, integram
 Testari Domino fidem.
 Patri maxima laus, maxima Filio,
 Amborumque sacro maxima Flámini,
 Per quem magnanimæ prælia sustinent,
 Spreto funere, Virgines.
 Amen.
 V. Deus præcinxit me virtute, R. Et posuit immaculatam viam meam. *Psf. 17.*
Ad Magnificat. Ant. 4. E. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; ut non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. *1. Cor. 1.*
Oratio, ut infra ad Laudes.
Si non sit Martyr, Hymnus.
VOS ò virginei cum citharis chori,
 Agni deliciae, pars gregis optima,
 Sponsum virgineo progénitum sinu
 Puris tollite laudibus.
 Hæc est sacra dies, óbvia quâ suo
 Cum plena rutilans lâmpade júngitur
 Sponso, stansque throno próxima concinit
 Virgo cántica Virgini.
 Solo digna Deo cónjuge, respuit
 Mortales thámos; ut semel obligat
 Sese fida suo, quem bene déperit,
 Ultro se Deus obligat.

Purum ne maculent pectus imágines,
 In se tota sui cõrporis immemor
 Mens sese recipit; nã oculi vident,
 Surdis nil sonat auribus.
 Egro vix sua sunt pábula cõrpori,
 Ardet mille modis ante diem mori:
 Quidquid mors rapiet, jam sibi præripit;
 Unus sit Deus omnia.
 Fac, ò Christe, tuæ Virginitatis æmulos
 Hæc nos ire tibi, quâ gráditur viâ:
 Qui gens sancta sumus, moribus integris
 Fac soli tibi vivere.
 Da te, summe Pater, tollere laudibus:
 Da te, Christe, sequi, láurea Virginitatis;
 Fac incensa tuis, Spíritus, ardeant
 Flamnis frígida pectora.
 Amen.
 V. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam: R. Obliviscere populum tuum, & domum patris tui. *Psf. 44.*
Ad Magnificat. Ant. 8. G. Complacuit Domino in te: & gaudébit super te Deus tuus. *If. 62.*
Oratio, ut infra ad Laudes.
[In Solemnibus-majoribus; & supra, ad Completorium: Ant. 2. A. Ego dilecto meo; & ad me conversio ejus. Cant. 7. Ad Nunc dimittis. Ant. 3. E. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi, soror mea, immaculata mea. Cant. 5.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Agnum quem sequuntur Virgines, * Venite, adorémus. *Apoc.* 14.

Pf. 94. Venite. 2.

Si sit Martyr, Hymnus.

Virginum robor, Deus, atque custos:

Sexus imbellis, médios perenses,

Dum faves, quas non superat virili

Pectore mortes!

Pro tuis aris animosa Virgo

Molle dat poenis lacerare corpus;

Non suos sentit, memor ó! tuorum,

Christe, dolorum.

Non graves plagæ, válidi nec ictus

Integram possunt violare mentem;

Quin sacri crescit magis obstinatus

Ardor amoris.

Sponsa dilecto placitura Sponso,

Déspicit ruptú lantata corpus:

Est suus truncus honor, & venustas

Est sua membris.

Omnis à recto fuit ille splendor:

Christe, sic olim, cruce tenus alta,

Obsequens Patri, laceros placebas

Hórridus artus.

Summa laus Patri, genitoque Verbo;

Et tibi compar, utriusque Nexus:

Fac tibi semper placeamus uni

Móribus æquis. Amen.

Si non sit Martyr,

Hymnus.

Celestis aula párditur:
En Sponfus; omnes ób-
viz

Exite sponso virgini,

Exite, sponsæ Virgines.

Hæc nuptialis est dies,

Quæ, longa post suspíria,

Dat ómnibus, dat singulis

Jam plénius frui Deo.

Quæ casta vobis gáudia,

Quos afflet ignes, dícite:

Ab ore cujus púrior

Torrens voluptas éssluit?

Hunc propter unum vñsult

Superba regum púrpura:

Dotata quæ sponso Deo,

Quid virgo terris ámbiat?

O virgináles nuptiæ,

Per quas caro fit spíritus!

O dulce vinclum, júngitur

Quo mens Deo, menti Deus!

Sit laus Patri, laus Fílio;

Sit par tibi laus, Spíritus,

Divina qui perénnibus

Firmas sigillis fœdera. Amen.

I N I. N O C T U R N O.

Ans. 2. D. Oleum effúsum nomen tuum; ídeo adolescéntulæ dilexérunt te. *Cant.* 1.

Ans. 3. c. Trahe me: post te currémus in odórem unguentórum tuórum. *Cant.* 1.

Ans. 5. a. Exultábimus & lætábimur in te; recti diligunt te. *Cant.* 1.

¶ Deus meus, impollúra via ejus: R. Protector est ómnium sperántium in se. *Pf.* 17.

Lectiones de Scriptura occurrente.

R. j. Súscipe me, Dómine, secundum eloquium tuum, & vivam: * Non confundas me

ab expectatione mea. *Ps.* Ut Deo vivam, in fide vivo Filii Dei qui dilexit me : * Non. *Pf.* 118. *Galat.* 2.

R. ij. Lex tua, Domine, meditatio mea est : * Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar. *Ps.* Secundum expectationem & spem meam, magnificabitur Christus in corpore meo : * Fiat. *Pf.* 118. *Philip.* 1.

R. iij. Ecce qui elongant se à te, Domine, peribunt : * Mihi adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. *Ps.* Qui adheret Domino, unus spiritus est : * Mihi. Glória. * Mihi. *Pf.* 72. 1. *Cor.* 6.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. In caritate perpetua dilexi te ; ideo attraxi te, miserans. *Jerem.* 31.

Ant. 4. f. Ingressus sum patrum tecum, & facta es mihi. *Ezech.* 16.

Ant. 7. b. Cave nequando obliviscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum ; quia Dominus Deus tuus, Deus zmulator. *Deut.* 4.

Ps. Concupiscet rex decorem tuum ; *R.* Quoniam ipse est Dominus Deus tuus. *Pf.* 44.

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Sponsabo te mihi in sempiternam : * Et sponsabo te in justitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. *Ps.* Sectare justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem : * Et sponsabo. *Of.* 2. 1. *Tim.* 6.

R. v. Scient quia ego dilexi

te : * Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

Ps. Dedi coronam decoris in capite tuo : & profecisti in regnum ; quia perfecta eras in decore meo : * Tene. *Apoc.* 3. *Ezech.* 16.

R. vj. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum ; * Quia *†* Fortis est ut mors dilectio. *Ps.* Neque instantia, neque fortitudo, neque creatura alia poterit separare à caritate Dei ; * Quia. Glória. *†* Fortis. *Cant.* 8. *Rom.* 8.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Grátia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. *Ephes.* 6.

Ant. 3. d. In corruptio facit esse proximum Deo. *Sap.* 6.

Ant. 1. a. Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. *Eccli.* 26.

Ps. Beati immaculati in via, *R.* Qui ambulant in lege Domini. *Pf.* 118.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

R. vij. O quam pulcra est casta generatio cum claritate ! * Immortalis est enim memoria illius ; quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. *Ps.* Religio munda apud Deum & Patrem hæc est, Immaculatum se custodire ab hoc seculo ; * Immortalis. *Sap.* 4. *Jac.* 1.

R. viij. Felix est sterilis ; * Et incoquinata habebit fructum in respectioe animarum sanctarum. *Ps.* Deus reddet iis qui secundum patientiam boni operis incorruptionem qua-

runt, vitam æternam; * Et.

Sap. 3. Rom. 2.

R. ix. Dabitur illi fors in templo Dei acceptissima; * Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidat radix sapientiæ. V. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; * Bonorum. Glória. * Bonorum. Sap. 3. Matth. 5.

Te Deum.

V. Sacerd. Cantabo tibi, Domine: R. Psallam, & intelligam in via immaculata. Ps. 100.

A D L A U D E S.

Ant. Dilectus meus descendi in hortum suum ad arceolam aromatum, ut lilia colligat. Cant. 6.

Ant. 5. a. Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Cant. 3.

Ant. 2. D. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pasceatur inter lilia. Cant. 6.

Ant. 6. C. Dilectus meus ordinavit in me caritatem: fulcite me floribus, stipate me malis. Cant. 2.

Ant. 3. a. Sub umbra illius quem desideraveram, sedi; & fructus ejus dulcis gutturi meo. Cant. 2.

Capiulum. Sap. 8.

S Civi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum.

Si sit Martyr. Hymnus.

Q Uid sacram, Virgo, generosa Martyr, Ambiant frontem duplices coronæ?

Nempe non unum gemino

reportas

Hoste triumphum.

Mollior fregit neque te voluptas;

Impotens flexit neque te tyrannus:

Tu graves pœnas, pariterque blandos

Vincis amores.

Lilii Spôsus recubat, rosisque;

Tu, tuo semper bene fida Sponso,

Et rosas martyr, simul & dedisti

Lilia virgo.

Summa laus Patri, genitoque Verbo;

Et tibi compar, utriusque

Nexus:

Fac tibi semper placeamus uni

Môribus æquis. Amen.

V. Hæreditas immaculatum in æternum erit: R. Non confundetur in tempore malo. Ps. 36.

Ad Benedictus. Ant. 5. C.

Factus est Dominus firmamentum meum; liberavit me, quia complacui ei: secundum mundiciam manuum mearum reddet mihi. 2. Reg. 22.

Oratio.

D Eus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius, ut qui beate N. Virginis & Martyris tue natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur; Per Dominum.

Alia Oratio.

O Mnispotens sempiternus Deus, cujus munere beata N. virginis & martyrii

palnam adeptæ est: da nobis ejus præcibus, ita corporis ac mentis servare puritatem, ut nec blanditiis carnis, nec malorum acerbitate vincamur; Per Dñm nostrum.

Si non sit Martyr,

Hymnus.

Non vana dilectum gregem

Pavere mundi gaudia,
Nec pura fallax pectora
Imago lusit sæculi.

Sed hæc tuarum propria
Sunt, Christe, sponsarum bona,

Te semper, & tecum tuis
In te potiri gaudiis.

Castis vicissim tu tibi
In cordibus thorum struis;
Interque flammæ intimo
Amans quiescis in sinu.

Hic unus est sponsus amor,
Unusque tecum spiritus;
Beasque sponsus singulas,
In teque transformas, Deus.

Te deprecamur supplices,
Nostros ut addas sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

Sit laus Patri, laus Filio;
Sit par tibi laus Spiritus,
Divina qui perennibus
Firmas sigillis fœdera. Amen.

¶ Sitivit in te anima mea:
R. Quam multipliciter tibi caro mea! *Pf. 62.*

Ad Benedictus. Ant. 7. G.
Exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutis, quasi sponsam ornata[m] monilibus suis. *Is. 61.*

Oratio.

Deus, qui habitaculum tuum in corde pudico constituisti: concede, ut qui

fidelis sponsæ tuæ N. puritatē humili veneramur obsequio, piæ conversationis sequamur exemplo; Per Dñm.

Alia Oratio.

Fidèles tuos, quæsumus, Dñe, intercedente beatâ N. Virgine tuâ, corpore & mente purifica; ut tuâ inspiratione compuncti, noxiæ delectationes vitare prævaleant; atque ut earum non capiantur illécebris, tuâ semper suavitate pascantur; Per Dñm.

A D P R I M A M.

Ant. 1. g. Dilectus meus.

A D T E R T I A M.

Ant. 5. a. Inveni.

Capitulum. 1. Cor. 7.

DE virginibus præceptum Dñi non habeo; consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Dño, ut sim fidelis.

R. br. Lætetur mons Sion:
* Exultent filii Judæ. Lætetur.
¶ Propter judicium tua, * Dñe,
* Exultent. Glória Patri. Lætetur. *Pf. 47.*

¶ Audivit, & lætata est Sion; R. Et exultaverunt filii Judæ. *Pf. 96.*

A D S E X T A M.

Ant. 2. D, Ego.

Capitulum. 1. Cor. 7.

Mulier inupta, & virgo cogitat quæ Dñi sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

R. br. Quid mihi est in cœlo? * Et à te quid volui super terram? Quid. ¶ Deus cordis mei, * & pars mea Deus in

xlvj

Commune Virginatis

æternum : * Et. Glória Patri. Quid. Ps. 72.

¶ Concupiscit, & deficiit anima mea in átria Dómini : R. Cor meū & caro mea exultaverunt in Deum vivū. Ps. 83.

A D N O N A M.

Ant. 3. a. Sub umbra. Capitulum. a. Cor. 11.

EMulor vos Dei æmulatione; despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

R. br. Afferentur Regi virgines * In lætitia & exultatione. Afferentur Regi virgines. ¶ Adducentur * in templū Regis, * In lætitia & exultatione. Glória Patri. Afferentur.

¶ Delectaverunt te filiz regū, R. In honore tuo. Ps. 44.

AD II. VESPERAS.

Ant. **V**irgines accipientes 4. D. **V**lâmpades suas, exierunt obviam sponso & sponsæ. Matth. 25.

Ant. 3. a. Prudentes acceperunt oleum in vasis suis cum lâmpadibus, & ornavérunt lâmpades suas. Matth. 25.

Ant. 7. d. Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Matth. 25.

Ant. 2. D. Venit sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias. Matth. 25.

Ant. 1. D. Virgines sequuntur Agnum quocumque serit: sine mácula enim sunt ante thronum Dei. Apoc. 14.

Capitulum. Apoc. 19.

Regnâvit Dóminus Deus noster omnipotens: gaudeamus, & exultemus, & demus glóriam ei; quia venerunt

nuptiz Agni, & uxor ejus preparavit se.

Si sit Martyr, Hymnus, Festis. ut in primis Vesperis, &

¶ Confessio & pulcritudo in conspectu Dei : R. Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus. Ps. 95.

Ad Magnificat. Ant. 8. G.

Castâ generatio in perpétuum coronata triumphat, incoïnquinatorum certaminum præmium vincens. Sep. 4.

Orazio, ut supra ad Laudes. Si non sit Martyr, Hymnus.

O Virgo, pectus cui sacrum,

Amoris expertis improbi, Intus suis ardoribus Sanctus perussit Spiritus!

Non te voluptas dulcibus Fallax venenis molliit, Solas amaram persequi Cœlestis Agni nuptias.

Sic ille natus Virgine Suo decore ceperat, Ut ejus ardens ignibus Mundana cuncta temneret.

Beata cui nunc, Cœlestis Inter canentium choros, Cœlo licet perennibus Sponsi portri gaudiis.

Æterne sponsæ Virgineam, Jesu, tibi sit gloria Cum Patre, tumque Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

¶ Virgines laudent nomen Dómini; R. Quia exaltatum est nomen ejus solius. Ps. 148.

Ad Magnificat. Ant. 1. f.

In resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed erant sicut Angeli Dei in celo. Matth. 22.

Orazio, ut supra ad Laudes.

www.litton.com

COMMUNE SANCTARUM MULIERUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. **D**omine, qui habes
6. F. **D**omnium scientiam,
tu scis quod nunquam lætata
sit ancilla tua nisi in te, Dó-
mine Deus. *Esther.* 14.

Ant. 2. D. Ad te, Dómine,
oculos meos dirigo: tu scis
quia mundam servavi animam
meã ab omni concupiscéntia.
Tob. 3.

Ant. 3. c. Nunquam cum
ludentibus miscui me; neque
cum his qui in levitate ambul-
ant, participem me præbui.
Tob. 3.

Ant. 3. a. Dómine Pater,
omne desiderium averte à me,
& animæ irreverenti & infrun-
titiæ ne tradas me. *Eccli.* 23.

Ant. 5. C. Adjuva me an-
cillam tuam, nullum aliud au-
xilium habentem, nisi te, Dó-
mine, qui nosti quia óderim
glóriam iniquorũ. *Esther.* 14.

Capitulum. *Ephes.* 5.

Relinquet homo patrem,
& matrem suam, & ad-
hærebit uxóri suæ; & erunt
duo in carne una. Sacramen-
tum hoc magnum est; ego au-
tem dico in Christo & in Ec-
clésiã. Verũtamen & vos sin-
guli unusquisque uxórem suam
sicut seipsum diligit; uxor au-
tem timeat vitum suum.

In Duplicibus & supra:

Re. Vitum, Dómine, cum
timóre tuo, non cum libidine
meã consensu suscipere: * Sit
nomen tuum, Deus Israel,
benedictum in sæcula, *Ps.* Non

vocavit nos Deus in immundí-
tiam, sed in sanctificatiónem:
* Sit. Glória Patri. * *Sir.* *Tob.* 3.
1. *Theff.* 4.

Hymnus.

AD nuptias Agni Pater
Mátrés & innuptas vocat:
O te beátam, cui thorus
Interque sponsas fors datur!
Lex nuptiarum caritas;
Dos magna, paupertas, tibi,
Calcáre falláces opes,
Cadúca corde spérnere.

Te multus oblectat labor,
Fusæque jejúnam preces:
Te pœnitentem lacrymæ,
Te cura páuperum juvat.

Quæcumque confixam sibi,
Per próbra sponsam, per cruceſ
Trahit Magister; & sequi
Despecta gaudes, & pati.

Beáta quæ sponſo Deo
Castis adhæret vñculis:
Sic corpus unum póſsumus,
Sic unus esse spíritus.

Hoc præſtet almo cum Pa-
tre,
Natoque nobis Spíritus,
Qui trinus ac unus Deus
Regnat per omne sæculum.
Amen.

*Si sit Martyr, *Ps.** Factus es
spes mea, Dómine: *Re.* Tur-
ris fortitudinis à facie inimici.
Ps. 60.

Ad Magnificat. Ant. 4. D.
Deus cœlorum, exaudi me de-
precantem, & de tua miseri-
córdia præsumens; ut gentes
agnoscant quia tu es Deus, &
non est aliud præter te. *Judic.* 9.

Oratio, ut infra ad Laudes.

xlviii *Commune sanctarum Mulierum.*

Si non sit Martyr, & Avert
te oculos meos ne videant vanitatem: *Re.* In via tua vivifica me. *Pf.* 118.

Ad Magnificat. Ant. 1. A. Exultavit cor meum in Domino, & dilatatum est os meum, quia lætata sum in salutari tuo. 1. *Reg.* 2.

Oratio, ut infra ad Laudes.

[*In Solemnibus-majioribus, & supra, ad Completorium:* *Ant.* 2. A. Gustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. *Prov.* 31.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. D. Indue te decore sempiternæ gloriæ; Deus enim ostendet splendorem suum in te. *Baruch.* 5.]

AD OFFICIUM NOCTUR.

Invit. Deum in quo sperant sanctæ mulieres, * Venite, adoramus. 1. *Petr.* 3.

Pf. 94. Venite. 2.

Hymnus.

Adeste, sanctæ Cónjuges: En illa fortis Fémína, Ornata quæ virtutibus Inter triumphat Coelites.

Blandos ut hostes vinceret, Hanc fortitúdo vestit: Ut prosit intuéntibus, Cœlestis ornávit decor.

Non vana pompa sèculi Sensus sefellit, nec malis Gliscens voluptas artibus Virile pectus mólliit.

Non illa luxu vestitum, Non crine torto splénduit: Cultu nitens sed simplice, Puris placébat móribus.

Se sub serénis vultibus Austéra virtus occuít: Timet vidéri, ne suum,

Dum prodit, amittat decus, Pascenda cœlesti cibo, Sacris studébat litteris; Templo frequens, sed sèdula Redébat ad curam domûs.

Æterne tu Verbi Pater, Æterne Fili par Patri, Et par utriqûe Spíritus, Tibi, Deus, sit glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Instítu sapiéntiæ timor Dómini, & cum electis fémínis gráditur. *Eccli.* 1.

Ant. 2. D. Sápiens mulier ædificat domum: mulier grátiosa invéniet glóriá. *Prov.* 14.

Ant. 3. d. Pars bona, mulier bona: in parte tíméntium Deum dábitur. *Eccli.* 26.

* Lex Dei ejus in corde ipsius; *Re.* Et non supplantabuntur gressus ejus. *Pf.* 36.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Re. j. Mulierem fortem quis invéniet? procul & de últimis finibus prertum ejus. * Confidit in ea cor viri sui: reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. * Vir imágo & glória Dei est: mulier autem glória viri est. * Confidit. *Prov.* 31. 1. *Cor.* 11.

Re. ij. Grátia mulieris sèdula delectábit virum suum: * Disciplina illius datum Dei est. * Quæ filios aut nepotes habet, discat domum suam regere; hoc enim acceptum est coram Deo. * Disciplina illius. *Eccli.* 26. 1. *Tim.* 5.

Re. iij. Grátia super grátiam, mulier sancta & pudorata: * Fundamenta æterna supra petram sólidam, mandata Dei in corde mulieris sanctæ. * Venérunt

Commune sanctorum Mulierum. xlii

erunt flumina, & flaverunt venti; & irruerunt in domum, & non cecidit; fundata enim erat super petram. * Fundamenta. Glória Patri. * Fundamenta. *Eoeli. 26. Matth. 7.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Deprecabatur Dominum, dicens: Domine mi, qui rex noster es solus, adjuva me, cujus præter te nullus est auxiliator alius. *Esther. 14.*

Ant. 5. a. Ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te; & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. *Judith. 6.*

Ant. 6. F. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea. *Genes. 49.*

¶ Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: R. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. *Psf. 100.*

Lectiones, ut in Proprio.

R. iv. Misericordia tua, Domine, ante oculos meos est; & * Complacui in veritate tua: non sedi cum concilio vanitatis. ¶ Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? * Complacui. *Psf. 25. 2. Cor. 6.*

R. v. Dixi, Domine, mandata tua super aurum & topazion; * Propterea ad omnia mandata tua dirigebam: omnem viam inquam odio habui. ¶ Non in abundantia cujusquam, vita ejus est ex his quæ possidet. * Propterea. *Psf. 118. Luc. 12.*

R. vi. Ego in Domino speravi, * Exultabo & letabor in misericordia tua; † Quoniam

Pars Hymnis.

repeixisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam. ¶ Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. * Exultabo. Glória Patri. † Quoniam. *Psf. 30. 2. Cor. 3.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. *Judith. 15.*

Ant. 8. G. Benedicta es à Domino; scit enim omnis populus mulierem te esse virtutis. *Ruth. 3.*

Ant. 5. C. Gaudēbit super te Dominus in lætitiā, silēbit in dilectione sua, exultābit super te in laude. *Soph. 3.*

¶ Benedicat te Dominus ex Sion; R. Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ. *Psf. 127.*

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

R. vij. Multæ filix congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. * Fallax gratia, & vana est pulcritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. ¶ In incorruptibilitate modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples, sanctæ mulieres ornabant se. * Fallax. *Prov. 31. 1. Petr. 3.*

R. viij. Fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eod quod castitatem amaveris: * Ideo & manus Domini confortavit te, & ideo eris benedicta in æternum. ¶ O mulier, magna est fides tua: * Ideo & manus. *Judith. 15. Marti. 15.*

R. ix. Omnia quæ locuta es, vera sunt; & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio

* Nunc ergo † Ora pro nobis, quóniam mulier sancta es, & timens Deum. † Fides tua te salvam fecit. * Nunc. Glória. † Ora. *Judith. 8. Lxx. 7.*

Te Deum.

† *Sacerd.* Glorificábo nomen tuum in æternum; *R.* Quia misericórdia tua magna est super me. *Pf. 85.*

AD LAUDES.

Ant. **S**icut sol oriens mundo 1. a. *S* in altissimis Dei, sic mulieris bonæ spécies in ornamentum domûs ejus. *Eccli. 26.*

Ant. a. *D.* Mulier fortis oblectat virum suum; & annos vitæ illius in pace implébit. *Eccli. 26.*

Ant. 3. c. Mulier sensata, & tãcita: non est immutatio eruditæ animæ. *Eccli. 26.*

Ant. 4. d. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. *Prov. 31.*

Ant. 5. a. Non discedebat de templo, jejúniis & obsecrationibus sérviens nocte ac die. *Luc. 2.*

Capitulum. 1. *Petr. 3.*

Mulieres súbditæ sint viris suis; ut & si qui non credunt verbo, per mulierum conversatiónem sine verbo lucriflant, considerantes in timóre castam conversatiónem vestram.

Hymnus.

Ardet Deo quæ Fémina, Latére frustra cógitat: Quot indigos hæc súblevat, Tot próditur præcónibus.

Prodesse quærit cónibus, Curis honestis ánxia; Patróna custos virginum, Secunda mater órphanis.

Pannis latentem vñibus Christum fovébat hóspitem: Quas dura subtraxit sibi, Opes refundit pródiga.

Pacem domi, pacem foris Alto colit siléntio:

Lites amat compónere, Ut una mens sit ómnibus.

Æterne tu Verbi Pater, Æterne Fili par Patri, Et par utriqûe, Spíritus, Tibi, Deus, sit glória. Amen.

Si sit Martyr, †. Adhæsít ánima mea post te, Deus meus: *R.* Me suscépit dextera tua. *Pf. 62.*

Ad Benedictus. Ant. J. Invocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ; & exaudita est oratió mea. *Eccli. 51.*

Oratio.

Deus, cujus grátia virtus in infirmitate perficitur: largire nobis beatæ *N.* Mártiris tuæ passiónem recoléntibus; ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincendi grátiam nobis obtíneat; Per.

Si non sit Martyr, †. Humiliábam ánima meam, *R.* Et oratió mea in sinu meo convertétur. *Pf. 34.*

Ad Bened. Ant. 6. F. Oratio humiliantis se nubes penetrábit; & non discédet, donec Altissimus aspiciat. *Eccli. 35.*

Oratio.

Tuórum corda fidélium, Deus miserátor, illustra: & beatæ *N.* précibus ac méritis, fac nos terréna despícere, & amáre coeléstia; Per.

Commune sanctarum Mulierum.

11

Si sit Vidua, Oratio.

DEus, in quem sperat omnis anima, quæ longè à te exulans in terris se verè viduam sentit ac desolatam: tribue nobis, quæsumus, ut exemplo beatæ *N* nocte ac die obsecrationibus & orationibus instantes, cœlestium consolatorum mereamur esse participes; Per Dñm.

A D P R I M A M.

Ant. 1. a. Sicut sol.

A D T E R T I A M.

Ant. 2. D. Mulier fortis.

Capitulum. Ephes. 5,

Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Dño; quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ; ipse salvator corporis ejus.

R. br. Doce me facere voluntatem tuam, * Quia Deus meus es tu. Doce me. *Ps.* Spiritus tuus bonus * deducet me, * Quia. Glória Patri. Doce me. *Pf.* 142.

Ps. Ab omni via mala prohibui pedes meos; *R.* Ut custodiam verba tua. *Pf.* 118.

A D S E X T A M.

Ant. 3. c. Mulier.

Capitulum. 1. Tim. 2.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulier non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.

R. br. Custodiam vias meas, * Ut non delinquam in lingua mea. Custodiam. *Ps.* Põsui ori meo * custodiam, * Ut. Glória Patri. Custodiam. *Pf.* 38.

Ps. Apud me oratio Deo vitæ meæ: *R.* Dicam Deo, Susceptor meus es. *Pf.* 41.

A D N O N A M.

Ant. 5. a. Non discedebat. *Capitulum.* 1. Tim. 2.

Volo orare mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

R. br. Expectavi Dñm, * Et intendit mihi. Expectavi. *Ps.* Et exaudivit * preces meas, * Et intendit mihi. Glória Patri. Expectavi. *Pf.* 39.

Ps. Venite, & videte opera Dei, *R.* Qui põsuit animam meam ad vitam. *Pf.* 65.

A D I I. V E S P E R A S.

Ant. I N ancilla sua adimplevit Dñm misericordiam suam. *Judith.* 13.

Ant. 4. E. Erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dñm valde; nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. *Judith.* 8.

Ant. 7. c. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. *Prov.* 31.

Ant. 1. D. Filios educavit, hospitio recepit, sanctorum pedes lavit, tribulationem patientibus ministravit, omne opus bonum subsecuta est. 1. Tim. 5.

Ant. 6. F. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt: vir ejus, & laudavit eam. *Prov.* 31.

Capitulum. 1. Tim. 2.

Mulier salvabitur per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectio-

c ij

lij *Officium beatae Mariae in Sabbato:*

te, & sanctificatione cum societate. *Tibi, Deus, sit gloria. Amen: Si sit Martyr, ¶. Videant qui oderunt me, & confandantur; R. Quoniam, tu Domine, adjuvisti me. Ps. 85.*

Hymnus.

O Jam beata, quae suo Tandem soluta corpore, Vinculis perenniöribus Uni Deo conjungitur!

Per quos gradus caelum petit,

Hac ire vos omnes docet, Junctae jugali vinculo, Et vos solutae Conjuges.

Insignis & nos Feminae Sequi decet vestigia, Magnum vel ipsa quae fuit Virtutis exemplum viris.

Quae arsit illa, fac, Deus, Flagremus & nos ignibus; Eoque, quo te vis colit, Amore fac mens te colat.

Eterne tu Verbi Pater, Eterne Fili par Patri, Et par utriusque Spiritus,

Ad Magnificat. Ant. 3. a. Confitebor nomini tuo, Domine; quoniam adjutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione. Eccli. 51.

Oratio, ut supra ad Laudes:

Si non sit Martyr, ¶. Anima mea Domino vivet; R. Et semen meum serviet ipsi. Ps. 21.

Ad Magnificat. Ant. 5. C. Fortitudo & decor indumentum ejus: date ei de fructu manuum suarum; & laudent eam in portis opera ejus. Prov. 31.

Oratio, ut supra ad Laudes.

OFFICIUM BEATAE MARIAE IN SABBATO.

Simplex.

IN VESPERIS Ferie Rebus principium qui dedit
sentae praecedentis. omnibus,

Capitulum. Genes. 3.

A It Dominus Deus ad serpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum.

Hymnus.

D Avidis soboles, gloria Virginum, Christi Virgo parens, te posuit Deus, Partu Virgineo quae male subdoli Anguis contereres caput.

A te principium sumpsit homo Deus; Cunctis prospiciens qui tribuit cibos,

Pastus lacte fuit tuo. Per te, quod mulier perdidit, derat vetus, Humano generi redditur auctus:

Tu clausas miseris, heu nati- mium diu! Celorum referas fores. Qui lucis pater est, gloria sit Patri;

Officium beatae Mariae in Sabbato. liij

Cujus Virgo parens, gloria Tu cum virgineo mater honore
Filio;

Quo fecunda, tibi, nexus Caelorum Domino pectoris
amabilis, aulam

Sit par gloria, Spiritus. Amen. Sacris visceribus casta dedisti:

Ante Praesent. V. Benedixisti, Domine, terram tuam: Humano Deus hinc induit
artus.

R. Avertisti captivitatem Jacob. *Pf.* 14. Quem cunctus venerans orbis
adorat,

Ad Magnif. Ant. 7. a. Beatus venter qui te portavit, & ubera
que suxisti. Quinimmo, beati Cui nunc rite genu flectitur
omne;

qui audiunt verbum Dei, & A quo, te precibus subveniente,

custodiunt illud. *Luc.* 11. Eterni petimus gaudia regni.
Oratio, Beata. *infra*, ad Divinae Soboli, qui dare matrem

Laudes. liv. In terris voluit, gloria Patri:
Non sunt Suffragia. Cujus Virgo parens, gloria

Post Praesent. V. Deus operatus est salutem in medio terrae: *R.* Tu confregisti capita
draconis. *Pf.* 73. Nato:

Ad Magnif. Ant. 1. f. Benedictus Dominus qui te direxit in vulnere capitis principis inimicorum
nostrorum. *Judith.* 13. Quo fecunda, tibi gloria,
Flamen. Amen.

Oratio, Concede. *ut infra* ad *Laudes.* *Psalms de Sabbaro, sub tribus
Antiphonis sequentibus.*

Suffragia de Patrono, de Sanctis, & pro pace. *Ant.* 1. a. Ave, gratia plena;
Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. *Luc.* 1.

COMPLETORIUM, ut in Psalterio. Hymnus, Virgo, Dei genitrix. infra, in Officio parvo. *Ant.* 8. c. Ecce concipies in
utero, & paries filium, & vocabis
nomen ejus Jesum. *Luc.* 1.

AD NOCTURNUM. *Ant.* 2. D. Quod nascetur
ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. *Luc.* 1.

Invit. Jesum de Maria natum, * Venite, adoremus. *Pf.* 71. *V.* Descendet sicut pluvia in
vellus: *R.* Et replebitur maiestate ejus omnis terra. *Pf.* 71.

Matth. 1. Pater noster, &c.

Pf. 94. Venite. 2. *Absol.* Deus meminerit, 147. *Benedictiones de Sanctis, ut
ordinantur post Psalterium.*

Hymnus. *Lection. duas priores de Script. occurrente; & tribus sunt duae.*

Quam glorifica luce coruscas, Stirpis Davidicae regia proles;

Sublimis residens, virgo Maria,

Supra Caeligenas aetheris omnes!

Post j. *Lecl.* *R.* Benedicam ei, & ex illa dabo filium cui benedicturus sum: * Constitutam pactum meum illi in fo-

liv *Officium beatæ Mariæ in Sabbato.*

us sempiternum. *Ps.* Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & regnabit in domo Jacob in æternum. * Confiteamur. *Genes. 17. Luc. 1.*

Post ij. Lect. R. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: pariet autem filium; * Ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum. *Ps.* Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus. * Ipse. *Matth. 1. Eccli. 44.*

Pro tertia Lectione legitur una de sequentibus, secundum diversitatem mensium.

Post iij. Lect. R. Deus ex semine David, * Secundum promissionem, eduxit Israel salvatorem Jesum. *Ps.* Juravit Dominus David veritatem: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. * Secundum. Gloria Patri. * Secundum. *Matth. 13. I. J. 131.*

Te Deum.

Ps. Sacerd. Confiteantur tibi populi, Deus: *R.* Terra dedit fructum suum. *Pf. 66.*

AD LAUDES.

I Psalmi de Sabbato, sub sola Anr. 4. A. Benedicte tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc. 1.*

Capitulum. Jerem. 31.

Creavit Dominus novum super terram: Femina circumdabit virum.

Hymnus.

Nunc aurora, novæ nuntia lucis,

Tristes orbe procul dissipat umbras.

O quam lucidior, nocte sepultis

Porrans ipsa diem, Virgo refulges!

O quæ nunc habitas lucida, regna,

Mittas inde tuæ mûnera lucis: Te si terra dedit munus olympo,

Quæ non dona memor reddet olympus?

Inter perpétuos Numinis haustus,

O Regina, tibi sanguine junctum

Ne dedisce genus: nostra fuisti,

Summi facta parens, Virgo, Tonantis.

Divinæ Sôboli qui dare matrê In terris voluit, glória Patri: Cujus Virgo parens, glória Nato:

Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

Anse Present. Ps. Homo natus est in ea: *R.* Et ipse fundavit eam Altissimus. *I. J. 86.*

Ad Bened. Anr. 8. G. Péperit Mariæ Filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio. *Luc. 2.*

Orazio.

Beatæ tēpora celebrantes, Quæ per temporalem Unigeniti tui Nativitatem, & partum Mariæ Virginis consecrasti: quæsumus, Domine, ut ejusdem Dei genitricis intercessione, & in illo renasci, & tanti mysterii fructum jugiter in nobis conservare mercemur; Per eundem Dominum.

Non sunt suffragia.

Post Present. Ps. Recordatus est Dominus misericordie suæ, *R.* Et veritatis suæ domui Israel. *Pf. 97.*

Ad Benedictus. Anr. 3. à. Beata quæ credidisti; quoniam

Officium beatae Mariae in Sabbato. IV

perficientur ea quae dicta sunt tibi à Dómino. *Luc. 1.*

Oratio.

Concède nos famulos tuos, quæsumus, Dómine, Deus, perpétuâ mentis & corpóris sanitate gaudere; & gloriósâ beatæ Mariæ semper Virgínis intercessióne, à præsentí liberári tristitia, & aternâ perfrui lætitiâ; Per Dóminam.

Suffragia de Patrono, de Sanctis. & pro pace.

AD HORAS, Doxologia:

Qui natus es de Virgine, Jesu, tibi sit glória, &c.

Psalmi de Sabbato.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Filius Dei factus est ei ex semine David secundum carnem. Rom. 1.

In. Br. V. Qui natus es de Maria virgine. Matth. 1.

AD TERTIAM.

Ant. 4. d. De Maria natus est Jesus, qui vocatur Christus. Matth. 1.

Capitulum. Isaïæ 7.

Dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filiû, & vocabitur nomen ejus, Emmanuel.

*Br. br. Deus in medio ejus; * Non commovébitur. Deus. V. Adjuvabit eam * manè diluculo: * Non. Glória Patri. Deus. Ps. 45.*

V. Elégit eam Dñs Br. In habitatióem sibi. Ps. 131.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Péperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes. Apoc. 12.

Capitulum. Mich. 5.

Egrediétur qui sit dominátor in Israel, & egressus

ejus ab initio, à diébus aternitátis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet; & reliquæ fratrum ejus convertentur ad filios Israel.

*Br. br. Homo * Natus est in ea. Homo. V. Et ipse fundavit eam * Altissimus. * Natus est. Glória. Homo. Ps. 66.*

V. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Ps. 118.

AD NONAM.

Ant. 1. g. Beatus venter qui te portavit, & úbera quæ suscitasti. Luc. 11.

Capitulum. Galat. 4.

Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

*Br. br. Misericórdia & veritas * Obviaverunt sibi. Misericórdia. V. Justitia & pax * osculatae sunt, * Obviaverunt sibi. Glória. Misericórdia.*

V. Veritas de terra orta est, Br. Et justitia de caelo prospexit. Ps. 84.

LECTIONES sequentes dicuntur singulis mensibus in Officio B. Mariæ in Sabbato.

MENSE JANUARIO.

Ex libro Epistolárum sancti Cyrilli Alexandrini.

Conc. Eph. part. 1. cap. 9.

Letitio iij.

Quod Verbum caro factum perhibétur, id aliud nihil est, quàm quòd, perinde ac nos, carni & sanguini communicávit, nostroque corpore sibi adjuncto ex muliere pro-

lvj *Officium beatae Mariae in Sabbato.*

dierit, deitate interim, aut ex Patre natiuitate non abiecta: mansit enim, in ipsa quoque carnis assumptione, quod prius erat. Hoc exactioris fidei doctrina ubique praedicat: hoc sanctos patres sanxisse, eaque de causâ sacram Virginem Desparam appellare minime dubitasse constat; non quod Verbi natura, ipsiusve diuinitas, ortus sui principium ex sancta Virgine sumperit; sed quod sacrum illud corpus animâ intelligente perfectum, ex ea traxerit; c. i. & Dei Verbum secundum hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur.

MENSE FEBRUARIO.

Sermo sancti Gregorii Nysseni.

Orat. in Nativ. Christi.

Lectio iij.

Audi pudicam Virginis vocat. Angelus partum nuntiat: at illa virginitati inhæret, & integritatem angelicæ demonstrationi anteponendam iudicat: nec Angelo fidem non habet, nec à proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudine viri. Quomodo istud erit mihi, quoniam virum non cognosco? Hæc Mariæ vox, demonstratio est eorum quæ in occulta historia referuntur. Si enim nuptiarum causâ ducta fuisset à Joseph, quomodo parituram Angelo prænuntianti se rem novam & alienam audire præ se tulisset, cum ipsa quoque sese obstrinxisset naturæ lege, ut aliquando mater esset? Verum quia carnem Deo consecratam, tanquam sanctum aliquod oblatum munus,

oportebat intactam integramque præstare; idcirco, Licet, inquit, Angelus sis, licet id quod ostenditur, naturam superet humanam; tamen me virum cognoscere nefas est: quomodo sine viro mater ero? Joseph enim sponsum novi, sed virum non cognosco.

MENSE MARTIO.

Ex libro sancti Irenæi Episcopi & Martyris, adversus hæreses.

Lib. 5. cap. 19.

Lectio iij.

In sua propria veniente Domino; & suâ propriâ eum bajulante conditione, quæ bajulatur ab ipso; & recapitulationem ejus quæ in ligno fuit inobedienciæ, per eam quæ in ligno est, obedienciam faciente; & seductione illâ solutâ, quâ seducta est malè illa quæ jam viro destinata erat virgo Eva: per veritatem evangelizata est bene ab Angelo jam sub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, pravariçata verbum ejus; ita & hæc per angelicū sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret Deum; sic hæc suasa est obedire Deo, uti virginis Evæ virgo Maria fieret advocata. Et quemadmodum astrictum est morte genus humanum per virginem, solvatur per virginem: æquâ lance disposita virginâlis inobediencia per virginâlem obedienciam.

OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIÆ.

Non dicitur quoties sit Officium Semiduplex, aut suprd, nec intrà Octavas, nec quando Officium diei est de Beata.

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Vespera dicuntur intrà Suffragia. Prima, post Primam diei, ante Officium Capituli: Tertia post Benedicamus Tertia; & sic de ceteris Horis.

AD OFFICIUM NOCT.

Invir. Jesum de Maria natum, * Venite, adorémus.
Math. 1.

Psalms 94. Venite. 2.

Hymnus.

O Quàm glorificâ luce coruscas,

Stirpis Davidicæ régia proles;

Sublîmis résidens, virgo Maria,

Supra Cœligenas ætheris omnes!

Tu cum virgineo mater honóre Cælórum Dómino pectoris aniam

Sacris viscéribus casta dedisti:

Humános Deus hinc induit artus.

Quem cunctus vénerans orbis adórat,

Cui nunc ritè genu stécitur omne;

A quo, te précibus subveniente,

Æterni pétimus gáudia regni.

Divinæ Sóboli, qui dare matrem

In terris vóluit, glória Patri:

Cujus Virgo parens, glória Nato:

Quo sæcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

In Festis B. Mariæ dicuntur in Nocturnis novem sequentes Psalmi, cum Antiph. propriis.

In Officio autem parvo dicuntur tantum tres Psalmi, secundum ordinem Feriarum, ut infra notatur.

IN I. NOCTURNO.

Ferid II. & V.

Ant. sola 1. a. Ave.

Psalms 8.

Domine, Dóminus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in univérfa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitorum tuórum; * lunam & stellas, quæ tu fundasti:

Quid est homo, quòd memmor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vístras eum?

Iviii *Officium parvum beatae Mariae.*

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, glóriã & honóre coronasti eum, * & constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecisti sub pédi-bus ejus, * oves & boves uníversas, insuper & pécora campi,

Vólucres cæli, * & pisces maris qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster,* quàm admirábilis est nomen tuum in uníversa terra!

Psalmus 18.

Cæli enarrant glóriã Dei,* & ópera mánuum ejus annúntiat firmamentum.

Dies diéi eructat verbum,* & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes,* quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum: * in sole pósuit tabernáculum suum;

Et ipse tanquam sponfus procedens de thálamò suo,* exultávit ut gigas ad currendam viam.

A summo cælo egréssio ejus, & occurfus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * testimónium Dómini fidèle, sapiéntiam præstans párvullis.

Justitiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus,pér-

manens in séculum séculi: * júdicia Dómini vera, justifi-cáta in semetipsa.

Desiderabilia super aurum & lápidem pretiósium multum,* & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiendis illis re-tribútio multa.

Delicta quis intélligit? * ab occultis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti,* tunc immaculátus ero, & emundábor à delicto máxime.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei,* & meditátio cordis mei in conspectu tuo semper.

Dómine, adjútor meus,* & redemptor meus.

Psalmus 44.

Eructávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea * cálamus scri-bæ velóciter scribentis.

Speciósus formá præ. fúit hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis; * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gládio tuo super femur tuum,* Potentíssime.

Spécie tuã & pulcritudine tuã intende,* próspere procéde,

Et regna propter veritátem, & mansuetúdinem, & justitiam; * & dedúcet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent,* in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in sécu-

Officium parvum beatæ Mariæ. lix

lum sæculi : * virga directiõnis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem ; * propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cása à vestimentis tuis, à dõmibus ebúrneis ; * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, * circumdata varietate.

Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam ; * & obliviscere pópulum tuum, & domum patris tui :

Et concupiscet rex decorem tuum, * quoniam ipse est Dõminus Deus tuus ; & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus : * in simbriis áureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi vírgines post eam : * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitiá & exultatione ; * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Mémores erunt nómínis tui in omni generatiõne & generatiõnem.

Propterea pópuli confitentur tibi in æternum, * & in sæculum sæculi.

Ant. Ave, grátia plena : Dõminus tecum : benedicta tu in mulieribus. *Luc. 1.*

V. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam ; *R.* Et concupiscet rex decorem tuum. *Pf. 44.* Pater noster, &c.

Lectiões infrá.

IN II. NOCTURNO.

Ferid III. & VI.

Ant. sola. 8. c. Ecce.

Psalms 45.

Deus noster refugium & virtus : * adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificavit civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus ; non commovebitur : * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dõminus virtutum nobiscum, * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, & videte ópera Dõmini, quæ posuit prodigia super terram, * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma, * & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

lx *Officium parvum beatæ Mariæ.*

Dóminus virtutum nobis-
tum, * & susceptor noster Deus
Jacob.

Psalms 71.

DEus, iudicium tuum re-
gi da, * & iustitiam
tuam filio regis :

Judicare populum tuum in
iustitia, * & pauperes tuos in
iudicio.

Suscipiant montes pacem
populo : * & colles iustitiam.

Judicabit pauperes populi,
& salvos faciet filios paupe-
rum, * & humiliabit calum-
niatorem.

Et permanebit cum sole &
ante lunam, * in generatione
& generationem.

Descendat sicut pluvia in
vellus, * & sicut stillicidia
stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus iusti-
tia, & abundantia pacis, * do-
mæ auferatur luna.

Et dominabitur à mari usque
ad mare, * & à flumine usque
ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æ-
thiopes, * & inimici ejus ter-
ram lingent.

Reges Tharsis & insulæ mû-
nera offerent ; * reges Arabum
& Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes
reges terræ : * omnes gentes
servient ei ;

Quia liberabit pauperem à
potente, * & pauperem cui
non erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi ; * &
ánimas pauperum salvas faciet.

Ex usuris & iniquitate ré-
dimet ánimas eorum ; * & ho-
norabile nomen eorum coram
illo.

Et vivet, & dabitur ei de
auro Arabiæ, & adorabunt de
ipso semper : * tota die bene-
dicent ei.

Et erit firmamentum in ter-
ra in summis montium, super-
extollétur super Libanum fru-
ctus ejus ; * & florébunt de
civitate sicut foenum terræ.

Sit nomen ejus benedictum
in sæcula : * ante solem perma-
net nomen ejus.

Et benedicentur in ipso om-
nes tribus terræ : * omnes gen-
tes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus
Ísrael, * qui facit mirabilia
solus.

Et benedictum nomen ma-
jestatis ejus in æternum ; * &
replebitur majestate ejus om-
nis terra : fiat, fiat.

Psalms 84.

Benedixisti, Dómine, ter-
ram tuam, * avertisti ca-
ptivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis
tuæ, * operuisti ómnia pec-
cata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam,*
avertisti ab ira indignationis
tuæ.

Converte nos, Deus salu-
táris noster, * & averte iram
tuam à nobis.

Numquid in æternum iras-
ceris nobis ? * aut extends
iram tuam à generatione in
generationem ?

Deus, tu conversus vivifi-
cabis nos ; * & plebs tua læ-
tábitur in te.

Offende nobis, Dómine,
misericórdiam tuam, * & salu-
tare tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in

Officium parvum beatae Mariae. [x]

me Dominus Deus ; * quoniam loquetur pacem in plebem suam ,

Et super sanctos suos , * & in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius , * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obviaverunt sibi : * iustitia & pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est , * & iustitia de caelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem ; * & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit , * & ponet in via gressus suos.

Ant. Ecce concipies in utero , & paries filium , & vocabis nomen ejus Iesum. Luc. 1.

Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus : Re. Deus in medio ejus. Ps. 45.

Pater noster , &c.

Lectiones infra.

IN III. NOCTURNO.

Ferid IV. & Sabbato.

Ant. sola 2. D. Quod nascetur.

Psalms 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te , * civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis , * scientium me.

Ecce alienigenarum , & Tyrus , & populus Aethiopum ; * hi fuerunt illis.

Nunquid Sion dicet : Homo , & homo natus est in

ea ; * & ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum & principum , * horum qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium * habitatio est in te.

Psalms 96.

Dominus regnavit , exultet terra , * letentur insulae multae.

Nubes & caligo in circuitu ejus : * iustitia & iudicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum praecedet , * & inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terrarum : * vidit , & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini ; * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt caeli iustitiam ejus ; * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia , * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum , * omnes Angeli ejus.

Audivit , & letata est Sion : * & exultaverunt filiae Iudae propter iudicia tua , Domine ;

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum , odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum ; de manu peccatorum liberabit eos.

Lux orta est iusto , * & rectis corde letitia.

Letamini , iusti , in Do-

121] *Officium parvum beatae Mariae.*

mino, * & confitemini memoriam sanctificationis ejus.

Bened. Deus det nobis. post Psalterium, 148.

Psalmus 97. Lesio j. Isaia 7.

CAntate Dómino cánticum novum, * quia mirabilia fecit.

ADjecit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profundū inferni, sive in excelsum suprā. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dóminum. Et dixit: Audite ergo, domus David: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen ejus, Emmānuel. Tu autem.

Salvavit sibi dextera ejus, * & brachium sanctum ejus.

Rx. Benedicam. liij.

Notum fecit Dóminus salutare suum; * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Bened. Dignos nos faciat, &c. Lesio ij. Gal. 4.

Recordatus est misericordiae suae, * & veritatis suae domui Israel.

Viderunt omnes termini terrae * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo, omnis terra: * cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Dómino in cithara, * in cithara, & voce psalmi,

In tubis ductilibus, & voce tubae corneae: * jubilate in conspectu regis Dómini.

Quanto tempore haeres parvulus est, nihil differt à servo, cum sit dóminus omnium; sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad praesinitum tempus à patre: ita & nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Tu autem.

Moveatur mare, & plenitudo ejus; * orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Dómini, * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * & populos in aequitate.

Ant. Quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Luc. 1.

* Descendet sicut pluvia in vellus: *Rx. Et repleritur majestate ejus omnis terra. Ps. 71. Pater noster, &c.*

Absolutio. 2. Mach. 1.

Deus meminerit testamenti sui quod locutus est, & exaudiat orationes nostras. *Rx. Amen.*

Rx. Quod in ea. liv.

Bened. Aperiantur, &c.

Lesio iij. Apoc. 11. & 12.

Aperitum est templum Dei in caelo, & visa est arca testamenti ejus in templo ejus: & facta sunt fulgura, & voces, & terrae motus, & grando magna. Et signum magnum appa-

Officium parvum beatae Mariae. Ixiij

rult in cælo : Múlier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in cápite ejus corona stellarum duodecim. Tu autem.

R. Deus ex sémine. liv.

Non dicitur Te Deum.

¶. Sacerd. Confiteantur tibi pópuli, Deus : R. Terra dedit fructum suum. f. f. 66.

Si Laudes non sequantur, dicitur híc Oratio, Concède, ut infra ad Sextam, lxv.

A D L A U D E S.

¶. Deus, in adjutórium, &c.

Ant. sola. 4. a. Benedicte tu.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostrí, & benedicat nobis : * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostrí ;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in omnibus géntibus salutare tuum.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur & esultent gentes, quóniam júdicas pópulos in æquitáte, * & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus ; * & métuant eum omnes fines terræ.

Psalmus 92.

Dominus regnávít, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcinxit se.

Etenim firmávít orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * à século tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vóci bus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérú.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo, omnis terra : * servíte Dómino in lætítia. Introíte in conspectu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus, introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis : * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam suávis est Dóminus.

In æternum misericórdia ejus, * & usque in generatióne & generatióne veritas ejus.

Canticum. Zach. 2.

Lauda & lætáre, filia Sion ; * quia ecce ego vénio, & habitábo in médio tuí, ait Dóminus.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, * & erunt mihi in pópulum, & habitábo in médio tuí.

Et scies quia Dóminus exercítuum * misit me ad te.

Et possidébit Dóminus Judam partem suam in terra sanctificáta ; * & éliget adhuc Jerúsalem.

Lxiv *Officium parvum beatæ Mariæ.*

Sileat omnis caro à facie
Dómini, * quia consurrexit
de habitáculo sancto suo.

Psalms 150.

Laudate Dóminum in san-
ctis ejus : * laudate eum
in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus
ejus : * laudate eum secun-
dum multitudinem magnitú-
dinis ejus.

Laudate eum in sono tu-
bz : * laudate eum in psalté-
rio & cithara.

Laudate eum in tympano
& choro : * laudate eum in
chordis & órgano.

Laudate eum in cymbalis
benefonántibus ; laudate eum
in cymbalis jubilationis : *
omnis spíritus laudet Dñm.

Ant. Benedicta tu inter mu-
lieres, & benedictus fructus
ventris tui. *Luc.* 1.

Capitulum. *Jerem.* 32.

Creávit Dóminus novum
super terram : Fémina cir-
cúmdabit vtrum.

Hymnus. Nunc auróra. *liv.*

✽. Recordátus est Dóminus
misericórdiæ suæ, & veritá-
tis suæ dómui Israel. *Pf.* 97.

Ad Benedictus. *Ant.* 3. à.
Beáta quæ credidist; quóniam
perficientur ea quæ dicta sunt
tibi à Dómino. *Luc.* 1.

Oratio.

DEus, qui de beatæ Mariæ
virginis útero Verbum
tuum, Angelo nuntiante, car-
nem suscipere voluisti : præsta
supplicibus tuis, ut qui verè
eam genitricem Dei crédimus,
ejus apud te intercessiónibus
adjuvémur ; Per eundem.

Fiant Commemoraciones.

AD PRIMAM.

Hymnus.

Memento, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vir-
gine,

Nostri misertus, pérditi
Mundi redemptor véneris.

Et nos, Dei Virgo parens,
Vultu benigno réspice :

Placábilem tuá prece
Fac esse nobis Fílium.

Qui natus es de Virgine,
Jesu, tibi sit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempiterna sécula.

Amen.

Pf. Deus, in nómine. 103.

Cantáte. . . omnis terra. 42.

Laudate Dóminum. 124. *sub*

Antiph. 2. D. Fílius Dei factus
est ei ex sémine David secun-
dum carnem. *Rom.* 1.

Capitulum. *Isaïa* 11.

EGrediétur virga de radice
Jesse, & flos de radice ejus
ascendet, & requiescet super
eum Spíritus Dómini.

✽. *br.* Semen ejus * In æter-
num manébit. Semen. ✽. Et
thronus ejus sicut sol * in
conspectu meo, * In. Glória
Patri. Semen. *Pf.* 88.

✽. Dominábitur à mari usque
ad mare, & Et usque ad tér-
minos orbis terrarum. *Pf.* 71.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos
tuos subsidiis pacis; & beá-
tæ Mariæ semper virginis pa-
trociniiis confidentes, à cunctis
hóstibus & periculis redde se-
cúros ; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus, Memento. *supr.*

Psalms Ad Dóminum. 63.

Lcvávi. 46. Lætátus sum. *lxvj.*

Officium parvum beatæ Mariæ. lxv

sub Antiph. 4. d. De Mariâ eam * Altissimus * Natus est.
natus est Jesus, qui vocatur Glória. Homo. *Pf. 86.*
Christus. *Matth. 1.* *Ps. 18.*

Capitulum. Isaïæ 7.

Dabit Dóminus ipse vobis signum : Ecce Virgo concipiet, & pariet filium ; & vocabitur nomen ejus, Emmanuel.

*R. br. Deus in médio ejus ; * Non commovebitur. Deus. Ps. 45.*

*Ps. Adjvábbit eam * manè dilúculo : * Non commovebitur. Glória. Deus: Pf. 45.*

Ps. Elégit eam Dóminus R. In habitatiónem sibi. Pf. 131.

Oratio.

Deus, qui salutis æternæ, & beatæ Mariæ virginitate fecundâ, humano generi præstisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctórem vitæ suscipere Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

A D S E X T A M.

Hymnus, Memento. suprd.

Psalm. Ad te levávi. 80. Nisi quia. 46. Qui confidunt. 80. sub. Ant. 7. d. Péperit filium másculum, qui recturus erat omnes gentes. Apoc. 12.

Capitulum. Mich. 5.

Egrediérur qui sit dominátor in Israel ; & egressus ejus ab initio, à diébus æternitátis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet ; & reliquæ fratrum ejus convertentur ad filios Israel.

*R. br. Homo * Natus est in ea. Homo. Ps. Et ipse fundávit*

Ps. 18.

Oratio.

Concède, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium ; ut qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, intercessiõnis ejus auxilio à nostris iniquitatibus refurgámus ; Per eundem Christum Dóminum nostrum.

A D N O N A M.

Hymnus, Memento. suprd.

Psalm. In convertendo. 47.

Nisi Dóminus. lxvj. Beati omnes. 131. sub Antiph. 1. g. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ suxisti. Luc. 11.

Capitulum. Galat. 4.

Ubi venit plenitúdo temporis, misit Deus Fílium suum, factum ex muliere, factum sub lege ; ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptiõnem filiorum reciperemus.

*R. br. Misericórdia & veritas * Obviáverunt sibi. Misericórdia. Ps. Justitia & pax * osculátæ sunt, * Obviáverunt sibi. Glória Patri. Misericórdia.*

Ps. Veritas de terra orta est, R. Et justitia de cælo prospexit. Pf. 84.

Oratio.

Famulorum tuorum, quæsumus, Dómine, delictis ignosce ; ut qui tibi placere de actibus nostris non valémus, Genitricis Fílii tui Dómini nostri intercessiõne salvémur ; Per eundem Dóminum.

lvj) Officium parvum beata Mariæ.

AD VESPERAS.

V. Deus, in adiutorium &c.

Ant. sola 3. c. In me ancilla.

Psalms 109.

Dixit Dóminus Dóminus
meo : * Sede à dextris
meis.

Donec ponam inimicos tuos
* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet
Dóminus ex Sion : * dominare
in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die
virtutis tuæ in splendoribus
sanctorum : * ex utero ante
luciferum genui te.

Juravit Dóminus, & non
penitebit eum : * Tu es Sa-
cerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedech.

Dóminus à dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus; im-
plebit ruinas; * conquassabit
cápita in terra multorum.

De torrente in via bibet; *
propterea exaltabit caput.

Psalms 112.

Laudate, púeri, Dñm; *
laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedi-
ctum, * ex hoc nunc, & us-
que in séculum.

A folis ortu usque ad occá-
sum, * laudabile nomen Dñi.

Excelsus super omnes gen-
tes Dóminus, * & super cælos
glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus
noster, qui in altis hábitat, *
& humilia respicit in cælo &
in terra?

Súscitans à terra inopem, *
& de stercore érigens páupe-
rem;

Ut collocet eum cum prin-
cipibus, * cum principibus
pópuli sui.

Qui habitare facit sterilem
in domo, * matrem filiorum
letantem.

Psalms 121.

Lætatus sum in his quæ di-
cta sunt mihi : * In domum
Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri *
in ácriis tuis, Jerúsalem.

Jerúsalem quæ ædificatur ut
civitas, * cujus participatio
ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tri-
bus, tribus Dómini; * testi-
mónium Israel, ad consen-
dum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in
judicio, * sedes super domum
David.

Rogate quæ ad pacem sunt
Jerúsalem; * & abundantia
diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, * &
abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & pró-
ximos meos, * loquebar pa-
cem de te.

Propter domum Dómini Dei
nostri, * quæsi bona tibi.

Psalms 126.

Nisi Dóminus ædificave-
rit domum, * in vanum
laboraverunt qui ædificant
eam.

Nisi Dóminus custodierit ci-
vitatem, * frustra vigilat qui
custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem
surgere : * surgite, postquam
sederitis, qui manducatis pa-
nem dolóris, cum dederit di-
lectis suis somnum.

Officium parvum beate Mariæ. lxviii

Ecce hæreditas Dómini,
filii; * merces, fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu
potentis, * ita filii excussórum.
Beátus vir qui implévit desi-
derium suum ex ipsis; * non
confundétur, cum loquétur
inimicis tuis in porta.

Psalmus 147.

Lauda, Jerúsalem, Dómi-
num, * lauda Deum tuum,
Sion;

Quóniam confortávit seras
portarum tuarum, * benedixit
filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem, *
& adipe frumenti satiávit te;

Qui emittit eloquium suum
terræ, * velociter currit sermo
ejus;

Qui dat nivem sicut lanam, *
nébulam sicut cinerem spargit;

Mittit crystallum suam sicut
buccellas: * ante faciém frigi-
ris ejus quis sustinébit?

Emittit verbum suum, &
liquefaciet ea: * stabit spíritus
ejus, & fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum
Jacob, * justitias & judícia sua
Israel.

Non fecit taliter omni na-
tióni, * & judícia sua non ma-
nifestávit eis.

Ant. In me ancillá suá adim-
plévit Dóminus misericórdiam
suam quam promísit dómui Is-
rael. *Judith. 13.*

Capitulum. Eccli. 24.

Qui creávit me, requiévit
in tabernáculo meo; &
dixit mihi: In Jacob inhábita,
& in Israel hæreditare, & in
electis meis mitte radices. Et
sic in Sion firmáta sum.

Hymnus.

Ave, maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Surrens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle:
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur.

Sit laus Teo Patri,
Summo Christo decus,
Spíritui sancto;

Tribus honor unus. Amen.
* Anima mea exultábit in
Dómino: R. Et delectábitur
super salutári suo. *Pf. 34.*

Ad Magnificat. Ant. 8. G.
Beátam me dicent omnes ge-
neratiónes; quia fecit mihi
magna qui potens est, & san-
ctum nomen ejus. *Luc. 1.*

Orario.

Cordibus nostris, quæsu-
mus, Dñe, grátiam tuá be-
nignus infunde; & interceden-
te sanctíssimá Dei genitrice Ma-
riá, corpora nostra castitate, &
mentes nostras humilitate &
caritate sanctifica; Per eumdẽ.

Fiunt Commemoraciones.

lxvii] Officium parvum beatae Mariae.

AD COMPLETORIUM.

☩. *Converte nos. ☩. Deus.*
In adiutorium.

Psf. Sapè expugnaverunt. 113.
De profundis. 81. Domine,
non est. 81. sub Antiph. 5. a.
In omni gente quæ audierit
nomen tuum, magnificabitur
super te Deus Israel. Judith. 13.

Hymnus.

Virgo, Dei genitrix, quem
totus non capit orbis,
In tua se clausit viscera, factus
homo.

Hinc merito dicent te secula
cuncta beatam :

Hinc populi matrem te domi-
namque colunt.

Suscipe, quos pia plebs tibi
pendere certat, honores:
Annue, sollicitam quam prece
poscit, opem.

Glória magna Patri; com-
par sit glória Nato;
Amborum tibi par, Spiritus
alme, decus. Amen.

Capitulum. Judith. 13.

Nomen tuum Dominus ita
magnificavit, ut non re-
cedat laus tua de ore homi-
num, qui memores fuerint vir-
tutis Domini in æternum.

☩. *br. Vultum tuum * De-*
precabuntur. Vultum. ☩. Om-
*nes divites * plebis * Depreca-*
buntur. Glória Patri. Vultum.

☩. *Memores erunt nominis*
tui. ☩. In omni generatione &
generationem. Psf. 44.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. E. Memorare dièri
humilitatis tuæ; & invoca Dó-

minum, & loquere Regi pro
nobis, & libera nos de morte.
Esther. 15.

Oratio.

Beata & gloriósa semper-
que virginis Mariæ, quæ-
sumus, Domine; intercessio
gloriósa nos protégat, & ad
vitam perducát æternam; Per
Dóminum nostrum.

PROSA DE BEATA
ad devotionem.

Inviolata, integra & casta
es, Maria:

Quæ es effecta fulgida cæli
porta.

O mater alma Christi caris-
sima,

Suscipe pia laudum præconia.
Nostra ut pura pectora sint
& corpora,

Te nunc flagitant devota
corda & ora.

Tua per precata dulcifera,
Nobis concede veniam per
secula.

O benigna! O benigna!
O benigna!

Quæ sola inviolata perman-
sisti.

☩. *Véritas de terra orta est,*
☩. Et iustitia de cælo prospex-
it. Psf. 84.

Oratio.

Famulorum tuorum, quæ-
sumus, Domine, delictis
ignosce; ut qui tibi placere de
actibus nostris non valémus,
Genitricis Filii tui Domini no-
stri intercessione salvémur, Per
eundem Dóminum nostrum.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Psalmus 6.

Domine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corripas me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum : * fanna me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè ; * sed tu, Dómine, úsquequò ?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam : * saluum me fac propter misericórdiam tuam ;

Quóniam non est in morte, qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per singulas noctes lectum meum, * lacrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus ; * inveterávi inter omnes inimicos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem ; * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam : * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur & erubescant valde velociter.

Psalmus 31.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, * & quorum tecta sunt peccáta.

Beatus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácii, inveteráverunt ossa mea, * dum clamárem totá die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cónitum tibi feci, * & injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitébor adversum me injustitiam meam Dómino ; * & tu remisisti impietatem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatione quæ circumdedit me : * exultatio mea, érué me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quæ gradiéris : * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intellectus.

In campo & fræno maxillas eórum constringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatoris ; * sperans autem in Dómino misericórdia circumdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáre, justí : * & gloriámini, omnes recti corde.

Psalms 37.

Domine, ne in furóre tuo arguas me, * neque in ira tua corripas me;

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à facie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis à facie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitatés meæ supergressæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruérunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum & curvatus sum usque in finem: * totá die contristatus ingrediebar.

Quóniam lumbi mei impleti sunt illusionibus; * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desiderium meum; * & gémitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea; * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & próximi mei * adversum me appropinquaverunt & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt; * & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locúti sunt vanitatés, * & dolos totá die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, * & sicut mutus non apéries os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, speravi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando supergaudeant mihi inimici mei; * & dum commoventur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagella paratus sum; * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitatem meam annuntiabo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me; * & multiplicati sunt qui odérunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam sequébar bonitatem.

Ne derelinquas me, Dómine Deus meus, * ne discésseris à me.

Intende in adiutorium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

Psalms 50.

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & ma-

sum coram te feci; * ut iustificeris in sermõibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssõpo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiã; * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me; Deus; * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua; * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutãris tui; * & spiritu principali confirma me.

Docẽbo iniquos vias tuas; * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ; * & exultabit lingua mea iustitiã tuam.

Dõmine, lãbia mea aperies; * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quõniam si voluisses sacrificium, dedissem utique; * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies.

Benignè fac, Dõmine, in bona voluntate tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúsalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta; * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Psalmus 101.

Domine, exaudi orationem meam; * & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me;

Quia defecerunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum; * quim oblitus sum comẽdere panem meum.

A voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totã die exprobrabant mihi inimici mei, * & qui laudabant me, adversum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, * & potum meum cum fletu miscẽbam,

A facie iræ & indignationis tuæ; * quia elevans allifisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt; * & ego sicut fœnum arui.

Tu autem, Dõmine, in æternum pœrmanes; * & memoriãlem tuam in generatiõnem & generatiõnem.

Tu exurgens miseréberis Sion, * quia tempus miserendi eius, quia venit tempus; Tu autem idem ipse es, * et anni tui non deficient.

Quóniam placuerunt servis tuis lapides ejus, * & terræ ejus miserabuntur. Filii servórum tuórum habitábunt; * & semen eórum in séculum dirigétur.

Et tinébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam; *Psalms 129.*
DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória sua. Fiant aures tuæ intendentes* in vocem deprecationis meæ.

Respexit in orationem humillium, * & non sprevit precem eórum. Si iniquitátes observáveris, Dómine; * Dómine, quis sustinébít?

Scribantur hæc in generatione altera: * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum; Quia apud te propitiatio est, * & propter legem tuam sustinuit te, Dómine.

Quia prospexit de excelso cœlo in terram aspexit; Sustinuit ánima mea in verbo ejus, * sperávit ánima mea in Dómino.

Ut audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret filios interemptórum; A custódia matutína usque ad noctem * speret Israel in Dómino;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúsalem; Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redemptio;

In conventiéndo pópulos in unum, & reges, * ut sérviant Dómino. Et ipse redimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Respondit ei in via virtútis suæ: * Paucitátem díerum meórum núnctia mihi. *Psalms 141.*
Domine, exaudi orationem meam: * áuribus percípe obsecrationem meam in veritáte tua; exaudi me in tua justítia.

Ne révoques me in dimídió díerum meórum: * in generationem & generationem anni tui. Et non intres in júdícium cum servo tuo; * quia non justificábitur in conspectu tuo omnis vivens.

Initio tu, Dómine, terram fundasti: * & ópera mánuum tuárum sunt cœli. Quia persecútus est inimicus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Ipsi peribunt; * tu autem permanes: Collocávit me in obsúris, sicut mórtuos séculi; * & anxíatus est super me spíritus meus: in me turbátum est cor meum.

Et omnes sicut vestimentum veterascent; * & sicut operatórium mutábis eos, & mutábuntur.

Litania Sanctorum.

Ixxñj

Memor fui diérum antiquórum : meditátus sum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóclter exaudi me , Dómine ; * defécit spíritus meus.

Non avertas faciém tuam à me ; * & símills ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam ; * quia in te sperávi.

Notám fac mihi viam in qua ámbulem ; * quia ad te levávi ánimum meam.

Eripe me de inimicis meis , Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam , quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum , Dómine , vivificábis me in æquitáte tua.

Educes de tribulatióne ánimum meam ; * & in misericórdia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant ánimum meam ; * quóniam ego servus tuus sum.

Ant. Dómine , memor esto meí , & ne vindictam sumas de peccátis meis , neque remiscáris delicta mea , vel parentum meórum. *Tob. 3.*

L I T A N I Æ.

Kyríe , eléison. Chríste , eléison. Kyríe , eléison. Chríste , audi nos. Chríste , exaudi nos.

Mimat. Pars Hyemalis.

Pater de cœlis , Deus , Miserére nobis.

Fili redemptor mundi , Deus , miserére nobis.

Spíritus sancte , Deus , miserére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus , miserére nobis.

Sancta María , Ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix , ora.

Sancta Virgo virginum , ora.

Sancte Michael , ora.

Sancte Gábríel , ora.

Sancte Ráphael , ora.

Omnes sancti Angeli & Archángeli , oráte pro nobis.

Omnes sancti beatórum Spírituum órdenes , oráte.

Sancte Joannes Baptista , ora.

Sancte Joseph , ora.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophætæ , oráte.

Sancte Petre , ora.

Sancte Paule , ora.

Sancte Andréa , ora.

Sancte Jacóbe , (*Zeb.*) ora.

Sancte Joannes , ora.

Sancte Thoma , ora.

Sancte Jacóbe , ora.

Sancte Philippe , ora.

Sancte Bartholomæe , ora.

Sancte Matthæe , ora.

Sancte Simon , ora.

Sancte Thaddæe , ora.

Sancte Matthia , ora.

Sancte Bárnaba , ora.

Sancte Luca , ora.

Sancte Marce , ora.

Omnes sancti Apóstoli , & Evangelistæ , oráte.

Omnes sancti Discípuli Dómini , oráte.

Omnes sancti Innocentes , oráte pro nobis.

Sancte Stéphane , ora.

Sancte Priváte , ora.

Sancte Fabiane ,	ora.	Sancta Anna ,	óra.
Sancte Laurenti ,	ora.	Sancta Maria Magdalene ,	ora.
Sancte Vincenti ,	ora.	Sancta Thecla ,	ora.
Sancte Irenæe ,	ora.	Sancta Agatha ,	ora.
Sancte Martiali ,	ora.	Sancta Lucia ,	ora.
Sancte Blasi ,	ora.	Sancta Agnes ,	ora.
Sancte Sebastiane ,	ora.	Sancta Cæcilia ,	ora.
Sancte Ilpidi ,	ora.	Sancta Catharina ,	ora.
Sancte Juliane ,	ora.	Sancta Anastasia ,	ora.
Sancte Lupenti ,	ora.	Sancta Enimia ,	ora.
Sancti Gervasi & Protasi ,	ora.	Sancta Clotildis ,	ora.
oráte.		Sancta Genovefa ,	ora.
Sancti Joannes & Paule ,	oráte	Omnes sanctæ Virgines & Vi-	
pro nobis.		duæ , oráte pro nobis.	
Sancti Cosma & Damiane ,	oráte	Omnes Sancti & Sanctæ Dei ,	
oráte pro nobis.		intercedite pro nobis.	
Omnes sancti Martyres ,	oráte	Propitius esto , Parce nobis ,	
pro nobis.		Dómine.	
Sancte Sylvester ,	ora.	Propitius esto , Exaudi nos ,	
Sancte Gregori ,	ora.	Dómine.	
Sancte Ambrósi ,	ora.	Ab omni malo , Libera nos ,	
Sancte Augustine ,	ora.	Dómine.	
Sancte Hieronymo ,	ora.	Ab omni peccato , libera.	
Sancte Martine ,	ora.	Ab ira tua , libera.	
Sancte Nicolæ ,	ora.	A subitanea & improvisa mor-	
Sancte Hilari ,	ora.	te , libera nos , Dómine.	
Sancte Firmine ,	ora.	Ab insidiis diaboli , libera.	
Sancte Verane ,	ora.	Ab immundis cogitationibus ,	
Sancte Fredalce ,	ora.	libera nos , Dómine.	
Sancte Ileri ,	ora.	A spiritu fornicationis , libera	
Omnes sancti Pontifices &	oráte.	nos , Dómine.	
Confessores ,	oráte.	Ab ira , & odio , & omni ma-	
Omnes sancti Doctores ,	oráte	la voluntate , libera.	
pro nobis.		A fulgure & tempestate , libera	
Sancte Antoni ,	ora.	nos , Dómine.	
Sancte Benedicte ,	ora.	A morte perpetua , libera.	
Sancte Bruno ,	ora.	Per mysterium sanctæ Incar-	
Sancte Bernarde ,	ora.	nationis tuæ , libera.	
Sancte Domínice ,	ora.	Per adventum tuum , libera	
Sancte Franciscæ ,	ora.	nos , Dómine.	
Sancte Ludovice ,	ora.	Per nativitatem tuam , libera	
Sancte Roche ,	ora.	nos , Dómine.	
Omnes sancti Sacerdotes &	oráte.	Per baptismum & sanctum je-	
Levitæ ,	oráte.	júnium tuum , libera.	
Omnes sancti Mónachi & Ere-	oráte.	Per crucem & passionem tuam ,	
mítæ ,	oráte.	libera nos , Dómine.	

Litania Sanctorum.

.lxxv

- Per mortem & sepulturam tuam, libera. desideria erigas, te rog. Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
- Per sanctam Resurrectionem tuam, libera. Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, ab aeterna damnatione eripias, te rogamus, audi nos.
- Per admirabilem Ascensionem tuam, libera. Ut fructus terrae dare & conservare digneris, te rog.
- Per adventum Spiritus sancti paraclæti, libera. Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, te rog.
- In die iudicii, libera nos, Domine. Ut nos exaudire digneris, te rog.
- Peccatores, Te rogamus, audi nos. Fili Dei, te rogamus, audi nos.
- Ut ad veram poenitentiam nos perducere digneris, te rog. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.
- Ut remissionem peccatorum nostrorum nobis dones, te rogamus, audi nos. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Domine.
- Ut compunctionem cordis, fontemque lacrymarum nobis dones, te rog. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
- Ut fidem, spem & caritatem nobis dones, te rog. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Pater noster. usque ad *¶*. Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.
- Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris, te rog. *¶* Dñe non secundum peccata nostra facias nobis: *R.* Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *Pf.* 102.
- Ut Dominum Apostolicum, & omnes gradus Ecclesiae in sancta religione conservare digneris, te rog. *¶* Esto nobis, Domine, turris fortitudinis, *R.* A facie inimici. *Pf.* 60.
- Ut Antistitem nostrum *N.* & omnes congregationes illi commissas, in tuo sancto obsequio conservare digneris, te rog. *¶* Orémus pro summo Pontifice nostro *N.* *R.* Notam faciat filiis hominum gloriam magnificentiæ regni tui. *Pf.* 144.
- Ut Regibus & Principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rog. *¶* Pro Antistite nostro *N.* *R.* Dominus conservet eum, & vivificet eum. *Pf.* 40.
- Ut cuncto populo Christiano pacem & unitatem largiri digneris, te rog. *¶* Pro Rege nostro *N.* *R.* Domine, salvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocaverimus te. *Pf.* 19.
- Ut mentes nostras ad cœlestia *¶* Pro benefactoribus no-

Mimat. Pars Hyemalis.

* d ij

stris. *R.* Deus omnem gratiam abundare faciat in illis, & laugeat incrementa frugum iustitiae illorum. *2. Cor. 9.*

V. Pro cunctis fidelibus sanctis. *R.* Educet eos Dominus in lucem, & videant iustitiam ejus. *Mich. 7.*

V. Pro infirmis, afflictis, captivis, & peregrinis. *R.* Libera eos; Deus ex omnibus, tribulationibus suis. *Pf. 24.*

V. Pro fratribus nostris absentibus. *R.* Benefac, Domine, bonis & rectis corde. *Pf. 124.*

V. Memor esto congregationis tuae, *R.* Quam possidisti ab initio. *Pf. 73.*

V. Domine, exaudi orationem meam; *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Pf. 101.*

Pf. Deus, in adiutorium. *9.*

V. Domine, exaudi orationem meam; *R.* Et clamor meus ad te veniat. *Pf. 101.*

V. Dominus vobiscum, *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quaesumus, Domine, supplicum preces, & consentium tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende; ut simul nos & a peccatis omnibus exuas, & a poenis quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpas delinquentium districte feriendo percussis, stetus quoque lugentium non recusas: quaesumus, ut qui pondus tuae animadversionis cognovimus, pietatis tuae gratiam sentiamus.

Deus omnium fidelium Pastor & Rector, famulum tuum *N.* quem Pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, propitius respice; da ei, quaesumus, verbo & exemplo, quibus praestit proficere, ut ad vitam unam cum grege sibi credito, perveniat sempiternam.

Omnipotens, sempiterna Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro *N.* & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae; ut, te donante, tibi placita cupiat, & totam virtute perficiat.

Quaesumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex noster *N.* qui tuae miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, vitiorum monstra devitare, hostes superare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiose valeat pervenire.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tuae protectione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine; ut tibi

Ordo Commendationis animæ. lxxvij

casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praevenire, & adjuvando proficere; ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te coepta finiatur.

Fidelium, Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam semper optaverunt; piis supplicationibus consequantur.

Omnipotens, sempiternus Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementiam, omnium delictorum suorum veniam consequantur; Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

O R D O

COMMENDATIONIS ANIMÆ

ANTE DECESSUM.

K yrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.	Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Sancta Maria, Ora pro eo [<i>vel ea.</i>]	Omnes sancti Innocentes, orate pro eo [<i>vel ea.</i>]
Omnes sancti Angeli, orate pro eo [<i>vel ea.</i>]	Sancte Stéphane, ora.
Sancte Abel, ora.	Sancte Laurenti, ora.
Omnis chorus Iustorum, ora pro eo [<i>vel ea.</i>]	Sancte Clare, ora pro eo [<i>vel ea.</i>]
Sancte Abraham, ora.	Omnes sancti Martyres, orate pro eo [<i>vel ea.</i>]
Sancte Joannes Baptista, ora pro eo [<i>vel ea.</i>]	Sancte Sylvester, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophætæ, orate.	Sancte Augustine, ora.
Sancte Petre, ora.	Sancte Benedicte, ora.
Sancte Paule, ora.	Sancte Francisce, ora pro eo [<i>vel ea.</i>]
Sancte Andréa, ora.	Omnes sancti Confessores, orate pro eo [<i>vel ea.</i>]
Sancte Joannes, ora.	Sancta Maria Magdalene, ora pro eo [<i>vel ea.</i>]
Omnes sancti Apóstoli & Evangelistæ, orate.	Sancta Thecla, ora.

lxxviii) Ordo Commendationis animæ.

Sancta Lúcia , ora. te effúsus est. Egredienti de
Sancta Cæcilia , ora. corpore áditus tibi páteat ad
Omnes sanctæ Virgines , orá- Sion montem , civitátem Dei
te pro eo [*vel ea.*] & multórum míllium Ange-
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, lórum frequentiam , & Ecclé-
intercedite pro eo [*vel ea.*] siam primitivórum qui con-
Propítius esto , Parce ei , Dó- scripti sunt in cælis. Exurgat
mine. Deus , & dissipentur omnes
Propítius esto , Adjuva eum , potestates tenebrárum : fú-
[*vel eam ,*] Dómine. giant cuncta spirituália nequítie
Propítius esto , Libera eum , in cœléstibus, & ovem pre-
[*vel eam ,*] Dómine. tiosó Christi sángine redem-
Ab ira tua , libera. ptam violáre non áudeant. Lí-
A mala morte , libera. beret te à cruciátu Christus ,
A potestate diabóli , libera. qui pro te crucifixus est. Libe-
A pœnis inferni , libera. ret te ab æterná morte Chri-
Per nativitátem tuam , libera stus , qui pro te mori digná-
eum , [*vel eam ,*] Dómine. tus est. Ovem suam te bonus
Per crucem & passióne tuam , pastor agnoscat , atque in ele-
libera eum , [*vel eam ,*] Dó- ctórum suórum grege consti-
mine. tuat. Redemptórem tuum fá-
Per mortem & sepultúram cie ad faciém vídeas ; & præ-
tuam , libera. sens semper assistens manife-
Per gloriósam Resurrectiónem stíssimam beátis óculis aspicias
tuam , libera. veritátem in sécula seculórum.
Per admirábilem Ascensiónem
tuam , libera eum , [*vel eam ,*]
Dómine. **R.** Amen.
Per grátiam Spiritús sancti pa- **C**ommendámus tibi , Dó-
racléti , libera. mine , ánimam famuli
In die iudicii , libera. tui [*vel famulæ tuæ*] *N.* pre-
Peccatóres , te rogámus , audi camurque te , Dómine Jesu
nos. Christe , Salvátor mundi , ut
Ut ei parcas , te rogámus , audi propter quam ad terram mí-
nos. sericórditer descendisti , eam
Kyrie , eléison. Christe , eléi- in pace suscipias , & in sinu
son. Kyrie , eléison. Abrahæ per manus sanctórum
Deinde , cum in agone sui Angelórum collocáre digné-
exitús anxietur anima , dicitur: ris. Agnosce , Dómine Jesu ,
Prosificere , ánimá chri- creatúram tuam , per te rená-
stiána , de hoc mundo , tam ex aquá & Spiritu sancto ,
In nómine Dei Patris omni- consecrátam signo crucis tuæ ,
potentis , qui te creávit : In nutritam corpore & sángine
nómine Jesu Christi Filii Dei tuo , & in Ecclésiæ tuæ sinu
vivi , qui pro te passus est : In verbo veritátis instructam. Ne
nómine Spiritús sancti , qui in péreat pretium quod pro eius
æterná redemptione perfolu-

M. Delicta juventutis ejus & ignorantias clementer indulge. Ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, quas suscitavit furor mali desiderii: sed memento miserationum tuarum, & gloriæ nominis tui. Licet enim peccaverit, tamen in te speravit & credidit, teque Deum & Salvatorem suum unâ cum Patre & Spiritu sancto fideliter adoravit.

R. Amen.

Pf. 3. Dómine, quid multiplicati sunt. 4.

Kyrie, elíson. Christe, elíson. Kyrie, elíson.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem; **R.** Sed libera nos à malo.

Ÿ. Salvum me fac, Deus; **R.** Quóniâ intraverunt aquæ usque ad animam meam. *Pf.* 68.

Ÿ. In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me: **R.** In veritate salutis tuarum. *Pf.* 68.

Ÿ. Eripe me de luto, ut non infigar: **R.** Libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. *Pf.* 68.

Ÿ. Non me demergat tempestas aquarum, neque absorbeat me profundum: **R.** Neque urgeat super me puteus os suum. *Pf.* 68.

Ÿ. Exurge in adjutorium mihi: **R.** Dic animæ meæ, Salus tua ego sum. *Pf.* 34.

Ÿ. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me & confundantur; **R.** Quóniam tu, Dómine, adjuvisti me, & consolatus es me. *Pf.* 85.

Orémus.

Unigénite & dilecte Fili Dei vivi, qui pro redemptione mundi voluisti in præsepio nasci, à Judæis reprobari, à Juda proditore osculo tradi, vinctulis alligari, sicut Agnus ad victimam duci, flagellis & colaphis caedi, sputis scedari, spinis coronari, cruci affligi, cum sceleratis deputari, & inter acerbissimos dolores expirare: quaesumus ut per has sanctissimas pœnas tuas, & per crucem ac mortem tuam, liberare digneris famulum tuum **N.** (famulam tuam **N.**) à pœnis inferni, & perducere quod perduxisti latronem tecum crucifixum; Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus. **R.** Amen.

Postea legitur de Passione Domini nostri Jesu Christi. (Ex Matth. Marc. Luc.)

Assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem secum; & coepit pavere, & tædere, contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: **Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus puillum, positis genibus, orabat dicens; Pater, si vis, transfer calicem istum à me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et præcidit super terram in faciem suam, orans; & factus in agonia, prolixius orabat, ut, si fieri posset, transiret ab eo hora. Et dixit: **Abba, Pater, si possibile est,**
d iv**

Lxxx Ordo Commendationis animæ.

trāseat à me calix iste : omnia tibi possibilia sunt : transfer calicem hunc à me : sed non quod ego volo , sed quod tu . Et factus est sudor ejus , sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram .

Pf. 69. Deus, in adiutorium meum. 109.

✠. Exaudi, Deus, orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam : *R.* Intende mihi, & exaudi me. *Pf.* 54.

✠. Cor meum conturbatum est in me : *R.* Et formido mortis cecidit super me. *Pf.* 54.

✠. Timor & tremor venerunt super me : *R.* Et contexerunt me tenebræ. *Pf.* 54.

✠. Ego autem in te speravi, Dómine; *R.* Dixi : Deus meus es tu ; in manibus tuis sortes meæ. *Pf.* 30.

✠. Illúmina oculos meos , ne unquam obdormiam in morte ; *R.* Nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum. *Pf.* 12.

✠. Custódi animam meam , & érue me : *R.* Non erubescam ; quóniam speravi in te. *Pf.* 24.

Orémus.

Domine Jesu Christe, clementiam tuam humiliter imploramus, per illam animæ tuæ tristitiam usque ad mortem, & per agóniam quam, instante passióne, pertulisti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrâ : succurre famulo tuo, [vel famulæ tuæ] *N.* in agóne mortis constituto [vel constitutæ] : tuere eum

[vel eam] in hac hora contra diabólicos incursum:libera eum [vel eam] à mortis imminētis terróribus; & de peccatórū suórum consciéntia formidantem, fac eum [vel eam] de misericórdiæ tuæ immensa largitáte secúrum [vel secúram]; Qui vivis & regnas Deus.

R. Amen.

Pf. 141. Voce meâ ad Dóminum, . . . voce meâ ad Dóminum deprecátus sum. 64.

✠. Vide, Dómine, humilitátem meam & labórem meum : *R.* Et dimitte universa delicta mea. *Pf.* 24.

✠. Dómine Deus miserátor & misericors, pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax ; *R.* Réspice in me, & miserere mei. *Pf.* 85.

✠. Ne derelinquas me, Dómine Deus meus : *R.* Ne discesseris à me. *Pf.* 37.

✠. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ ? *R.* Et volábo & requiescam. *Pf.* 54.

✠. Moriátur ánima mea morte Justórum : *R.* Et fiant novíssima mea horum similia. *Num.* 23.

Orémus.

Domine Jesu Christe, qui per os Prophætæ dixisti : In caritaté perpétua dilexi te ; ideó attráxi te , miserans : te supplices deprecámur, per istam caritatē quâ dilexisti nos , ut omnes amaritúdiēs passiónum tuárum, quas pro nobis peccatóribus sustinuísti in cruce, offerre & osténdere dignéris Deo Patri pro ánima famuli tui [vel famulæ tuæ] *N.* in hac hora éxitus ejus; quatenus

Ordo Commendationis animæ. lxxxj

cum ipsa misericordius agatur, quam ejus peccata meruerunt; Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus. *R.* Amen.

Finitis Psalmis & Orationibus, (vel etiam antequam finiantur,) si instet momentum exitus animæ de corpore, legitur super moribundum quod sequitur de Passione Domini nostri Jesu Christi.

(Ex Matth. Luc. Joann.)

Tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam, & obscuratus est sol. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magnâ, dicens: Eli, Eli, lama sabachani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Postea, sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et iterum clamans voce magnâ, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, inclinato capite, tradidit spiritum.

Orémus.

Memor esto, piissime Domine Jesu, illius horæ in qua de cruce pendens, clamasti voce magnâ: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? & iterum: Pater, in manus tuas com-

mendo spiritum meum; & hæc dicens expirasti. Per istam ergo preciosissimam mortem quæ vita nostra fuit, obsecramus clementiam tuam, ut non derelinquas in hac hora famulum tuum [vel famulam tuam] N. cujus præter te nullus est auxiliator alius; sed suscipere digneris spiritum ejus, & introducere in regnum tuum, ubi te cum Deo Patre & Spiritu sancto perpetuâ caritate diligat, & cum sanctis & electis in æternum cantet misericordias tuas.

R. Amen.

[*Finita præcedenti Oratione, & egressâ animâ, statim dicitur. R.* In te, Domine, speravi. cum versibus & Oratione, infra.]

Si autem adhuc ansiatur anima, recitantur sequentes Psalmi, vel eorum pars, prout necesse erit.

Pf. 21. Deus, Deus meus, respice in me. 111.

Pf. 34. Júdica, Domine, nocentes me. 57.

Pf. 53. Deus, in nomine tuo. 103.

Pf. 56. Miserere mei, Deus, . . . quoniam in te confidit. 121.

Pf. 70. In te, Domine, speravi. 104.

Pf. 85. Inclina, Domine, aurem tuam. 134.

Pf. 87. Domine Deus salutaris. 125.

Pf. 90. Qui habitat in adjutorio. 28.

Pf. 138. Domine, probasti me. 113.

lxxxij) Ordo Commendationis animæ.

Egressa autem animã, dicitur: *R.* In te, Dómine, sperávi; non confundar in æternum: accélera ut éruas me: in manus tuas commendo spiritum meum: * Redemisti me, Dómine, Deus veritatis, illustra fáciem tuam super servum tuum [*vel ancillam tuam*]; * salvum [*vel salvam*] me fac in misericórdia tua. *Ps.* 124. *Ant.* 7.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secretò, Pater. Alia voce, Ps. Et ne nos indúcas in tentationem; *R.* Sed libera nos à malo.

Ps. Non intres in iudicium cum servo tuo [*vel ancilla tua*], Dómine; *R.* Quia non

justificábitur in conspectu tuo omnis vivens. *Pf.* 141.

Ps. Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi; *R.* Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem. *Pf.* 73.

Ps. Dómine, exaudi orationem meam; *R.* Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

Ps. Dóminus vobiscum, *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam famuli tui [*vel famulæ tuæ*] *N.* ut defunctus [*vel defuncta*] século, tibi vivat: & quæ per fragilitátem humanæ conversationis peccáta commisit, tu vénia misericordissimæ pietatis absterge; Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Quelibet Hora sequentis Officii inchoatur absolute.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. O Dómine.

Psalmus 114.

Dilexi, * quóniam exaudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdederunt me dolóres mortis, * & pericula inferni invenerunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, libera ánimam meam : * miséricors Dóminus, & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens párvulos Dóminus ; * humiliátus sum, & liberávit me.

Convertere, ánima mea, in réquiem tuam ; * quia Dóminus benefecit tibi ;

Quia eripuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

Placebo Dómino * in regione vivórum.

*In hoc Officio, in fine omnium Psalmorum & Canticorum tantum, dicitur : Réquiem æternam dona eis, Dómine ; * & lux perpétua luceat eis.*

Ant. O Dómine, libera ánimam meam.

Ant. 2. D. Heu mihi.

Psalmus 119.

AD Dóminum, cum tribulárer, clamávi ; * & exaudivit me.

Dómine, libera ánimam meam à lábiis iniquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam ?

Sagittæ potentis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est ! habitávi cum habitántibus Cedar ; * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me grávis.

Réquiem :

Ant. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est !

Ant. 3. d. Auxilium.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxiliium mihi.

Auxilium meum à Dómino, * qui fecit cælum & terram.

Non det in commotióne pedem tuum, * neque dormitet qui custódit te.

Ecce non dormitábit neque
d vj

dormiet, * qui custodit Israel.

Dóminus custodit te, Dóminus protectio tua * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus custodit te ab omni malo : * custodiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custodiat intróitum tuum & éxítum tuum, * ex hoc nunc, & usque in séculum.

Réquiem.

Ans. Auxilium meum à Dómino, qui fecit cælum & terrá.

Ans. S. G. Si iniquitates.

Psalms 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine : * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dómine ; * Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est, * & propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus, * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem * speret Israel in Dómino ;

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redemptio ;

Et ipse redimet Israel * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem.

Ans. Si iniquitates observáveris, Dómine ; Dómine, quis sustinébit ?

Ans. S. D, Opera,

Psalms 137.

Confitebor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum,

Et confitebor nómini tuo super misericórdia tua & veritate tua ; * quóniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me : * multiplicabis in ánima mea virtutē.

Constentur tibi, Dómine, omnes reges terræ, * quia audierunt ómnia verba oris tui.

Et content in vñs Dómini, * quóniam magna est glória Dómini ;

Quóniam excelsus Dóminus, & humilia respicit, * & alta à longē cognosch.

Si ambulávero in médio tribulationis, vivificábis me : * & super iram inimicórum meórum extendisti manum tuam, & salvum me fecit dextera tua.

Dóminus retribuet pro me : * Dómine, misericórdia tua in séculum : ópera mánuum tuárum ne despicias.

Réquiem.

Ans. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne despicias.

Continuo dicitur :

Ad Magnificat. Ans. S. S.

Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet ; & eum qui venit ad me, non ejiciam forás. *Joan.* 6.

Secretó, Pater. Clara voce. * Et ne nos indúcas in tentationem ; *Rx.* Sed libera nos à malo.

Officium Defunctorum:

lxxxv

¶ In memoria eterna erunt
iusti; R. Ab auditione mala
non timebunt. *Pf. 111.*

¶ A porta inferi R. Erue,
Dómine, ánimas eórum.
Pf. 88.

¶ Credo videre bona Dó-
mini, R. In terra viventium.
Pf. 26.

Psalmus 145.

Lauda, ánima mea, Dó-
minum: * laudábo Dó-
minum in vita mea; psallam
Deo meo quámdiu fuero.

Nolite confidere in princi-
pibus; * in filiis hóminum,
in quibus non est salus:

Exibit spíritus ejus, & re-
vertetur in terram suam: * in
illa die peribunt omnes cogi-
tationes eórum.

Beatus cujus Deus Jacob
adjutor ejus, spes ejus in Dó-
mino. Deo ipsius, * qui fecit
cælum & terram, mare, &
omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in
sæculum, facit judicium injú-
riam patientibus, * dat escam
esuriéntibus.

Dóminus solvit compedi-
tos: * Dóminus illuminat cæ-
cos.

Dóminus erigit illos: *
Dóminus diligit justos.

Dóminus custodit ádvenas:
pupillum & víduam susci-
piet; * & vias peccatorum
disperdet.

Regnabit Dóminus in sécu-
la: * Deus tuus, Sion, in
generatióem & generatió-
nem.

Requiem.

¶ Requiescant in pace.
R. Amen.

¶ Dómine, exaudi oratió-
nem meam; R. Et clamor
meus ad te veniat. *Pf. 101.*

¶ Dóminus vobiscú, R. Et
cum spiritu tuo.

In depositione defuncti,

Oratio.

Inclina, Dómine, aurem
tuam ad preces nostras qui-
bus misericórdiam tuam sup-
plices deprecámur; ut ánimam
famuli tui *N.* quam de hoc sé-
culo migrare jussisti, in pacis
ac lucis regione constituas, &
sanctorum tuorum júbeas esse
confortem.

Pro Diacono, post litteram
N. additur Diaconi.

In depositione Defunctæ,

Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro
tua pietate miserere áni-
mæ famulæ tuæ *N.* & à con-
tárgiis mortalitátis exútam, in
æternæ salvatióis partem re-
stitue.

In depositione Sacerdotis,

Oratio.

Deus, qui inter apostóli-
cos Sacerdotes famulum
tuum *N.* sacerdotáli fecisti
dignitate vigere: præsta, ut
eórum quoque perpetuo aggre-
gétur consórtio.

*(Pro Episcopo, loco sacer-
dotáli. dicitur pontificáli.)*

In Anniversariis dicuntur tres
sequentes Orationes.

Deus indulgentiarum, Dó-
mine, da ánimæ fá-
muli tui *N.* [sacerdotis, vel
pontificis [vel famulæ tuæ
N.] cujus [vel animabus
famulorum tuorum *N.* & *N.*
quorum] [vel famularum tuá-
rum *N.* & *N.* quarum] an-

niversarium depositionis diem
comunemoramus, refrigerii se-
dem, quietis beatitudinem
& luminis claritatem.

Pro Benefactoribus.

Deus, veniæ largitor, &
humânæ salutis amator :
quæsumus cleméntiam tuam,
ut nostræ congregatiónis fra-
tres, propinquos, & benefa-
ctóres, qui ex hoc século transi-
erunt, beatâ Mariâ semper
virgine intercedente cum óm-
nibus Sanctis tuis, ad perpé-
tuæ beatitudinis comórtium
pervenire concédas.

Pro omnibus Defunctis.

Fidélium, Deus, ómnium
cônditor & redemptor,
animabus famulorum famula-
rumque tuarum remissionem
cunctórum tribue peccatórum;
ut indulgéntiam quam semper
optaverunt, piis supplicatió-
nibus consequantur; Qui vivis
& regnas in sécula seculórum.

R. Amen.

Si aliud Officium non sequatur, dicitur :

Ÿ. Requiescant in pace.
R. Amen.

[Privatum pro patre & matre ,

Oratio.

Deus, qui nos patrem &
matrem honorare præ-
cepisti : miserere clementer
animabus patris mei ac ma-
tris meæ, eorumque peccata
dimitte; meque eos in æter-
næ claritatis gáudio fac vidé-
re; Per Dóminum.]

A D VIGILIAS.

*Vigilie dicuntur cum tribus
Nocturnis in Depositione cor-
poris, & in omnibus Anniver-*

*sariis ritu duplici celebrandis.
In iis verò quæ ritu simplici
sunt, ubi dicitur unicum No-
cturnum, Feria II. & V. dicitur
primum; Feria III. & VI.
secundum; Feria IV. & Sab-
bato, tertium.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Dómine.

Psalms 5.

Verba mea auribus per-
cipe, Dómine; * intél-
lige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ,
* Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo, Dó-
mine, * mané exáudies vocé
meam.

Mané astábo tibi, & vidé-
bo; * quóniam non Deus vo-
lens iniquitatem tu es.

Neque habitábit juxta te
malignus, * neque permané-
bunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operan-
tur iniquitatem : * perdes om-
nes qui loquuntur mendácium.

Virum sánguinum & doló-
sum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine
misericórdiæ tuæ introibo in
domum tuam, * adorábo ad
templum sanctum tuum in
timóre tuo.

Dómine, deduc me in justí-
tia tua : * propter inimicos
meos dirige in conspectu tuo
viam meam;

Quóniam non est in ore
eorum veritas, * cor eórum
vanum est.

Sepulcrum patens est guttur
eorum, linguis suis dolósé
agébant : * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatióibus
suis; secundum multiplí-

Officium Defunctorum. lxxxvij

nam impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te, Domine. Exaudivit Dominus deprecationem meam : * Dominus orationem meam suscepit.

Et latentur omnes qui sperant in te : * in aeternum exultabunt, & habitabis in eis. Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur & erubescant valde velociter.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, * Requiem. Requiem.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae * coronasti nos. *Ant.* Salvum me fac propter misericordiam tuam; quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Ant. Domine, deduc me in justitia tua : propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. *Ant.* 3. c. Illumina. *Psalms 12.*

Ant. 8. G. Salvum me fac. *Psalms 6.*

Domine, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripas me. **U**squequod avertis faciem tuam a me?

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum : * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. **U**squequod exultabitur inimicus meus super me? * respice, & exaudi me, Domine Deus meus.

Et anima mea turbata est valde; * sed tu, Domine, usquequod? **I**llumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; * nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Convertere, Domine, & eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam; **Q**ui tribulant me, exultabunt si motus fuero; * ego autem in misericordia tua speravi.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi? **E**xultabit cor meum in salutari tuo : * cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, * lacrymis meis stratum meum rigabo. **R**equiem.

Turbatus est a furore oculus meus; * inveteravi inter omnes inimicos meos. *Ant.* Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

Discédite a me, omnes qui operamini iniquitatem; * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. **V.** Ne tradas bestiis animas consentes tibi; **R.** Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. *Pf. 73.*

Secretò. Pater. Clara voce.
 ¶. Et ne nos inducas in tenta-
 tionem; *R. Sed libera nos a*
 malo.

*Lectiones leguntur sine Absolu-
 tione, sine Benedictionibus &
 sine Titulo.*

Leñio j. Job 7.

PArce mihi, nihil enim
 sunt dies mei. Quid est
 homo, quia magnificas
 eum? aut quid appónis erga
 eum? cor tuum? Vísitas eum
 dilúculo, & súbito probas il-
 lum. Usquequò non parcis mi-
 hi, nec dimittis me ut glútiám
 salvám meam? Peccávi: quid
 faciám tibi, ó custos hómi-
 num? Quare posuisti me con-
 trárium tibi, & factus sum mi-
 himetipsi gravis? Cur non tollis
 peccátum meum? & quare non
 auferis iniquitátem meam? Ec-
 ce nunc in púlvere dórmiam;
 & si mané me quæseris, non
 subsistám. *In fine Lectionum ni-
 hil additur.*

*R. Defecerunt sicut fumus
 dies mei, & ossa mea sicut
 cremium aruerunt: * Dies mei
 sicut umbra declinaverunt.
 ¶. Quæ est vita nostra? Va-
 por est ad módicum parens.
 * Dies. Ps. 101. Jac. 4.*

Leñio ij. Job 10.

Tædet animam meam vitæ
 meæ: dimittam adversum
 me eloquium meum, loquar
 in amaritúdine animæ meæ.
 Dicam Deo: Noli me condem-
 nare; Indica mihi cur me ita
 júdices. Numquid bonum tibi
 videtur, si calumniéris me,
 & opprimas me opus mánuum
 tuárum, & consilium impió-
 rum adjuves? Numquid óculi

carnei tibi sunt? aut sicut videt
 homo, & tu vidébis? Num-
 quid sicut dies hóminis dies
 tui, & anni tui sicut humana
 sunt témpora; ut quæras ini-
 quitátem meam, & peccátum
 meum scrutéris? Et scias quia
 nihil impium fécerim, cum sit
 nemo qui de manu tua possit
 erúere. Manus tuæ fecerunt
 me, & plasmaverunt me to-
 tum in circúitu; & sic repente
 præcipitas me? Memento,
 quæso, quòd sicut lutum féce-
 ris me, & in púlverem redúces
 me. Nonne sicut lac multifisti
 me, & sicut cæsum me coa-
 gulaisti? Pelle & cárnibus ve-
 stisti me, óssibus & nervis
 compegisti me. Vitam & mis-
 ricórdiam tribuisti mihi, &
 visitatio tua custodívit spiri-
 tum meum.

*R. Peccávi valde; sed * Pre-
 cor, Dñe, ut transféras ini-
 quitátem servi tui, quia stultè
 egi nimis. ¶. Deus, propítius
 esto mihi peccatóri. * Precor,
 Dómine. 2. Reg. 24. Luc. 18.*

Leñio iij. Job 10.

Quare de vulva eduxisti
 me? qui útinam consum-
 ptus essem, ne óculus me vidé-
 ret. Fuísem quasi non essem,
 de útero translátus ad túmu-
 lum. Numquid non páucitas
 diérum meorum finiétur bre-
 vi? Dimitte ergo me, ut
 plangam páululum dolórem
 meum, ántequam vadám, &
 non revertar, ad terram tene-
 brósam & opertam mortis ca-
 lligine, terram misériæ & tene-
 brárum, ubi umbra mortis, &
 nullus ordo, sed sempiternus
 horror inhábitat.

R. Ad Dóminum aspiciam ; meus, in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei ; * etenim universi qui sustinent te , non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas, Dómine, demonstra mihi, * & semitas tuas edoce me.

Ant. 6. F. In médio.

Psalms 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit : * Dirige me in veritate tua, & doce me ; * quia tu es Deus Salvátor meus, & te sustinui totá die.

in loco páscuæ ibi me collocávit. Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, * & misericordiárum tuárum quæ à século sunt.

Super aquam refectiόνis educávit me : * ánimam meam convertit. Delicta juventutis meæ * & ignorántias meas ne memineris.

Deduxit me super semitas justítiz, * propter nomen suum. Secundùm misericórdiam tuam memento mei tu, * propter bonitátē tuam, Dómine.

Nam & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timebo mala, * quóniam tu mecum es. Dulcis & rectus Dóminus ; * propter hoc legem dabit delinquentibus in via :

Virga tua, & báculo tuus, * ipsa me consoláta sunt. Diriget mansuetos in iudicio, * docébit mites vias suas.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos qui tribulavit me. Univerſæ viæ Dómini, misericórdia & veritas, * requiréntibus testamentum ejus & testimónia ejus.

Impinguaſti in óleo caput meum : * & calix meus inebrians quàm præclarus est ! Propter nomen tuum, Dómine, propitiaberis peccato meo ; * multum est enim.

Et misericórdia tua sublequetur me * omnibus diébus vitæ meæ ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitudinem diérum. Quis est homo qui timet Dóminum ? * legem státuit ei in via quam elégit.

Réquiem. Anima ejus in bonis demorábitur, * & semen ejus hæreditábit terram.

Ant. In médio umbræ mortis non timebo mala, quóniam tu mecum es, Dómine. Firmamentum est Dóminus timéntibus eum ; * & testamentum ipsius, ut manifestetur illis.

Ant. 8. G. Delicta.

Psalms 24.

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam ; * Deus

Oculi mei semper ad Dóminum, * quóniam ipse evellat de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére mei, * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitatibus meis érué me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum, * & dimitte universa delicta mea :

Réspice inimicos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iniquo odérunt me.

Custódi ánimam meam & érué me; * non erubescam, quóniam sperávi in te.

Innocentes & recti adhæserunt mihi, * quia sustinui te.

Libera, Deus, Israel * ex ómnibus tribulatióibus suis.

Réquiem.

Anr. Delicta juventutis meæ, & ignorántias meas ne memineris, Dómine.

Anr. 4. E. Credo.

Psalmus 26.

Dominus illuminatió mea, & salus mea; * quem timébo?

Dóminus protector vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmáti sunt & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam petii à Dómino, hanc requiram, * ut inhábitem in

domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptátem Dómini, * & visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo : * in die malótum protexit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me, * & nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : * cantábo, & psallam dicam Dómino.

Exaudi, Domine, vocem meam quá clamávi ad te : * miserére mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te, fácies mea : * fáciem tuam, Dómine, requiram.

Ne avertas fáciem tuam à me : * ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto, ne derelinquas me, * neque despicias me, Deus salutaris meus;

Quóniam pater meus & mater mea dereliquerunt me : * Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; * & dirige me in sémitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ánimas tribulántiū me; * quóniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra viventium.

Expecta Dóminum, viriliter age; * & confortétur cor tuum, & sustine Dóminum.

Réquiem.

Ant. Credo videre bona
Dómini in terra viventium.

¶ Unam p[er]t[er]itiam a D[omi]no, terminos ejus, qui p[er]teriri
hanc requiram; *R.* Ut inhábitem in domo D[omi]ni. *Pf.* 26.

Lectio iv. Job. 13.

Quantas hábeo iniquitátes & peccáta, scélera mea & delicta abscondis, & arbitráris me inimicum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, ostendis poténtia tuam, & st. pulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & confumere me vis peccátis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes sémitas meas, & vestigia pedum meórum considerasti; qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod coméditur à tinea.

R. Ecce ánimam meam porto in má nibus meis: * Etiam si occiderit me, in ipso sperábo, & ipse erit Salvátor meus. *¶* Sive vivimus, sive mórimur, D[omi]ni sumus: * Etiam si. *Job.* 13. *Rom.* 14.

Lectio v. Job. 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur & contérritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eódem statu pérmánent. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in júdiciúm. Quis potest fácere mundum de immundo conceptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hó-

minis sunt, número mensúrum ejus apud te est; constituisti terminos ejus, qui p[er]teriri non p[er]terunt. Recéde páulum ab eo, ut quiescat, donec optáta véniat sicut mercenárii dies ejus.

R. Hi qui cum pietáte dormitiónem accepérunt, óptimam habent rep[er]itam grátiam. * Sancta ergo & salúbris est cogitatio pro defunctis exoráre, ut à peccátis solvantur. *¶* Si quis superædificat super fundamentum, & opus ejus árserit, detrimentum patiéitur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. * Sancta ergo. 2. *Mach.* 12. 1. *Cor.* 3.

Lectio vj. Job. 14.

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno prótegas me, & abscondas me, donec p[er]tránseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recordéris mei? Putasne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus, quibus nunc milito, expecto donec véniat immutatio mea. Vocábis me, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccátis meis.

R. D[omi]ne omnipotens, Deus Israel, * Audi nunc orationem mortuórum Israel: noli meminisse iniquitátum patrum nostrórum; sed memento manús tuæ & nóminis tui. *¶* Occisus es, D[omi]ne, & redemisti nos Deo in ságuine tuo: * Audi nunc. *Baruc.* 3.

Apoc. 5.

IN III. NOCTURNO.

*Ant. 2. D. Amove.**Psalms 38.*

Domi : Custodiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam, * cum consisteret peccator adversum me.

Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis; * & dolor meus renovatus est.

Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis: * locutus sum in lingua mea.

Notum fac mihi, Domine, finem meum, & numerum dierum meorum, quis est; * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos; * & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vanitas, * omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine pertransit homo; * sed & frustra conturbatur.

Thesaurizat, * & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? * & substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: * opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, & non aperui os meum; * quoniam tu fecisti.

Amove à me plagas tuas: * à fortitudine manus tuæ ego defeci.

In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: * ve-

rumtamen vanè conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam: * auribus percipe lacrymas meas.

Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te, & peregrinus, * sicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrigerer, priusquam abeam; * & amplius non ero.

Requiem.

Ant. Amove à me plagas tuas, Domine: auribus percipe lacrymas meas.

Ant. 3. b. Numquid.

Psalms 40.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, * & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine, miserere mei; * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, & perbit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur: * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me , * numquid qui dormit , non adjiciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meae , in quo speravi , qui edebat panes meos , * magnificavit super me supplantationem.

Tu autem , Domine , miserere mei , & resuscita me ; * & retribuam eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me , * quoniam non gaudet inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti , * & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a seculo , & usque in seculum : * fiat , fiat.

Requiem.

Ant. Numquid qui dormit , non adjiciet ut resurgat ? Domine , miserere mei , & resuscita me.

Ant. 8. G. Sitivit.

Psalms 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum ; * ita desiderat anima mea ad te , Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem , vivum : * quando veniam , & apparebo ante faciem Dei !

Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte , * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

Haec recordatus sum , & effudi in me animam meam ; * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis , usque ad domum Dei ,

In voce exultationis & confessionis , * sonus epulantis.

Quare tristis es , anima mea ? * & quare conturbas me ?

Spera in Deo , quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei , & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est ; * propterea memor ero tui de terra Jordanis , & Hermonium a monte modico.

Abyssus abyssum invocavit , * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua , & fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam , * & novae canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitae meae ; * dicam Deo : Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei , & quare contristatus incedo , * dum affligit me inimicus ?

Dum confringuntur ossa mea , * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei ,

Dum dicunt mihi per singulos dies : * Ubi est Deus tuus ?

Quare tristis es , anima mea ? * & quare conturbas me ?

Spera in Deo ; quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei , & Deus meus.

Requiem.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum fortem , vivum : quando veniam & apparebo ante faciem Dei !

¶. Quare tristis es , anima mea ? & quare conturbas me ?

R. Spera in Deo , quoniam
adhuc confitebor illi. *Pf. 41.*

Leitio vij. Job 16 & 17.

Beves anni transeunt ;
& semitam per quam
non revertar , ambulo.
Spiritus meus attenuabitur ,
dies mei breviabuntur , & so-
lum mihi superest sepulcrum.
Non peccavi , & in amantiu-
dinibus moratur oculus meus.
Libera me , Domine , & pone
me juxta te ; & cujusvis manus
pugnet contra me.

R. Scio quod Redemptor
meus vivit , & in novissimo die
de terra surrecturus sum ; * Et
in carne mea videbo Deum
meum. *¶* Oportet corruptibile
hoc induere incorruptionem ,
& mortale hoc induere im-
mortalitatem ; * Et in carne
mea videbo Deum meum. *Job.*
19. 1. Cor. 15.

Leitio viij. Job. 17.

Dies mei transierunt ; co-
gitationes meae dissipatae
sunt , torquentes cor meum.
Noctem vertierunt in diem ,
& rursus post tenebras spero
lucem. Si sustinero , infernus
domus mea est ; & in tenebris
stravi lectulum meum. Putre-
dini dixi : Pater meus es ; Ma-
ter mea & soror mea , vermis-
bus. Ubi est ergo nunc praesto-
lacio mea ; & patientiam meam
quis considerat ?

R. Qui dormiunt in terra
pulvere , * Evigilabunt ; alii
in vitam aeternam , & alii in
opprobrium , ut videant sem-
per. *¶* Omnes quidem resur-
gemus , sed non omnes im-
mutabimur ; * Evigilabunt.
Dan. 12. 1. Cor. 15.

Leitio ix. Job. 19.

Pelli meae , consumptis car-
nibus , adhæsit os meum ;
& derelicta sunt tantummodo
labia circa dentes meos. Mife-
remini mei , miseremini mei ,
saltem vos amici mei ; quia
manus Domini tetigit me.
Quare persequimini me sicut
Deus , & carnibus meis satura-
mini ? Quis mihi tribuat ut
scribantur sermones mei ? Quis
mihi det ut exarentur in libro
stylo ferreo & plumbi laminâ,
vel celte sculptantur in silice ?
Scio enim quod Redemptor
meus vivit , & in novissimo die
de terra surrecturus sum : & rur-
sum circumdabor pelle mea ,
& in carne mea videbo Deum
meum ; quem visurus sum ego
ipse , & oculi mei conspiciendi
sunt , & non alius. Reposita
est hæc spes mea in sinu meo.

R. Libera me , Domine ,
ab iis qui oderunt me : non
absorbeat me profundum , ne-
que urgeat super me puteus os
suum : * Exaudi me , quoniam
† *Benigna est misericordia
tua : § Intende animæ meae , &
libera eam. ¶* Domine Deus ,
rex seculorum , solus pius es :
* Exaudi me , quoniam † *Be-
nigna est misericordia tua :
§ Intende animæ meae , & li-
bera eam. ¶* Miserere mei ,
Domine fili David : Domine ,
adjava me : † *Benigna est mi-
sericordia tua : § Intende ani-
mæ meae , & libera eam. ¶* Pro-
pôsuit te Deus propitiationem
per fidem propter remissionem
delictorum : § *Intende animæ
meae , & libera eam. Repetitur*
R. Libera. usque ad *¶*. Domi-
ne

Officium Defunctorum:

xcv

ne. *Pf.* 68. *Apoc.* 15. *Marth.* 15. *Rom.* 3.

[*Quando Vigilia celebratur mand, prætermisissis qua sequuntur, continuo inchoantur Laudes.*]

✠. Réquiem æternam dona eis, Dómine; *R.* Et lux perpétua luceat eis.

✠. Requiescant in pace. *R.* Amen.

✠. Dómine, exaudi orationem meá; *R.* Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

✠. Dóminus vobiscú, *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Absolve, quæsumus, Dómine, ánimam famulí tui: *N.* [*Sacerdotis vel Pontificis*] [*vel famulæ tuæ N.*] [*vel ánimas famulorum tuorum N. & N.*] *vel famularum tuarum N. & N.*] & ánimas ómnium fidélium defunctorum, ab omni vínculo delictórum; ut in resurrectionis glória, inter sanctos & electos tuos resuscitati respírent; Per eum qui venturus est iudicáre vivos & mórtuos, & séculum per ignem. *R.* Amen.

✠. Requiescant in pace. *R.* Amen.

A D: L A U D E S.

In Psalm. Miserére. lxx.
Ant. 1. g. Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Ant. 8. G. Exaudi.

Psalmus 64.

TE decet hymnus, Deus, in Ston; * & tibi reddetur votum in Jérusalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro véniet,

Verba iniquórum prævalerunt super nos; * & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beátus quem elegisti, & assumpxisti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum; mirábile in æquitáte.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, * spes ómnium finium terræ, & in mari longè;

Præparans montes in virtute tuá, accinctus poténtiá: * qui conturbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui hábitant téminos, à signis tuis: * éxitus matutini & vespere delectábis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: * multiplicasti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis; * parasti cibum illórum, quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébria, multiplicata genimina ejus; * in stillicidiis ejus lætábitur germinans.

Benedices corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebuntur ubertáte.

Pinguesscent speciósa deserti, * & exultatióne colles accingentur.

Indúti sunt arsetes óvium, & valles abundábunt frumento: * clamábunt, étenim hýnum dicent.

Réquiem.

Ant. Exaudi, Deus, orationem meam: ad te omnis caro véniet.

Ant. 4. E. Propter.

Psalmus 142.

Domine, exaudi orationem meam : * auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua ; exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo ; * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi ; * & anxietus est super me spiritus meus : in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum : meditatus sum in omnibus operibus tuis ; * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me , Domine ; * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me ; * & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam ; * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam , in qua ambulem ; * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis , Domine ; ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam , quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum , Dñe , vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione ani-

mam meam ; * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam ; * quoniam ego servus tuus sum.

Réquiem.

Ant. Propter nomen tuum , Domine , vivificabis me.

Ant. 2. D. Misérére.

Canticum. Baruch. 3.

Domine omnipotens , Deus Israel , * anima in angustiis , & spiritus anxius clamat ad te :

Audi , Domine , & miserere , quia Deus es misericors ; * & miserere nostri , quia peccavimus ante te.

Quia tu sedes in sempiternum , * & nos peribimus in ævum.

Domine omnipotens , Deus Israel , * audi nunc orationem mortuorum Israel ,

Et filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te , & non audierunt vocem Domini Dei sui : * & agglutinata sunt nobis mala.

Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum ; * sed memento manus tuas , & nominis tui in tempore isto :

Quia tu es Dominus Deus noster ; * & laudabimus te , Domine.

Réquiem.

Ant. Misérére nostri , Domine ; quia peccavimus ante te.

Ant. 7. b. Omnis spiritus.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus :

Commendationes.

xcviij

ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro : * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus ; laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem.

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum.

Ad Benedictus. Ant. i. a. Ego sum resurrectio & vita : qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet ; & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum.

Joan. 11.

Pater. & cetera ut supra in Vesperis. lxxxv. excepto quòd loco Psalmi Lauda, dicitur Ps. De profundis. lxxxiv.

COMMENDATIONES.

Pro pluribus dicuntur in plurali.

R. **D**omine Deus, audire nunc orationem mortuorum Israel, qui peccaverunt ante te. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed * Memento manus tuæ & nominis tui. V. Occisus es, Domine, & redemisti nos Deo in sanguine tuo : * Memento. Baruch. 3. Apoc. 5.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison. Secretò, Pater. Clard voce, V. Et ne nos inducas in tentationem ; R. Sed libera nos à malo.

Tibi, Domine, commendamus animam * famulæ tuæ N. ut defunctus [vel famulæ tuæ N. ut defuncta] século, tibi vivat : & quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata commisit, tu vénia misericordissimæ pietatis absterge ; Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Misericordiam tuam, Domine sancte, Pater omni-

Mimas. Pars Hyemalis.

nispotens, æterne Deus, pietatis affectu rogare pro aliis cogimur, qui pro nostris rogare peccatis nequâquam sufficimus ; tamen de tua confissi gratuita pietate & inolita benignitate, clementiam tuam deposcimus, ut animam * famulæ tuæ [vel famulæ tuæ] ad te reverentem cum pietate suscipias : adsit ei Angelus testamenti tuæ Michael, & per manus sanctorum Angelorum tuorum inter sanctos & electos tuos in sinibus Abraham, Isaac & Jacob Patriarcharum tuorum, eam collocare digneris, quatenus liberata de principibus tenebrarum & de locis poenarum, nullis jam primævæ nativitate, vel ignorantie, aut propriæ iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus ; sed agnoscatur à Sanctis tuis, & beatitudinis requie perfruatur : atque cum magni iudicii dies advenerit, inter sanctos & electos tuos * resuscitatus [vel

resuscitata] gloriâ manifestæ contemplationis tuæ perpetuò satiatur; *Per Christum Dóminum nostrum.* R. Amen.

In Ps. In éxitu Ísrael: 26. *in* *cujus fine dicitur* Réquiem, &c. *Ant.* 7. 5. Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; adjutor eórum & protector eórum est. *Ps.* 113.

Orémus.

OMnipotens, sempiternæ Deus, qui humano corpore ántimam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es: dum, te jubente, pulvis in pulverem revértitur; tu imaginem tuam cum sanctis & electis tuis æternis sédibus præcipias sociári; eamque ad te revertentem de Ægypti pártibus, blandè leniterque suscipias, & Angelos tuos sanctos ei obviam mitras; viamque illi justitiæ demonstra, & portas gloriæ tuæ áperi. Repelle, quæsumus, Dómine, ab ea omnes principes tenebrarum, & agnosce depósitum fidele quod tuum est. Súscipe, Dómine, creaturam tuam, non à diis aliénis creatam, sed à te solo Deo vivo & vero; quia non est áltius Deus præter te, Dómine, & non est secundum ópera tua. Lætifica, clementíssime Pater, ánimam ejus, & clarifica eam in multitudíne misericordiæ tuæ. Ne memíneris, quæsumus, iniquitatum ejus antiquarum, quas suscitávit furor mali desidérii: licet enim peccáverit, tamen te non negávit; sed signo fidei insignita, te qui ómnia, & eam in æternum omnia fecisti, fideliter adorá-

vit; Qui vivis & regnas Deus. R. Amen.

In Psalm. Dilixi. 46. Crédidi propter. 96. Laudáte Dóminum omnes gentes. 124. Confitémini Dómino. 14. & Beáti immaculáti. 15. *integre.* *Ant. sola.* 8. G. Circumdédérunt me dolóres mortis, & perícula inferni invenérunt me. O Dómine, líbera ánimam meam. *Ps.* 114.

Orémus.

DIRI vulneris novitate percussi, & quodámodo cordibus sauciati, misericórdiam tuam, mundi Redemptor, flebilibus vóribus implorámus; ut carí nostri N. [vel caræ nostræ N.] ánimam ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque suscipias; & quas ex carnáli commoratione contraxit máculas, tu, Deus, inolítá bonitáte clementer déleas; *Chorus,* Amen: Piè indúlgeas, *Chorus,* Amen. Oblivióni in perpetuum tradas, *Chorus,* Amen: Atque hanc laudem tibi cum ceteris reddíturam, & ad corpus própriam quandoque reversuram, Sanctorum tuorum cætibz aggregári præcipias; Qui cum Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus; Per ómnia sécula seculórum.

R. Amen.

Pater noster.

¶ Et ne nos indécas in tentationem; R. Sed líbera nos à malo.

¶ Réquiem æternam dona ei, Dómine, R. Et lux perpétua luceat ei.

¶. Anima ejus in bonis demorétur, R. Et semen ejus hæreditet terram. *Pf. 24.*

¶. Non intres in iudicium cum servo tuo, [vel ancilla tua,] Dómine; R. Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. *Pf. 142.*

¶. A porta inferi R. Erue, Dómine, animam ejus. *Pf. 88.*

¶. Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te véniat. *Pf. 101.*

¶. Dóminus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Partem beatæ resurrectionis obtineat, quæsumus, Dómine, anima * famuli tui [vel famulæ tuæ] N. vitamque æternam habere mereatur in cœlis, per te, Jesu Christe, Salvátor mundi.

Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem: præsta, quæsumus, ut anima * famuli tui [vel famulæ tuæ] N. terténis exorâ contágiis, in tuæ redemptionis parte numeretur; Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

¶. Requiescat in pace. R. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

ANTE PRANDIUM:
Benedicte. R. Dóminus. Oculi omnium in te sperant, Dómine; & tu das illis escam in tempore opportuno: áperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. *Pf. 144.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula seculórum. Amen.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater. usque ad ¶. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo. Orémus.

Benedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi; Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicis:
Jube, domne, benedicere.

Bened. Mensæ cœlestis participes faciat nos Rex æternæ glóriæ. R. Amen.

In fine Lectiois, dicitur:
Tu autem, Dómine, miserere nostri.

R. Deo grâcias.

GRATIARUM ACTIO
post Prandium.

Confiteantur tibi, Dómine, omnia ópera tua; & Sancti tui benedicant tibi. *Pf. 144.*

Gloria Patri, &c.

Qui benedixit mensam, dicit:

Agimus tibi grâcias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis; Qui vis & regnas in sæcula seculórum. R. Amen.

Deinde procedendo ad Ecclesiã, dicitur Pf. Miserere. 132,

c

Benedictio Mensæ.

Si verò non procedatur, dicitur Pf. Laudate Dóminum omnes gentes. 124. Qui Psalmus semper dicitur, quando absolvitur Gratiarum actio in loco refectóris.

In fine Psalmi dicitur Glória Patri. deinde. Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater. secretò usque ad v. Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

v. Disperfit, dedit pauperibus; R. Justitia ejus manet in séculum séculi. Pf. 111.

v. Benedicam Dóminum in omni témpore; R. Semper laus ejus in ore meo. Pf. 33.

v. In Dómino laudábitur ánima mea: R. Audiant mansueti, & latentur. Pf. 33.

v. Magnificáte Dóminum mecum; R. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. Pf. 33.

v. Sit nomen Dómini benedictum, R. Ex hoc, nunc, & usque in séculum. Pf. 112.

Retribuere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen sanctum tuum, vitam æternam. R. Amen.

v. Benedicámus Dómino. R. Deo grátias.

Secretò, Et fidélium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ante Cœnam.

Benedicite. R. Dóminus. Edent páuperes, & saturabuntur; & laudábunt Dó-

minum qui requirunt eum: vivent corda eórum in séculum séculi. *I. f. 21.*

Glória Patri, &c.
Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater noster. Clarè voce, Et ne nos inducas in tentationem, R. Sed libera nos à malo.

Orémus.

Benedic, Dómine, dona t tua quæ de tua largitate sumus sumpturi; Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perducat nos Rex æternæ glóriæ.

R. Amen.

GRATIARUM ACTIO post Cœnam.

Memoriam fecit mirabilium suórum misericors & miserátor Dóminus: escam dedit timéntibus se. *Pf. 110.*

Glória Patri, &c.
Qui benedixit mensam, dicit:

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in ómnibus opéribus suis; Qui vivit & regnat in sécula seculórum.

R. Amen.

Psalm. & reliqua, ut suprà. xcix.

IN JEJUNIIS, ad refectio-nem fit Benedictio mensæ & Gratiarum actio, ut notatum est præ Cœna.

Prædictus modus benedicendi mensam, & agendi grátias, mutatur diebus infra scriptis, ut sequitur.

Itinerarium:

67

AD UTRAMQUE IN EPIPHANIA DOMINI,
refectionem. *ET PER OCTAVAM.*
A NATALI DOMINI BENEDICTIO.

ad Vigiliam Epiphaniæ.
BENEDICTIO.

Benedicite. *R.* Dominus.
Verbum caro factum est,
alleluia; & habitavit in no-
bis, alleluia. *Joan. 1.*

Glória Patri, &c.
Kyrie, eléison. *Christe,*
eléison. Kyrie, eléison. & reli-
qua, ut suprà, xcix.

GRATIARUM ACTIO.

Notum fecit Dominus, al-
leluia, salutare suum, al-
leluia. *Pf. 97.*

Glória Patri, &c. & reli-
qua omnia ut suprà, excepto quòd
loco *Pf. Miserere, dicitur*
Pf. Cantate Dño quia. 43.

Benedicite. *R.* Dominus.
Omnes de Saba venient,
alleluia, aurum & thus defe-
rentes, alleluia. *If. 60.*

Glória Patri, &c.
Kyrie, eléison. *Christe, elé-*
ison. Kyrie, eléison. & reliqua,
ut suprà, xcix.

GRATIARUM ACTIO.

Reges Tharsis & insulæ
múnera offerent, alle-
luia; reges Arabum & Saba
dona addúcent, allel. *Pf. 71.*

Glória Patri, &c. & reliqua
omnia ut suprà, excepto quòd
loco *Psalmi Miserere, dicitur*
Pf. Deus, judicium: cum sua
divisione, 51.

ITINERARIUM.

Viaxor, in ipso itineris in-
gressu, si solus fuerit, dicat
quæ sequuntur, in singulari;
si cum sociis, in plurali, ut
sequitur.

In Cantic. Benedictus. 13.
Anr. 5. C. In viam pacis &
prosperitatis dirigat nos om-
nipotens & misericors Dómi-
nus: & Angelus Ráphael co-
mitetur nobiscum in via, ut
cum pace, salute & gáudio
revertámur ad própria.

P R E C E S.

Kyrie, eléison. *Christe,*
eléison. Kyrie, eléison.

Secretò, Pater noster. usque
ad 7. Et ne nos indúcas in
tentationem; R. Sed libera
nos à malo.

7. Salvos fac servos tuos,

R. Deus meus, sperantes in te.
Pf. 85.

7. Mitte nobis, Dómine,
auxilium de sancto; R. Et de
Sion tuere nos. Pf. 19.

7. Esto nobis, Dómine,
turris fortitudinis, R. A facie
inimici. Pf. 60.

7. Nihil proficiat inimicus
in nobis, R. Et filius iniqui-
tatis non apponat nocere no-
bis. Pf. 88.

7. Benedictus Dóminus dñe
quotidie: R. Prósperam iter
fáciat nobis Deus salutarium
nostrorum. Pf. 67.

7. Vias tuas, Dómine,
demonstra nobis, R. Et sémitas
tuas édoce nos. Pf. 24.

7. Utinam dirigantur viæ
nostræ R. Ad custodiendas

cij

Præparatio ad Missam.

justificationes tuas! *Pf.* 118.

¶ Erunt prava in directa,

R. Et aspera in vias planas.

Is. 40.

¶ Angelis suis Deus mandavit de te, R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Pf. 90.

¶ Domine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te veniat. *Pf.* 101.

Orémus.

DEUS, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique Magister ad te, stellâ duce, parvulus: tribue nobis, quaesumus, iter prosperum tempusque tranquillum; ut, Angelo tuo sancto comite, ad eum quod pergitur locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

DEUS, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum educatum, per omnes suas peregrinationis vias illam custodisti; quaesumus ut nos simulos tuos custodire

digneris: esto nobis, Domine, in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus; ut, te duce, quod tendimus, prospere perveniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADEITO, quaesumus, Domine, supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates, tuo semper protegamur auxilio.

PRÆSTA, quaesumus, omnipotens Deus, ut familia tua per viam salutis incédât; & beati Joannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit secûra perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

R. Amen.

¶ Procedamus cum pace in nomine Domini. R. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Psalmi, Quàm dilecta. 92.

Benedixisti. 54. Inclina, Domine. *cum sua divisione.* 134.

Creddi. 96. De profundis clamavi. 81.

Ant. Domine, memor esto mei; & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea.

Tob. 3.

P R E C E S.

KYrie, eléison. Christe,

eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster, &c.

¶ Et ne nos inducas in tentationem; R. Sed libera nos à malo.

¶ Ego dixi: Dñe, miserere mei; R. Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Pf.* 40.

Gratiarum actio post Missam. ciii

¶. Convertere, Dómine, fectè diligere, & dignè laudare mecum? R. Et deprecabilis esto super servos tuos. *Ps. 89.*

¶. Fiat Misericórdia tua, Dómine, super nos; R. Quemadmodum sperávimus in te. *Ps. 32.*

¶. Sacerdótes tui induantur justitiam, R. Et sancti tui exultent. *Ps. 131.*

¶. Ab occultis meis munda me, Dómine; R. Et ab alié- nis parce servo tuo. *Ps. 18.*

¶. Dómine, exaudi orationem meam; R. Et clamor meus ad te véniat. *Ps. 101.*

Orémus.

Aures tuæ pietátis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratiá sancti Spiritús illumina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministrare, teque æterná caritate diligere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullam latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritús cogitationes cordis nostri, ut te per-

fectè diligere, & dignè laudare mereámur.

Urenes nostros & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paracletus qui à te procedit illuminet, & inducat in omnè, sicut tuus promissit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spiritús sancti; quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidélium sancti Spiritús illustratióne docuisti: da nobis in eodém Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatióne gaudere.

Consciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purifica; ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansiónem, Qui tecum vivit & regnat Deus.

R. Amen.

GRATIARUM ACTIO

POST MISSAM.

Ps. Dóminus regit me. 93. de cælo præstito, esurientes replebis bonis, divites dimittens inanes. *Sapient. 12 & 16.*

Benedicam Dóminum. cum sua divisione. 93. Benedic, ánima mea, Dómino; & ómnia. *Luc. 1.*

Ant. O quam suavis est, Dómine, Spíritus tuus! qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstráres, pane suavíssimo

de cælo præstito, esurientes replebis bonis, divites dimittens inanes. Sapient. 12 & 16. Luc. 1.

P R E C E S.
Kyríe, eléison. Chríste, eléison. Kyríe, eléison. Pater noster, &c.
¶. Et ne nos inducas in tentationem.

214 *Gratiarum actio post Missam.*

tationem; *R.* Sed libera nos à malo.

Ps. Memoriam fecit mirabilia suorum misericors & miserator Dominus: *R.* Escam dedit timéntibus se. *Pf.* 110.

Ps. Quid est homo, quod memor es ejus? *R.* Aut filius hominis, quoniam vísitas eum? *Pf.* 8.

Ps. Sicut ádipe & pinguédine repleatur ánima mea; *R.* Et lábiis exultationis laudábit os meum. *Pf.* 62.

Ps. Non nobis, Dómine, non nobis; *R.* Sed nómini tuo da glóriam. *Pf.* 113.

Ps. Nunc dimittis servum tuum, Dómine, secundum verbum tuum, in pace; *R.* Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. *Luc.* 2.

Ps. Dómine, exaudi orationem meam; *R.* Et clamor meus ad te véniat. *Pf.* 101.

Orémus.

Vísita, quæsumus, Dómine, familiam tuam: & corda sacris dicata mystéris pervigili tuere pietate; ut remédia salutis æternæ, quæ te miserante percipiunt, te protegente custódiant.

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut quos divíná tribus participatióne gaudere, humanis non sintas subjacere periculis.

Cognóscimus, Dómine; tuæ circa nos cleméntiæ largitatē: & idéo fiduciálius implorámus, ut quos pascere non desinis imméritos, & dignè tibi servíre perficias, & donis uberióribus prosequáris.

Majestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ne perire patiáris quibus tanta remédia providisti; sed cum divíni frequentatióne mystérii crescat nostræ salutis effectus.

Acciones nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni, & adjuvando proféquare; ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur.

Adjuvet nos grátia tua, omnipotens Deus; ut quæ officium sacerdotále suscepimus, dignè ac devotè tibi in omni puritate & consciéntia bona famulári valeámus: & si non póssumus in tanta innocéntia vitæ conversári ut debémus, concéde nobis tamen dignè flere mala quæ gessimus, & in spíritu humilitátis, ac bonæ voluntátis propósito tibi fervéntius de cetero deservire; Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



CV

C O M M U N E

www.libriol.com.cn

PATRONORUM.

IN Ecclesiis ubi Officium proprium de Patronis non habetur, eorum Festa ad eum modum celebrantur, qui in Rubricis Breviarii generalibus praescribitur; nempe ritu annuali, omnia sumendo in Breviario, primum de Proprio, si quid in eo habeatur, deinde de Communi cujusque Sancti, secundum titulum ejus & dignitatem, id est, vel Apostoli, vel Martyris, & aliorum similiter.

Lectiones I. Nocturni dicuntur ut sequitur pro unoquoque Communi.

In II. Nocturno, si nihil omnino habetur in Breviario de Sancto cujus sit Officium, tres Lectiones pariter dicuntur ut hic notantur pro unoquoque Communi. Si verò vel una vel duae Lectiones in Breviario de illo Sancto habentur, praefertur his quae hic notantur; quibus proinde locus non erit, nisi quando vel nullae propriae aderunt, vel non sufficientes, aut dividendi commodè non poterunt. Ubi verò una vel duae habebuntur, pro secunda vel tertia ritè sumentur quae prima vel secunda in unoquoque Communi hic ponuntur.

In III. Nocturno, tres Lectiones hic appositae pro unoquoque Communi adhibebuntur.

Nullae hic in secundo & tertio Nocturno appositae sunt Lectiones pro Patrono Apostolo; quia nullus est cujus Festum non habeat Lectiones utriusque Nocturno proprias in Breviario.

Circa Officium dierum intra Octavam servabuntur pariter quae praescribuntur in Rubricis generalibus, Parte 1. cap. 9. n. 4. de Octavis Festorum annualium ad secundum ordinem pertinentibus: cujusmodi declarantur ibidem Octava Festorum Patroni; ideòque Dominica intra Octavas hujusmodi occurrente (modò aliàs privilegiata non sit) totum Officium fiet de Octava, cum Commemoratione Dominicae occurrentis in utrisque Vesperis & Laudibus, & ix. Lectione. Lectiones verò I. Nocturni de Scriptura occurrente sumentur, adhibitis in II. & III. Nocturno quae hic communes Patronis cujuscumque tituli & dignitatis notantur.

Diei Octavae Officium erit Duplex-majus, cum Lectionibus pro II. & III. Nocturno pariter Communibus.

Diebus intra Octavam Patronorum, Officium est semiduplex. Sunt etiam Lectiones communes, singulis ejusmodi diebus assignatae.

Si nihil in Breviario habetur de aliquo Sancto non Patrono,

cujus Festum alicubi fortè celebrari debeat; vel si Festum ali-
quod celebrandum occurrat solemniori ritu, quàm in Breviario
notetur; quæ ad ejusmodi Festum peragendum in Proprio deerunt,
supplenda erunt ex hoc Communi.

DIE FESTO

PRO APOSTOLO.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli
Apostoli ad Corinthios.

LECTIO I. Cap. 4.

Sic nos existimet homo ut
ministros Christi, & dis-
pensatores mysteriorum Dei.
Hic jam. queritur inter dis-
pensatores, ut fidelis quis in-
veniatur. Mihi autem pro mi-
nimo est ut à vobis iudicer,
aut ab humano die: sed ne-
que meipsum iudico. Nihil
enim mihi conscius sum; sed
non in hoc justificatus sum:
qui autem iudicat me, Dó-
minus est. Itaque nōste ante
semper iudicare, quoadusque
veniat Dóminus, qui & illu-
minabit abscondita tenebrá-
rum, & manifestabit consilia
sordium; & tunc laus erit
unicuique à Deo.

LECTIO II.

Hæc autem, Fratres,
transfiguravi in me &
Apollo, propter vos; ut in
vobis discatis, ne supra quàm
scriptum est, unus adversus
alterum infletur pro alio. Quis
vobis te discernit? Quid autem
habes quod non accepisti? Si
autem accepisti, quid gloriá-
ris quasi non acceperis? Jam
saturati estis, jam divites fa-
cti estis: sine nobis regnatis;

& utinam regnetis, ut & nos
vobiscum regnemus! Puto
enim quod Deus nos Apósto-
los novissimos ostendit tan-
quam morti destinatos; quia
spectaculum facti sumus mun-
do, & Angelis, & homini-
bus.

LECTIO III.

Nos stulti propter Chri-
stum, vos autem pruden-
tes in Christo: nos infirmi,
vos autem fortes: vos nobiles,
nos autem ignobiles. Usque
in hanc horam & esurimus,
& sitimus, & nudi sumus, &
cólaphis cadimur, & instabi-
les sumus; & laboramus ope-
rantes manibus nostris. Male-
dicimur, & benedicimus: per-
secutionem patimur, & susti-
nemus: blasphemamur, &
obsecramus: tanquam purga-
menta hujus mundi facti su-
mus, omnium peripséma usque
adhuc. Non ut confundam
vos, hæc scribo; sed ut filios
meos carissimos moneo. Nam
si decem millia pædagogorum
habeatis in Christo, sed non
multos patres: nam in Christo
Jesu per Evangelium ego vos
genui.

IN II. & III. NOCTUR.

LECTIONES, ut in Proprio
Sanctorum.

PRO UNO MARTYRE.

IN I. NOCTURNO.

De Epístola secunda B. Pauli
Apóstoli ad Corínthios.

Lectio j. Cap. 4.

DEus qui dixit de ténébris lucem splendescere, ipse illuxit in córdibus nostris, ad illuminatióem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesaurum istum in vasis fictilibus; ut sublímitas sit virtútis Dei, & non ex nobis. In ómnibus tribulatióem pátimur, sed non angustiamur: aporiámur, sed non destituimur: persecutióem pátimur, sed non derelinquimur: deícimur, sed non perimur; semper mortificatióem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris.

Lectio ij.

Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spíritum fidei, sicut scriptum est: Crédidi, propter quod locútus sum; & nos crédimus propter quod & loquimur: scientes quóniam qui suscitávit Jesum,

Alb. Pars Hyemalis.

& nos cum Jesu suscitábit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos; ut grátia abundans, per multos in gratiárum actiÓne abundet in glóriam Dei. Propter quod non defícimus: sed licet is qui foris est, noster homo corrumpátur, tamen is qui intus est, renovátur de die in diem.

Lectio iij.

ID enim quod in presentí est momentáneum & leve tribulatiÓnis nostræ, supràmódum in sublimitáte æternum glóriæ pondus operátur in nobis; non contemplántibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporália sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. Scimus enim, quóniam si terrestris domus nostra hujus habitatiÓnis dissolvátur, quód ædificatióem ex Deo habémus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitatióem nostram quæ de cœlo est superinducipientes; si tamen vestíri, non nudi inveniámur. Nam & qui sumus in hoc tabernáculo, ingemiscimus graváti, eò quód nolumus expoliári, sed supervestíri; ut absorbeatur quod mortále est, à vita.

* e v j

cujus Festum alicubi fortè celebrari debeat; vel si Festum ali-
quod celebrandum occurrat solemniori ritu, quàm in Breviario
notetur; que ad ejusmodi Festum peragendum in Proprio deerunt,
supplenda erunt ex hoc Communi.

D I E F E S T O
P R O A P O S T O L O.

IN I. NOCTURNO.
De Epistola prima beati Pauli
Apóstoli ad Corinthios.

Letitio j. Cap. 4.

Sic nos existimet homo ut
ministros Christi, & dis-
pensatores mysteriorum Dei.
His jam quaeritur inter dis-
pensatores, ut fidelis quis in-
veniatur. Mihi autem pro mí-
nimo est ut à vobis iudicer,
aut ab humano die: sed ne-
que me ipsum iudico. Nihil
enim mihi conscius sum; sed
non in hoc justificatus sum:
qui autem iudicat me, Dó-
minus est. Itaque nolite ante
semper iudicare, quoadusque
veniat Dóminus, qui & illu-
minabit abscondita tenebrá-
rum, & manifestabit consilia
cordium; & tunc laus erit
unicuique à Deo.

Letitio ij.

Hæc autem, Fratres,
transfiguravi in me &
Apollo, propter vos; ut in
vobis discatis, ne supra quàm
scriptum est, unus adversus
alterum infletur pro alio. Quis
vobis se discernit? Quid autem
habes quod non accepisti? Si
autem accepisti, quid gloriá-
ris quasi non accepisti? Jam
saturati estis, jam divites fa-
cti estis: sine nobis regnatis;

& utinam regnetis, ut & nos
vobiscum regnemus! Puto
enim quòd Deus nos Apósto-
los novissimos ostendit tan-
quam morti destinatos; quia
spectaculum facti sumus mun-
do, & Angelis, & homini-
bus.

Letitio iij.

Nos stulti propter Chri-
stum, vos autem pruden-
tes in Christo: nos infirmi,
vos autem fortes: nos nobiles,
nos autem ignobiles. Usque
in hanc horam & esurimus,
& sitimus, & nudi sumus, &
cólaphis cædimur, & instabi-
les sumus; & laboramus ope-
rantes manibus nostris. Maledi-
citur, & benedicimus: per-
secutionem patimur, & susti-
nemus: blasphemamur, &
obsecramus: tanquam purga-
menta hujus mundi facti iu-
mus, omnium peripséma usque
adhuc. Non ut confundam
vos, hæc scribo; sed ut filios
meos carissimos moneo. Nam
si decem millia pædagogorum
habeatis in Christo, sed non
multos patres: nam in Christo
Jesu per Evangelium ego vos
genui.

IN II. & III. NOCTUR.

*Letiones, ut in Proprio
Sanctorum.*



DIE FESTO
www.libtool.com.cn

PRO UNO MARTYRE.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola secunda B. Pauli
Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 4.

DEus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminatiōnem sciētię claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasīs fictilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulatiōnem patimur, sed non angustiamur: aperiāmur, sed non destituimur: persequamur, sed non relinquimur: desicimur, sed non perimus; semper mortificatiōnem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.

Lectio ij.

Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; & nos credimus propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitavit Jesum,

Pars Hymnalis

& nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos; ut grātia abundans, per multos in gratiarum actiōne abundet in glōriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est, noster homo corruptatur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem.

Lectio iij.

ID enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulatiōnis nostre, supra vincit in sublimitate virtutis glorie preterite operatur etiam nos, ut exemplariam vitam que videtur, sed non videtur. Quia enim videtur, transitoria sunt; que autem non videtur, eterna sunt. Scimus quoniam, quoniam si versari in terra hujus transitoria desideratur, quod edificatiōnem ex Deo habemus, domum vero manufactam, materiam in caelis. Nam & in terra habitamus, que de celo est supercupientes; si tamen non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc transitorio, eo quod transitoria poliamur, sed supervehit abhorrentur quod transitoria à vita.

o 2 ij

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini

Episcopi.

Serm. 311. in nat. S. Cypriani

Martyris.

Lectio iv.

Issum nobis festum diem passio beatissimi Martyris fecit, cujus nos victoriæ celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebratio solemnitatis Martyrum imitatio debet esse virtutum. Facile est honorem Martyris celebrare; magnum est fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus: hoc sic celebremus, ut illud potius diligamus. Quid laudamus in fide Martyris? Quia usque ad mortem pro veritate certavit, & ideo vicit. Blandientem mundum contempsit, ferventi non cessit; ideo victor ad Deum accessit.

Lectio v.

Abundant in isto seculo errores & terrores: beatissimus Martyr errores sapientia, terrores patientia superavit. Magnum est quod fecit: secutus Agnum, leonem vicit. Quando persecutor serviebat, leo fremebat; sed quia Agnus sursum attendebatur, leo deorsum calcabatur. Cogitate, fratres, quale fuit mitti homines per orbem terrarum predicare hominem mortuum resurrexisse, in coelum ascendisse, & pro ista predicatione perpetui omnia quæ insanens mundus inferret, damna, exilia, vincula, tormenta, flammæ, bestias, cruces, mortes.

Lectio vj.

Alius moriebatur, ut alius honoraretur; alius occidebatur, ut alius coleretur. Numquid hoc facerent, nisi flagrantia caritatis de conscientia veritatis? Prædicaverunt mortuum quem sciebat vivum. Sciebant pro qua vita contempnerent vitam: sciebant pro qua felicitate ferrent transitoriam infelicitatem, pro quibus præmiis ista damna contempnerent. Fides eorum cum toto mundo non appenderetur. Audlerant: Quid prodest homini, si totum mundum lucratur, animæ autem suæ detrimentum patiatur?

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundam Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 10.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Et reliqua.

Homilia sancti Cypriani Episcopi & Martyris.

Epistola 56. quæ est de exhortatione ad martyrium ad Thibaritanos.

Gaudere nos in persecutionibus voluit Dominus; quia tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patent cæli. Neque enim sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantummodò cogitare, & recusare militiam debeamus, quando in ipsa militiæ primus ambulaverit Dominus, humilitatis & tolerantis passionis magister; ut quod fieri de-

Pro uno Martyre. eiz

cult, prior faceret; & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateatur. Sit ante oculos, Fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium à Patre solus accepit, & qui venturus est & iudicatus, jam iudicii sui & cognitionis futuræ sententiam protulerit, prænotians & contestans confesurum se coram Patre suo confitentes, & negaturum negantes.

Longè post præced. Lect. viij.

NEquè aliquis persecutiõnis metu sic terreatur, ut non evangélicis exhortatiõibus & præceptis, ac mõnitis cœlestibus, ad omnia inveniatur armatus. Irascitur adversarius & minatur, sed est qui possit de ejus manibus liberare. Ille metuendus est, cujus iram nemo potest evadere, ipso præmonente & dicente: Ne timéritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: magis autem metuite eum qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam; & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conservabit illam. Ecce agon sublimis & magnus, & coronæ cœlestis præmio gloriõsus. Præliantes nos spectat Deus, spectant Angeli ejus, spectat & Christus.

Quanta est gloriæ dignitas, quanta felicitas, præsentè Deo congregati, & Christo iudice coronari!

Lectio ix.

Armémur viribus totis, & parémur ad agõnem incorruptam, fide integrã, virtute devotã. Armatos Apóstolus, dicens: Induite arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo. Induamus lorìcam justitiæ, ut contra inimici jacula munnum sit pectus & tutum. Calceati sint evangélico magisterio, & armati pedes; ut cum serpens calcari à nobis coeperit, mordere & supplantare non possit. Portemus scutum fidei, quo protegente, quidquid jaculatur inimicus possit extingui. Accipiamus ad tegumentum capitis galeam salutarem, ut muniatur aures, ne audiant edicta feralia. Muniatur oculus, ne videant detestanda simulacra: muniatur frons, ut signum Dei incolumè servetur: muniatur os, ut Dòminum suum Christum victrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, & Eucharistiæ memor, quæ Dòmini corpus accepit, ipsum complectatur, postea à Dòmino sumptura præmium cœlestium coronarum.



DIE FESTO
www.libtool.com.cn
 PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

IN I. NOCTURNO.
 De Epistola beati Pauli Apó-
 stoli ad Romános.

Leñtio j. Cap. 8.

Fratres; Debitóres sumus non carni, ut secundum carnem vivámus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriémini: si autem spíritu facta carnis mortificaveritis, vivétis. Quicumque enim spíritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spíritum servitútis iterum in timóre; sed accepistis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba, Pater. Ipse enim Spíritus testimónium reddit spíritui nostro, quód sumus filii Dei: Si autem filii, & hæ-
 rédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi; si tamen compátimur, ut & con-
 glorificémur. Existimo enim quód non sunt condignæ pas-
 siones hujus témporis ad futúram glóriam quæ revelá-
 bitur in nobis. Nam expectá-
 tio creatúræ revelatióne filii-
 órum Dei expectat.

Leñtio ij.

Scius autem quóniam di-
 ligéntibus Deum ómnia
 cooperantur in bonum, iis
 qui secundum própositum vo-
 cati sunt sancti. Nam quos
 præscívit, & prædestinávit
 conformes fieri imáginis filii
 sui, ut sit ipse primogénitus
 in multis frátribus. Quos au-

tem prædestinávit, hos & vo-
 cávit: & quos vocávit, hos &
 justificávit; quos autem justi-
 ficávit, illos & glorificávit.
 Quid ergo dicémus ad hæc?
 Si Deus pro nobis, quis con-
 tra nos? Qui étiam próprio
 Filio suo non pepercit, sed
 pro nobis ómnibus trádidit
 illum: quómódó non étiam
 cum illo ómnia nobis doná-
 vit? Quis accusábit adversus
 electos Dei? Deus qui justi-
 ficat, quis est qui condemnet;
 Christus Jesus, qui mórtuus
 est, imó qui & resurrexit,
 qui est ad dexteram Dei, qui
 étiam interpellat pro nobis.

Leñtio iij.

Quis ergo nos separábit
 à caritate Christi? Tri-
 bulátio, an angústia, an fa-
 mes, an nuditás, an percu-
 lum, an persecútio, an glá-
 dius? Sicut scriptum est: Quia
 propter te mortificámur totá
 die, æstimáti sumus sicut oves
 occisiónis. Sed in his, ómni-
 bus superámus propter eum
 qui dilexit nos. Certus sum
 enim quia neque mors, neque
 vita, neque Angeli, neque
 principátus, neque virtútes,
 neque instántia, neque futúra,
 neque fortitúdo, neque alti-
 túdo, neque profundum, ne-
 que creatúra ália póterit nos
 separáre à caritate Dei, quæ
 est in Christo Jesu Dómine
 nostro.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini
Episcopi.

Serm. 335. in nat. Mart.

Leſtio iv.

Quoniam dies sanctorum
Martyrum est, unde potius aliquid delectet nos dicere, nisi de gloria ipsorum? Adjuvet nos Dominus Martyrum. Audivimus paulo ante beatorum Paulum Apostolorum predicantem: Quis nos separabit a caritate Christi? Ista vox est Martyrum. Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, deputari sumus ut oves occisionis: sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Hæc est vox Martyrum, omnia tolerare, & de se nihil presumere; illum diligere qui glorificatur in suis: ut qui glorietur, in Domino glorietur.

Leſtio v.

Noverunt & illud quod nos cantavimus paulo ante: Lætâmini in Domino, & exultate, justi. Si justi in Domino lætantur, injusti non noverunt lætari nisi in seculo. Sed ipsa est prima acies debellanda. Primò vincendæ sunt delectationes, & postea dolores. Quomodo potest superare mundum sævientem, qui non potest superare blandientem? Blanditur hic mundus pollicendo honores, divitias, voluptates: minatur hic mundus intentando dolores, egestates, humilitates.

Qui non contemnit quod pollicetur, quomodo superare potest quod minatur?

Habent delectationem suam divitiarum, quis nesciat? Sed plus habet delectationis justitia. Delectare divitiis cum justitia. Ubi autem talis articulus tentationis inciderit, ut duo hæc veniant in tentationem, divitiarum & justitia; & non possis habere utrumque: sed si miseris manum ad divitias, necesse est ut amittas justitiam; si miseris manum ad justitiam, pereant divitiarum: modò elige, modò pagna; modò videamus si non sine causa cantasti: Lætâmini in Domino, & exultate, justi; modò videamus si non sine causa audisti: Quis nos separabit a caritate Christi? Es quidem prætermisit omnia quibus blanditur mundus, & tenuit commemorare cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina Martyrum pronuntiabat: illa utique certamina, ubi vicèrunt persecutionem, famem, sitim, egestatem, ignominiam; ad extremum timorem mortis, & hostem sævissimum.

IN III. NOCTURNO.

Leſtio sancti Evangelii secundum Lucam.

Leſtio vij. Cap. 6.

In illo tempore; Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri; & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.

Lib. 1. Off. Cap. 15 & 16.

Non potest quis præmium accipere, nisi legitime certaverit: nec est gloriósa victória, nisi ubi fuerint laboriósa certamina. Nonne injustus est, qui antè quærat præmium, quàm certamen fuerit absolutum? Ideoque Dóminus in Evángelio ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quóniam ipsórum est regnum cælórum: beati estis, cum vos maledicent homines, & persequentur, & dicent omne malum adversum vos propter justitiam; gaudete, & exultate; quóniam merces vestra copiósa est in cælo. Futúram, non præsentem, in cælo, non in terra, mercédem promissit esse reddendam. Quid alibi póscis quod alibi debéatur? Quid præproperè corónam exigis, antè quàm vincas? Quid detérgere pulverem? Quid requiescere cupis? Quid epulári gestis, antequàm stádium solvatur? Adhuc pópulus spectat, adhuc athlétæ in scámmate sunt; & tu jam ótium petis?

Lectio viij.

Sed forè dicas: Cur impii stantur? cur luxuriantur? cur etiam ipsi non mecum la-

bórant? Quóniam qui non subscripserint ad corónam, non tenentur ad labórem certaminis: qui in stádium non descenderint, non se perfundunt oleo, non obliniunt pulvere. Quos manet glória, expectat injúria. Unguentati spectare solent, non decerrare, non solem, æstus, pulverem, imbresque pèrpeti. Dicant ergo & ipsi athlétæ: Veníte, nobiscum laborate. Sed respondebunt spectatores: Nos híc interim de vobis judicamus; vos autem sine nobis corónæ, si vicéritis, glóriam vindicábitis.

Lectio ix.

Isti igitur qui in deliciis, qui in luxúria, rapinis, quæstibus, honoribus, stúdia posuerunt sua, spectatores magis sunt quàm præliatores. Habent lucram labóris, fructum virtútis non habent. Fovent ótium, astutiá & improbitate ággerant divitiarum acervos; sed exolvent, seram licèt, nequitiæ suæ pœnam. Perfectórum est coróna. Expecta ut véniat quod perfectum est, quando non per spécies in ænigmate, sed facie ad faciém formam ipsam redoptertz veritátis possis agnoscere.



PRO SS. PONTIFICIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Epístola prima B. Pauli
Apostoli ad Timótheum.

Lectio j. Cap. 3.

Fidélis sermo: Si quis Episcopátum desiderat, bonú opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxóris virum, sóbrium, prudentem, ornátum, pudicum, hospitélem, doctóre, non vinolentum, non percussórem, sed modestum; non litigiósum, non cupidú, sed suæ domui bene præpósitum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quómódò Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neóphytum; ne in superbiam elátus, in iudicium incidat diabóli, Oportet autem illum & testimónium habere bonú ab iis qui foris sunt; ut non in opprobrium incidat, & in láqueum diabóli.

De Epístola ad Titum.

Lectio ij. Cap. 1.

Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatórem: non superbium, non iracundum, non vinolentum, non percussórem, non turpis lucrí cupidum; sed hospitélem, benignum, sóbrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidélem sermónem; ut potens sit ex-

hortári in doctrína sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi étiam inobedientes, vaniloqui, & seductóres, máximè qui de circumcisióne sunt, quos oportet reddárgui; qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucrí grátia.

Lectio iij. Cap. 2.

TU autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes, ut sóbrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectiône, in patientia. Anus similiter, in hábitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant; prudentes, castas, sóbrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemétur verbum Dei. Júvenes similiter hortáre, ut sóbrii sint. In ómnibus teipsum præbe exemplum bonórum óperum, in doctrína, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile; ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joánnis

Chrysóstomi.

Hom. 20. in Epíst. 1. ad Tim.

Lectio iv.

SI quis Episcopátum appetit, non principátus ac

dominationis fastu, sed pro cura regiminis & caritatis affectu, non improbo: bonum quippe desiderat opus. Quippe & Moyses eandem rem appetivisse cognoscitur. Verum ille hujusmodi potentiam ambitumque dominandi nequaquam quæsit; sed eam rem ita cupivit, ut nec contumeliam audire refugeret, eum illi diceretur: Quis te constituit principem & judicem super nos? Si quis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus enim ex eo dicitur, quod omnes inspiciat cunctaque speculetur. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse. Hoc unico verbo genus omne virtutum expressit. Itaque qui sibi vel levis culpæ conscius est, malè profectò facit eam rem appetens, quâ indignum se per opera facit. Non enim decet hujusmodi regere, sed potius regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tantâ decet gloriâ virtutis excellere, ut instar solis, ceteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscurer. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam atque compositam; ut omnes in illum & in ejus vitam, veluti in exemplum aliquod excellens, intueantur.

Lectio v.

Oportet Episcopum vigilantem esse, hoc est, clarissimâ mentis acie præditum, innumerosque habentem omni ex parte oculos, quibus acutissimè cuncta prospiciat. Sunt quippe plura quæ

incidant, & mentis hæbetent aciem, puta concupiscentiæ desideria, curæ quotidianæ, rerumque perturbatio; & plurima id genus undique imminant. Vigilantem igitur esse necesse est eum, qui non tantum sui curam habet, verum etiam reliquorum. Decet esse pervigilem eum qui ejusmodi est, ac spiritu vivere, & affectus sui flammam operibus ipsis ostendere, sollicitudine atque industriâ præcellere; ut die noctuque exercitum & castra perlustrer, laboret, & sui officii munus diligentissimè impleat, atque omnium curam & sollicitudinem gerat. Pudicum, addit, ornatum, & hospitalitatis amatorem. Ista & in subditis plerumque videas. Verum quoniam oportet eum & ea quæ sunt rectoris habere, idcirco subjunxit: Aptum ad docendum. Hoc quippe à subditis nequaquam exigitur: ceterum illi ante omnia adesse debet, qui hujusmodi suscipit officium.

Lectio vj.

Idcirco nos elegit Deus, ut simus quasi luminaria, ut veluti fermentum evadamus, ut magistri ceterorum efficiamur, ut veluti Angeli cum hominibus versemur in terris, ut tanquam viri cum infantibus & pueris, quasi spirituales cum animalibus, ut ex contubernio nostro ingentia lucra conquirant; ut semina simus, ut fructum lætissimum afferamus. Nihil opus esset verbis, si hunc in modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil

magistris opus esset, si virtutis probos actus præferremus. Nemo profecto **Gentilis esset, si** ipsi ut oportet Christiani esset curaremus, si Dei mōnitis ac scitis obtemperaremus, si injūrias perpeſsi vicē non referremus, si maledictis lacessiti benediceremus, si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera bellua, ut non statim ad cultum veræ religionis accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. Atque ut discas ita esse, unus Paulus qui talis fuit, tot pōpulos attraxit ad Dei notitiam. Si omnes essemus hujusmodi, quot terrarum orbes & ipsi attrahere possemus?

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia Sancti Fulgentii Episcopi.

Dominicus sermo, quem debemus omnes, non solum studiosè, verum etiam sapienter audire, cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire, moderatiōnis suæ tenens ubique temperiem, ut nec omnibus desint pabula, nec pastoribus alimenta; quædam specialiter solis præcipit nobis, quædam verò generaliter & nobis & vobis. Nobis namque (id est, servis, quos Pater ille familias, rerum omnium Dominus, ad hoc in sua magna domo constituit,

ut pōpulo ejus verbum gratiæ ministremus) specialiter adjungitur sanctæ prædicationis officium; generaliter verò, & nobis & vobis, salutaris indicitur observantia mandatorum.

Lectio viij.

Servorum igitur, quos pōpulo suo præposuit Dominus, specialiter volens officium demonstrare, ait: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit ita facientem. Quis est iste Dominus, Fratres? Christus sine dubio, qui suis discipulis ait: Vos vocatis me, Magister & Domine; & benedicitis: sum etenim. Quæ est etiam hujus Domini familia? Nimirum illa est, quam ipse Dominus de manu inimici redemit, & suo dominio, mancipavit. Hæc autem familia sancta est Ecclesia catholica, quæ per orbem terræ copiosâ fertilitate diffunditur, & redemptam se pretioso sui Domini sanguine gloriat.

Lectio ix.

Dispensator verò quis sit, quem oportet esse fidelem pariter ac prudentem. Paulus nobis ostendit Apostolus, qui de se suisque sociis loquens, ait: Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut si-

délis quis inventiátur. Ne quis autem nostrum solos Apóstolos dispensatōres factos existimet; neglectoque militiæ spiritalis officio, servus piger infideliter imprudenterque dormitet, ipse beátus Apóstolus Episcopos esse dispensatōres ostendens, ait: Oportet ergo Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatōrem. Servi Patris familias sumus, dispensatōres Dómini sumus; mensuram tritici quam vobis erogemus, accépimus.

Quæ vera sit ista mensura tritici si queramus, ipsam Apóstolus ostendet, dicens: Unicusque sicut Deus divisit mensuram fidei. Hujus tritici mensuram vobis in nómine Dómini damus, quoties illuminati dono gratiæ spiritalis, secundum regulam veræ fidei disputamus; & eandem tritici mensuram per Dóminos dispensatōres accipitis, cum quotidie per Dei famulos verbū veritatis auditis.

DIE FESTO PRO SS. DOCTORIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 39.

Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, & in versibus parabolarum simul introsbit. Occulta proverbiorum exquirat, & in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu presidis apparebit. In terram alienigenarum generum pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.

Lectio ij.

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dóminum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur.

Apéret os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dóminus magnus voverit, spiritu intelligentiæ replébit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ: & in oratione consistebit Dómino: & ipse diriget consilium ejus & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur.

Lectio iij.

Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dómini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, & usque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requireretur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Ecclesia.

IN II. NOCTURNO. *facile tot sedere, quia nec isti uno tempore fuerunt: sed*
 Ex libro S. Augustini Episcopi *fidèles, & multis excellentiores*
 contra Julianum. *res paucos dispensatores suos*

Lib. 2. Cap. 10. Lectio iv.

Sanctos & in sancta Ecclesia illustres Antistites Dei, non Platonicis, & Aristotelicis, & Zenonicis, aliisque hujuscemodi, vel Græcis, vel Latinis, quanquam ex istis aliquos eorum, verum omnes sacris litteris eruditos, nominatim, sicut oportebat, expressi; eorumque sententias, quantum sufficere videbatur, sine ulla editas ambiguitate digesti; ut in eis timeas non ipsos, sed illum qui sibi eos utilia vasa formavit, & sancta templa construxit: qui tunc de ista causa judicaverunt, quando eos nemo potest dicere perperam cuiquam vel adversari; vel favere potuisse. Nullas nobiscum vel vobiscum amicitias attendérunt, vel inimicitias exercuerunt: neque nobis, neque vobis irati sunt; neque nos, neque vos miserati sunt. Quod invenerunt in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc illis tradiderunt.

Longè post precedentia.

Lectio v.

Isti Episcopi sunt docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates: in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuisti, non potes invenire quod spernas. Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic

Lectio vj.
Quanto tibi essent isti iudices optabiliiores, si teneres catholicam fidem; tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnans catholicam fidem, quam in lacte suxerunt, quam in cibo sumplerunt, cujus lac & cibum parvis magnisque ministraverunt, quam contra inimicos, etiam vos tunc nondum natos, unde nunc revelamini, apertissime ac fortissime defendérunt. Talibus post Apostolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit. Ideo profanas voces vestrae novitatis expavit; & cauta ac sobria, ex admonitione Apostolica, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic & mens ejus corrumperetur à castitate quæ est in Christo; catholicæ fidei virginitate, insidias vestri dogmatis repente exhorruit, & tanquam caput colubæ calcavit, obtrivit, abiecit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 5.

IN illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.

Lib. 1. de Sermonibus Domini in Monte. C. 6.

Ostendit Dominus fatuos esse judicandos; qui temporalium bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, que nec dari possunt ab hominibus; nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna cælorum; qui erant homines per quos à vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus per quos errorem auferat ceterorum?

Lectio viij.

Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionem, sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior: sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in celo est.

Lectio ix.

Vos estis lumen mundi. Quomodo dixit superius Sal terræ, sic nunc dicit Lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus; sed homines qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis putribus Apostolicum salem Dominus misit in mundum. Et hic mundum, non cælum & terram, sed homines qui sunt in mundo vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt.

DIE F E S T O

P R O S S. P R E S B Y T E R I S.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio j.

Cap. 7.

Melchisedech, Rex Salem; Sacerdos Dei summi; qui obtulit Abrahæ rege-
gresso à cæde regum & be-

nedixit ei: cui & decimas omnium divisit Abraham: primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ: deinde autem & Rex Salem, quod est, Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem

vitzæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

Leſio ij.

Intrémmini autem quantus sit hic, cui & décimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha: & quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatarum habent décimas sumere à populo secundum Legem, id est, à fratribus suis: quantum & ipsi extierint de lumbis Abraham. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, décimas sumpsit ab Abraham, & huic qui habebat re-promissiones, benedixit; sine ulla autem contradictione, quod minus est, à meliøre benedicitur.

Leſio iij.

Manifestum est: si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim: Quoniam tu es sacerdos in æternam secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus & inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit. Lex: introductio verò meliõris spei per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine jurejurando (alii quidem sine jurejurando. Sacerdotes facti sunt; hic autem cum jurejurando, per eum qui dixit ad illum: Juravit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es Sacerdos in

æternum:) in tantum meliõris testamenti sponsor factus est in perpetuum.

Jesus.

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro S. Joannis Chrysostomi de Sacerdotio.

Lib. 3. C. 2. Leſio iv.

Sacerdotium in terra quidem peragitur, sed in rerum cœlestium classem ordinemque referendum est. Atque id perquam merito: quippe non mortalis quisquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quævis creata potentia, sed ipse Paraclétus ordinem hujusmodi dispõsuit: qui mortálibus homínibus etiamnum in carne manéntibus auctor fuit, ut Angelórum ministérium ánimo conciperent. Idcirco necesse est Sacerdotem sic esse purum, ut si in ipsis cœlis collocatus, inter cœlestes illas virtutes medijs staret. Nam dum conspicis Dóminum immoiã um, & illic situm, Sacerdotem sacrificio incumbentem, ac preces fundentem; tum verò turbam circumfúsam pretiõso illo sanguine inçingi ac rubesceri, etiamne te inter mortales verdsari atque in terra consistere censes? An non potiùs è vestigio in cœlos transferri? An non cogitationem omnem carnis abiciens, nudo ánimo, mente purã, circumspicis quæ in cœlo sunt? O mirãculum! ó Dei benignitatem! qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso tẽporis articulo ómnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit voléntibus ipsam excipere ac complecti.

Lectio v.

Nam si quis consideret quantum id sit mysterium, ut is scilicet qui homo ipse sit carne ac sanguine etiamnum constans, iisque involutus, beatæ atque immortalis naturæ illi fieri propior queat: tum probè intelliget quanto Sacerdotis honore, quantâ dignitate Spiritus sancti grâtia dignata fuerit: operibus enim illis tum sacra hæc quæ dico inchoantur, perficiunturque, tum etiam alia his nihil inferiora, quæ ipsa ad dignitatem, salutisque nostræ rationem spectant. Etenim qui terram incolunt atque in ea versantur, iis commissum est ut ea quæ in cælis sunt dispensent: iis datum est ut potestatem habeant quam Deus optimus, neque Angelis, neque Archangelis datam esse voluit. Neque enim ad illud dictum est: Quæcumque alligaveritis in terra, erunt alligata in cælo; & quæcumque solveritis in terra, erunt soluta & in cælo.

Lectio vj.

Habent quidem & terrestres principes vinculi potestatem, verum corporum solum. Id autem quod dico Sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atque ad cælos usque pervadit: usque adeo ut quæcumque infernè sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac servorum sententiam confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cælestium po-

testatem illis à Deo concessam? Quorumcumque enim, ait, peccata remisistis, remittuntur eis, & quorumcumque retinueritis, retenta sunt. Quoniam, obsecro, potestas, hæc unâ major esse queat? Pater omne iudicium Filio dedit: cæterum video ipsum omne iudicium à Deo Filio illis traditum.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

In illo tempore: Designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem civitatem & locum, quod erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Hom. 17. in Evang.

Ad messem multam operarii pauci sunt; quod sine gravi mœrore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicant: Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenitur operarius: quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implerimus. Sed pensate, fratres mei, pensate quod dicitur: Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis petite ut digna vobis operarii valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam prædicationis

Pro SS. Abbatibus, Monachis & Solitariis. cxxj
prædicationis locum suscipimus, apud justum iudicem tacerunt nostra nos addidit. Intrinsicus autem sunt lupi rapaces.

Leſio viij.

SEd utinam si ad prædicationem virtutis non sufficimus, loci nostri officium innocentia vitæ teneamus; nam sicut agnos inter lupos. Multi enim cum regimini curam suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant nocent. Et quia caritatis viscera non habent, domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt. Humilitatis locum in elationem dominationis immutant: etsi quando extrinsecus blandiuntur, intrinsicus sæviunt. De qui-

Leſio ix.

CONtra quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, ut sensu servantes innocentia, morsum malitia non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare; ut ex ipsa sua mansuetudine iram sævientem instiget; & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quod tunc bene rector exhibet, cum seipsum diligere per amorem privatum nescit: cum nulla quæ mundi sunt appetit: cum terrendo cupiditatis oneribus nequaquam mentis colla supponit.

D I E F E S T O

PRO SS. ABBATIBUS, MONACHIS

ET SOLITARIIS.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Leſio j. Cap. 3.

FRatres; Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem operamini. Pars Hyem.

nia detrimentum feci, & arbitrator ut stercora, ut Christum lucrificam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius; configuratus morti ejus, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex

cxlij Pro SS. Abbatibus; Monachis & Solitariis.

mórtuis, non quòd jam accé- bitant, qui nunquam oblátas perine, aut jam perfectus sum: púrpuras acceptárent; sed sequor autem, si quo modo quemámodum rex, si quis comprehendam, in quo. & pannósa indumenta páuperis comprehensus sum à Christo induenda offerret, abomina- Jesu. rétur atque repéllerét, non áliiter illi régiam púrpuram contemnunt. Hæc illis insti- túta ciliciórum usu confir- mára sunt; unde régibus ípsis excellentiôres sunt atque præ- stantiôres. Nam si posses men- tis eórum atque ánimi jánuas referre, & nudas cogitatiô- nes eórum, & omnem interi- riorem ornátum. conspícere, fulgóre percussus in terram concideres; nec illárum vé- stium splendórem, nec conscié- tiæ lucem perferre posses.

Lectio ij.

FRatres, ego me non ár- bitror comprehendisse. U- num autem, quæ quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt prióra exten- dens meípsum, ad destiná- tum persequor, ad bravium supernæ vocatiónis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiá- mus: & si quid áliiter sapi- tis, & hoc vobis Deus revelábit. Verúntamen ad quod pervé- nimus, ut idem sapiámus, & in eádem permanéamus ré- gula.

Lectio iij.

IMitatóres mei estóte, fra- tres; & observáte eos qui ita ámbulant, sicut habé- tis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem & sicut dico) inimicos crucis Christi, quorum finis íntéritus, quo- rum Deus venter est, & gló- ria in confusióne ipsórum, qui terréna sapiunt. Nostra autem conversátió in cælis est.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis
Chrysóstiomi.

Homil. 69. in Matth.

Lectio iv.

IN mentem véniat memó- ria Sanctórum, qui cilicio induuntur, erémum há-

Lectio v.

Nihil ergo in tabernaculis eórum triste inveniétis; sed ranquam in cælo tugúria fabricáti, sic longè à sæculi perturbatióibus hábitant, ad- versus diábolum militantes, & cum lætítia eum expug- nantes. Idcirco enim in soli- tudine domicilium constitu- runt, civitatibus & célebrí habi- tatióne hóminum omnínò relictá; quóniam qui bellum gerit, non potest dómi sed- dere; sed necesse est, quasi súbitò migráturus, præpará- to in diem domicílio hábi- tet. Quis unquam in exer- citu domús fundamenta jecit? Quis ædes ædificat, cum inde paulò post discessurus sit? Quis in castris agri júgera emit? Nullus certè. In pátria hæc, non in castris, facien- da sunt.

Pro SS. Abbatibus, Monachis & Solitariis. cxxij

Leſtio vj.

HÆc tibi à me ſimiliter dicuntur. Cum in ſupremam civitatem perveneris, tunc iſta facito : imò verò nullo tibi labore opus ibi eſt, cum univerſa hæc à Rege tibi præparata ſint. Hic igitur factis eſt nobis foſſam facere, vallum figere : ædificiorum conſtructione opus non eſt. Chriſtianos adverſus diabolum pugnantes ; captivos à manibus ejus rapientes, omnibus temporalibus neglectis, vivere oportet. Cur itaque magnificas ædes ſtruis, ô homo ? an ut te ipſum magis vincias ? Cur theſaurum obruis ? ut diabolum adverſus animam tuam invites ? Cur moenia condis ? an ad carceres tibi conſtruendos ? Quod ſi hæc tibi difficilia neglectu videantur, ad tabernacula Monachorum proficiſcāmur, ut reipſa facile iſta contemni poſſe perdiscaſ. Tuguria ſibi conſtituunt ; quæ ſi relinquere oportebit, ita facile id faciunt, ſicut milites caſtra.

IN III. NOCTURNO.

Leſtio ſancti Evangelii ſecundum Marcum.

Leſtio vij. Cap. 10.

In illo tempore ; Cœpit Petrus dicere ad Jeſum : Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Et reliqua.

Homilia ſancti Paulini Epilcopi.

Epilſt. 24. ad Sulpit. Sever. aliis 2. §. 5. 6.

Bona quæ nobiſcum non intulerāmus in hunc mundum ; nec poterā-

mus efferre, quaſi mutuata reddidimus ; nec ut cutem à carne diſtraximus, ſed ut veſtem à corpore depoſuimus. Nunc opus eſt, ut quæ verè noſtra ſunt, dependāmus Deo, hoc eſt, cor & animam, & corpora noſtra exhibentes in hoſtiam vivam, ut ſcriptū eſt, Dōmino ; noſque ipſos ædificantes ei in templum ſanctum, in ipſo lapide angulāri, qui nobis ſanctificationis noſtræ formulam in ſemetipſo dedit, & ait : Sancti eſtote, quōniam ego ſanctus ſum. Quæ igitur nobis grātia, ſi in aliēno tantūm fidēles fuerimus, niſi de proprio ſerviāmus, id eſt, de libero voluntatis arbitrio, ex toto corde noſtro, ex totis animæ noſtræ, ut ſcriptum eſt, viribus diligentes Deum ?

§. 7. 8. Leſtio viij.

Quamobrem temporalium quæ in hoc ſeculo habentur bonorum relictio, ſive diſtrāctio, non decurſus ſtādii, ſed ingreſſus ; nec ut meta, ſed ut jánua eſt. Non enim athlētā tūm vincit, cum exiit ; qui ideo nudātur, ut incipiat dimicāre, cum legitime certaverit coronandus. Et natātor amnem interpoſitum ſuperatūrus, exiit ; nec tamen hoc tanto apparātu quōd ſe deſpoliāverit, tranſnatābit, niſi totūſ corporis niſu torrentis impetum ſcindat, & labore natationis exhauriat. Video & in Jacob hujus expeditionis ordinem proluiſſe ; cum illum lego, poſteaquā torrente tranſmiſſo, præmiſiſ

curarum suarum oneribus, id est facultatum & necessitudinum impedimentis, solus in tabernaculi loco remanserat, Deo colluctatum.

Lectio ix.

ITaque ad corripiendam vitam, capiendumque Dei verbum, & prevalendum in regnum caelorum, quod a diebus Joannis vim patitur, & a diripientibus obtinetur, idonei esse non possumus, nisi omnia quae vel amore, vel cura, si in itinere istius seculi nobis adhaereant, impediunt & retar-

dant, ante obitum nostri vesperam praemittamus, & inde per totam hujus seculi noctem apprehendere, & tenere Christum sollicita spiritalium operum ac studiorum contentione luctemur: nec divellamur a caritate Christi, sicut Jacob ab ejus amplexu, nisi extorqueamus benedictionem. Atque utinam ad salutaris insigne luctaminis, nervum femoris nostri majestatis suae timore percipiat; quo obstupescente, infirmabitur virtus carnis, & spiritalis gratia convalescet!

D I E F E S T O
P R O J U S T I S.

IN I. NOCTURNO,
De libro Sapienae.

Lectio j.

Cap. 4.

Justus si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius, Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & instantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi, explevit tempora multa: placita

enim erat Deo anima illius; propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.

Lectio ij.

Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in precordiis tanta; quoniam gratia Dei, & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in electos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios, & juvenis celarius consummata longam vitam injusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt, & contemnent eum: illos autem Dominus iridebit. Et erunt post haec decedentes sine honore & in contumelia, inter

mortuos in perpetuum; quoniam dirumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos à fundamentis: & usque ad supremum desolabuntur.

Lectio iij. Cap. 4 & 5.

Eterunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intrā se, poenitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est!

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papae.

Lib. 10. Cap. 16.

Lectio iv.

Deridetur iusti simplicitas. Hujus mundi sapientia est cor machinationibus regere, sensum verbis velare; quae falsa sunt, vera ostendere; quae vera sunt, falsa demonstrare. Haec nimis prudentia usu à juvenibus scitur: haec à pueris pretio desinitur: haec qui sciunt, ceteros

despiciendo superbiunt: haec qui nesciunt, subjecti & timidi in aliis mirantur; quia ab eis haec eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Haec sibi obsequentibus praecipit honorum culmina quaerere, adeptam temporalem gloriae vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere; cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

Lectio v.

At contra, sapientia iustorum est nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam injuriam ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed haec iustorum simplicitas deridetur; quia ab hujus mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur; & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callidam machinatione simulare, nullas injurias contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quaerere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti maxillam alteram praebere?

Post pauca. Lectio vj.

QUæ nimisrùm iusti simplicitas breviter, sed sufficienter exprimitur, cum pròtinus subinfertur, Lampas contempta apud cogitationes divitum. Sæpè namque contingit, ut electus quisque qui ad æternam felicitatem ducitur, continuâ hęc adversitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum glòria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat. A cunctis verò despiciabilis cernitur, & hujus mundi glòriâ indignus æstimatur; sed tamen ante occulti Jùdicis oculos virtutibus emicat, vitæ mèritis coruscat. Honorari metuit, despici non refugit: corpus continentia afficit, solâ in animo dilectione pinguescit: mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitia de perceptis contuméliis exultat: affictis ex corde compátitur; de bonorum prosperitatibus quasi de propriis latatur: sacri verbi pábula in mente sollicitus ruminat; & inquisitus quodlibet eloqui dupliciter, ignorat.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.

In Evang. Homil. 13.

Dlumbi vestri præcincti. Lumbos præcingimus, cum cordis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare, pròtinus additur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profectò operibus Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Duo autem sunt quæ jubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere; ut & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequáquam potest; si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit; aut is qui castitate præeminet, necdum se per bona opera exercet.

Lectio vij.

Nec castitas ergo magna est sine bono opere; nec opus bonum est aliquid sine castitate. Sed & si utrumque agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequáquam se à vitis pro mundi hujus honestate contineat. Qui etsi quædam bona aliquando pro ho-

Pro Sanctis Virginibus. cixvii

neſſitate inchoat, in ejus tamen intentione non debet permanere, nec per bona opera preſentis mundi gloriã quærere; ſed totam ſpem in redemptoris ſui adventum conſtituat. Unde & prout ſubditur: Et vos ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuum, quando revertatur à nuptiis. Ad nuptias quippe Dñus abiit; quia reſurgens à mortuis, aſcendens in cœlum, ſupernam ſibi Angelorum multitudinem novus homo copulavit. Qui tunc revertitur, cum nobis jam per judiciũ manifeſtatur.

Leſio ix.

BEne autem de ſervis expectantibus ſubditur: Ut

cum venerit & pulſaverit, conſeſſim aperiant ei. Venit Dñus, cum ad judiciũ properat: pulſat verò, cum jam per ægritudinis molèſtias mortem vicinã eſſe designat. Cui conſeſſim aperimus, ſi hunc cum amore ſuſcipimus. Aperire enim judici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat; & videre eum, quem contempſiſſe ſe meminit, judiciũ formidat. Qui autem de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pulſanti conſeſſim aperit, quia lætus judicem ſuſtinet; & cum tempus propinquæ mortis advenerit, de gloriã retributionis hilare ſcit.

D I E F E S T O

PRO SANCTIS VIRGINIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Epiftola prima beati Pauli Apòſtoli ad Corinthios.

Leſio j. Cap. 7.

DE virginibus præceptũ Dñi non habeo: conſiliũ autem dñi, tanquam miſericordiam conſecutus à Dño, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem; quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acciperis uxorem, non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi,

Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breve eſt. Reliquum eſt, ut & qui habent uxores tanquam non habentes ſint: & qui ſent, tanquam non ſentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; præterit enim figura hujus mundi.

Leſio ij.

VOlo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Dñi ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi,

ceat uxóri ; & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Dómini sunt , ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est , cogitat quæ sunt mundi , quomodo placeat viro. Porrò hoc ad utilitatem vestram dico ; non ut laqueum vobis injiciam , sed ad id quod honestum est , & quod facultatem præbeat sine impedimento Dóminum obsecrandi.

Leção iij.

SI quis autem turpem se vidéri existimat super virgine sua , quòd sit superadulta , & ita oportet fieri : quod vult faciat ; non peccat , si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus , non habens necessitatem , potestatem autem habens suæ voluntatis , & hoc judicavit in corde suo servare virginem suam , bene facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam , bene facit ; & qui non jungit , melius facit. Mulier alligata est legi , quanto tempore vir ejus vivit. Quòd si dormierit vir ejus , liberata est : cui vult nubat , tantum in Dómino. Beatorum autem erit si sic permanserit , secundum meum consilium. Puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi & Martyris , de disciplina & habitu Virginum.

Paulò post initium.

Leção iv.

Nunc nobis ad Virgines sermo est , quorum quòd sublimior glori-

ria est , major & cura est. Flos est ille ecclesiasticus germenis , decus atque ornamentum gratiæ spiritalis , læta indoles , laudis & honoris opus integrum atque incorruptum , Dei imago respondens ad sanctimoniam Dómini , illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas , atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas : quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit , tanto plus gaudium matris augetur.

Leção v.

AD has loquimur , has adhortamur affectione potius quam potestate : non quòd extremi & minimi , & humilitatis nostræ admodum concisii , aliquid ad censuram licentiæ vindicemus ; sed quòd ad sollicitudinem magis cauti , plus de diaboli infestatione timeamus. Neque inanis hæc cautio est , & vana formido , quæ ad salutis viam consulit , quæ dominica & vitalia præcepta custodit ; ut quæ se Christo dicaverint , & à carnali concupiscentia recedentes , tam carne , quam mente se Deo voverint , consumment opus suum magno præmio destinatum : nec ornari jam , aut placere cuiquam , nisi Dómino suo , studeant ; à quo & mercedem virginitatis expectant , dicente ipso : Non omnes capiunt verbum , sed illi quibus datum est.

Leção vj.

Denuò quoque per hanc Angeli vocem continentiam munus ostenditur.

Pro Sanctis Virginitibus. cxxxix

virginitas prædicatur. Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt; virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur Agnum quodcumque serit. Neque enim tantum masculis continentie gratiam Dominus repromittit, & feminas præterit: sed quoniam femina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est; in Scripturis ferè omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculino simul significatur & femina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur; quid est illis cum terreno cultu & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

IN III. NOCTURNO.
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii
Papæ.

In Evang. Homil. 12.

Omnes lampades habent, sed omnes oleum non habent; quia plerumque bona in se opera cum electis & reprobis ostendunt: sed soli ad sponsum cum oleo veniunt; quia de his quæ fors egerint, in ætæ gloriâ requirunt. Unde per Psalmistam quoque de

sancta Electorum ecclesia dicitur: Omnis gloria ejus filiarum Regis ab intus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt; quia dum venire Judex ad extremum judicium differt, electi & reprobi in mortis somno sopiuntur.

Post pauca. Lectio viij.

DE adventu sponsi clamor in media nocte fit; quia sic dies judicii surrepit, ut prævideri non valeat quando venit. Unde scriptum est: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Tunc omnes virgines surgunt; quia & electi & reprobi à somno suæ mortis excitantur. Lampades ornant; quia sua secum opera numerant, pro quibus æternam recipere beatitudinem expectant. Sed lampades fatuarum Virginum extinguuntur; quia earum opera quæ clara hominibus fors apparuerunt, in adventu Judicis intus obscurantur; & à Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt.

Lectio ix.

Quid est autem quod tunc à prudentibus oleum petunt, nisi quod in adventu Judicis, cum se intus vacuas invenerint, testimonium fors quærunt? Sed prudentes Virgines respondent, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Sed dum irent emere, venit sponsum; quæ autem paratæ erant, intraverunt cum eo ad nũ-

ptias, & clausa est janua. O! si sapere in cordis palato possis, quid admirationis habet quod dicitur, Venit sponsus? quid dulcedinis, Intraverunt cum eo ad nuptias? quid amaritudinis, Et clausa est janua? Tunc regni janua lugentibus

claudetur, quæ modò quætidie poenitentibus aperitur: erit namque & tunc poenitentia; sed fructuosa jam non erit, quia nequaquam tunc veniam invenit, qui modò aptum veniæ tempus perdit.

DIE FESTO

PRO SANCTIS MULIERIBUS.

IN I. NOCTURNO.

De Parabolis Salomónis.

Lectio j. Cap. 31.

Mullerem fortem quis inveniet? Procul & de ultimis finibus pretiū ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis infitoris, de longè portans panem suum. Et de nocte sarrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria anellis suis. Consideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.

Lectio ij.

Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fenum. Manum

suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus nivis: omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplilibus. Scragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, & vendidit; & cingulum tradidit Chanaanæ.

Lectio iij.

Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam prædicaverunt; vir ejus & laudavit eam. Multæ filia congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulcritudo; mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Dare ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.

Pro Sanctis Mulieribus. CXXXJ

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini quæ septem annis vixerat cum viro suo, frequentans templum Domini, serviens in orationibus nocte & die. Et ipsa vidua agnovit Christum: vidit parvum, agnovit magnum, & ipsa attestata est. Habes & in ista vitam vidualem, in Maria virginalem.

Episcopi.

Lib. de ver. Relig. Cap. 41.

Leitio iv.

VIncamus cupiditatis vel blanditias, vel moléstias, si viri sumus. Nobis ducibus & ipsa erit melior; nec jam cupiditas, sed temperantia nominabitur. Nam cum ipsa ducit, nos autem sequimur, cupiditas illa & libido, nos vero temeritas & stultitia nuncupamur. Hoc & feminis præcipi potest, non maritali, sed fraterno jure; quo jure in Christo, nec masculus, nec femina sumus. Habent enim illæ virile quiddam, unde femineas subjungent voluptates, unde Christo serviant, & imperent cupiditati.

Sermo 59. de Div.

Leitio v.

Tres vitæ sunt in Ecclesia membrorum Christi: conjugalis, vidualis, virginalis. Quia ipsæ vitæ, ipsæ pudicitie futuræ erant in sanctis membris Christi, omnes istæ vitæ tres attestatæ sunt Christum. Prima conjugalis. Quando Maria virgo concipit, Elizabeth uxor Zachariæ & ipsa conceperat. Hujus Jûdicii præconem ferèbat in útero. Venit ad eam sancta Maria, tanquam ad cognatam suam salutandam. Exultavit infans in útero Elizabeth. Ille exultavit, illa prophetavit. Habes attestantem pudicitiam conjugalem. Ubi vidualis? In Anna. Audistis quòd esset sancta Prophetissa, vidua octo-

M. mat. Fars Hyemalis.

ginta & quatuor annorum, quæ septem annis vixerat cum viro suo, frequentans templum Domini, serviens in orationibus nocte & die. Et ipsa vidua agnovit Christum: vidit parvum, agnovit magnum, & ipsa attestata est. Habes & in ista vitam vidualem, in Maria virginalem.

Leitio vj.

ELigat sibi quisque de istis tribus quam voluerit. Qui præter istas esse voluerit, in membris Christi esse non disponit. Non dicant conjugatæ: Nos ad Christum non pertinemus: habuerunt maritos sanctæ femine. Non se extollant Virgines. Quanto magne sunt, humiliant se in omnibus: omnia exempla salutis propòsita sunt ante oculos nostros. Nemo exorbitet: si pudicitiam conjugalem quaeris, habes Susannam; si vidualem, habes Annam; si virginalem, habes Mariam.

IN III. NOCTURNO.

Leitio sancti Evangelii secundum Lucam.

Leitio vij. Cap. 10.

IN illo tempore; Intravit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Lib. 1. Comment. in Luc. n. 9.

Est nonnunquam in intentione plus quam in actione, aut plus in actione quam in intentione, ut Evangelio cernimus inter sanctam Mariam & Martham fuisse di-

* f vj

stantiam. Alia enim verbum audiēbat : alia festinābat circa ministrērium. Quæ stetit , & ait : Dómine , non est tibi curæ quòd dereliquit me soror mea solam ministrāre ? Dic ergo illi ut me adjuvet. Et dixit illi Dóminus : Martha , Martha , Maria óptimam partem elégit , quæ non auferētur ab ea. Ergo in áltera intentionis studium , in áltera actionis ministrērium redundābat. Utrique tamen utriusque virtutis studium suppetēbat ; siquidem & Martha , nisi audisset verbum , ministrērium non subiisset : & Maria tantum grátie de utriusque rétulit perfectióne virtutis , ut ungeret pedes Jesu , & tēgeret capillis , & totam domum suæ fidei odóre compleret. Ideò ergo utriusque virtutis plenitúdo querenda est.

Lib. 7. num. 84.

Leñtio viij.

Religiosa mentis intratio Dei verbo , si cum fide congruat , etiam ipsis opēribus antefertur , juxta quod & hic scriptum est : Maria óptimam sibi partem elégit , quæ non auferētur illi. Studeamus & nos habere quod nemo nobis possit auferre ; non ut perfunctória , sed diligens audientiā deferatur. Solent enim etiam ipsius semina verbi cœlestis auferri , si secus viam sint seminata. Agat te , sicut Mariam , desiderium sapientiæ ; hoc enim majus , hoc perfectiōnis opus ; nec

ministrērii cura cognitiōnem verbi cœlestis avertat ; nec arguas eos , aut otiosos júdices quos videas studere sapientiæ. Hanc enim sibi cohabitantem Sálomon ille pacíficus adscivit.

n. 86.

Leñtio ix.

Nec Martha tamen in bono ministrērio reprehēditur ; sed Maria quòd meliorem partem sibi elégerit , antefertur. Jesus enim multis abundat , & multa largitur : & ideò sapientiōr quis júdicatur , quia quod principále adverrit , elégit. Dénique & Apóstoli óptimum non putaverunt relinquere Dei verbum , & ministrāre mensis. Sed utrumque munus sapientiæ est : nam & Stéphanus plenus sapientiā minifiter electus est. Et ideò qui ministrat , doctóri déferat ; & ministrantem doctor invitet & próvocet. Unum enim est corpus Ecclésiæ , etsi diversa membra , & álterum áltero eger. Non potest dicere óculus mánui : Opera tua non desidero ; aut íterum caput pedibus , aut aurícula se negare esse de corpore. Nam etsi alia principália , tamen alia necesária. Sapientiā in capite , actus in mánibus. Oculi enim sapientis in capite eius ; quia ille verè sapit , cujus animus in Christo est , & cujus interior óculus erigitur ad superna. Et ideò sapientis oculi in capite ipsius ; stulti autem in calcáneo.

www.libtpol.com.cn

LECTIONES

INTRA OCTAVAM

ET

IN DIE OCTAVA

PATRONI VEL PATRONÆ:

DIE DOMINICA
INTRA OCTAVAM.
IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrunt.

IN II. NOCTURNO.

Dicentur primum due Lectiones diei intra Octavam in quem incidit Dominica. Vide infrà. Deinde dicenda erit sequens.

Sermo sancti Hierónymi
Presbyteri.

Contra Vigilantium.

Lectio vj.

Dicis in Libello tuo, quòd dum vivimus, inutuo pro nobis orare possimus: postquam autem mortui fuerimus, nullus sit pro alio exaudienda oratio. Si Apóstoli & Mártyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti; quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? Unus homo Mòyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam; &, Stéphanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecá-

tur: & postquam cum Christo esse cœperunt, minus valent?

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte & dicet illi: Amice, comoda mihi tres panes. Et reliqua.

Homilia sancti Basilii
Episcopi.

Constit. Monast. Cap. 1.

Hoc exemplum idcirco nobis à Dño proponitur, ut doceat nos in fide firmos esse & pertinaces. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem, ut discas nunquam desperare; ut cum petieris nec acciperis, non desistas tamen, quoad accipias, si modo quod Deus vult postules: neque dixeris, Peccator sum & ideo non exaudior. Verum enimvero ne spem abjiceris, idcirco ait: Etsi non propterea quòd amicus eius sis, dabit illi, propter improbitatem tamen ejus dabit illi quotquot

xxxiv Intra Octavam Patroni vel Patronæ.

habet necessariis. Flagrandum autem est non ségniter, neque mente huc & illic divagante, siquidē quisquis est ejusmodi, non solum non consecuturus est quæ petet, immò verò Dóminum magis exacerbábit.

Leñtio viij.

SI enim cùm áliquis coram Spríncipe stat, ac loquitur, stat cum multo timóre, atque tum externum tum internum ánimæ óculum nequáquam vagum, sed intentum habet, quantò magis coram Deo cum timóre & tremóre standum est mente totá in illum solum, nusquam verò áliò intenta. Nam ipse non externum hóminem modò videt ut hómines, sed internum étiam intuetur. Quòd si à peccáto debilitátus non potes citra mentis aberratióne precári, quantum potes vim tibi inferas; ac constanter sta coram Deo, mente in illum defixá, eaque ad seipsam advocátá, sicque ignoscat Deus, quóniam non ex contemptu, sed ex infirmitáte, ut cónvenit stare coram Deo non potes. Si se vj tibi illátá, omne opus bonum perficias; ne superséderis, quoad petita consequáre: sed patienter fores ejus pulsá cùm petis. Vis discere, ó dilecte, quómòdò patientes fuerint sancti, nec spem abjécerint? Imitáre fidem Abrahæ, accipe exempla.

Leñtio ix. de Homilia in Évangél. Dominica occurrentis, cujus fit Commemor. in Laudibus & in utrisque Versis.

DIE II.

Sermo sancti Basili Episcopi: *Oratio in 40. Mart.*

Leñtio ij.

HI sunt qui acceptam à Deo nostram regiónem, quasi turres quædam contra adversariórum incursum munientes, refúgium exhibent. Beneficium hoc, fratres dilectissimi, grátiam hanc minimè cessantem à Deo obtinémus. Parátum est híc Christianis auxilium. Qui áliquá præmitur angústia, ad hos cónfugit; qui rursus lætatur, ad hos recurrit: híc ut à malis liberétur, ille ut durer in rebus lætis. Hæc multo orans pro filiis auditur, peregrinanti viro réditum incolumem, ægrotanti verò salutem implórat & obtinet.

Leñtio iij.

O Sanctum chorum! ó sacrum órdinem! ó cuneum inexpugnábilem! ó commúnes humáni géneris custódes! óptimi curárum sócii, precum ac votórum invicem suffragatóres! legáti apud Deum potentissimi! astra mundi, flores Ecclesiárum, vos non terra contextit, sed cælum excépit. Apertæ sunt vobis paradisi portæ, dignum profectò exercitibus Angelórum, Patriarchis, Prophétis & Justis ómnibus spectáculum.

DIE III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Tract. 1. in C. 2. Epist. Joan.

Leñtio ij.

Joannes quid dixit: Si quis peccáverit, advocátum ad-

Intra Octavam Patroni vel Patronæ. cxxiv

benus ad Patrem Jesum Christum justum. Sed dicit aliquis: Ergo Sancti non petunt pro nobis? Ergo & Episcopi & Præpositi non petunt pro populo? Sed attendite Scripturas, & videte quia & Præpositi commendant se populo. Nam Apostolus dicit plebi: Orantes simul & pro nobis. Orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo. Oramus pro vobis, fratres, sed & vos, orate pro nobis. In vicem pro se omnia membra orant. Caput pro omnibus interpellet.

Sermo 180. Lectio iij.

Benedixit Dominus pusillos cum magnis. Non nobis parum videatur quod ejus corporis membra sumus, cujus & illi quibus æquiparari non possumus. Quia si unum membrum patitur, compatiuntur omnia membra, ita, cum glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Gloria capiti unde consulitur, & superioribus manibus, & infimis pedibus. Sicut ille unus animam suam pro nobis posuit, ita & imitati sunt Martyres, & animas pro fratribus posuerunt. Fructus laboris ergo illorum etiam nos sumus. Miramur eos, miserantur nos. Gratulamur eis, precantur pro nobis.

DIE IV.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

In Vigil. Ss. Petri & Pauli. Lectio ij.

Tria sunt que in festivitibus Sanctorum vigi-

lanter considerare debemus: auxilium Sancti, exemplum ejus; quia qui potens in terra fuit, potentior est in caelis ante faciem Domini Dei sui. Si enim, dum hic viveret, misertus est peccatoribus, & oravit pro eis; nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beata illa patria caritatem ejus non immutavit, sed augmentavit; neque enim quia impassibilis omnino, ideo & impassibilis factus est.

Lectio iij.

Debemus etiam attendere exemplum ejus; quia quamdiu in terris visus est, & cum hominibus conversatus est, non declinavit neque ad dexteram, neque ad sinistram; sed viam regiam tenuit, donec veniret ad illum qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Intuemini humilitatem operum ejus, auctoritatem verborum ejus, & tunc videbitis quomodo tam verbo quam exemplo luxerit inter homines: quanta nobis vestigia dereliquerit, ut ambulamus per ea, & non erramus in eis. Verè, juxta Prophetam, semita justi recta est; rectus callis justi ad ambulandum.

DIE V.

De Sermone sancti Bernardi Abbatis.

In Vigil. Ss. Petri & Pauli. Lectio ij.

Diligentiiori intuitu, in festivitibus Sanctorum,

CXXXV] Intra Octavam Patroni vel Patronæ.

confusionem nostram inspicimus, quia homo ille similis nobis fuit passivus, et eodem modo formatus, ex quo et nos. Quid ergo est quoddam non solum difficile, sed & impossibile credimus ut faciamus opera que fecit? Confundimur, fratres, & contumiscimus. Hominem istum fuerunt qui persecuerunt nos, qui tam mirabiliter processerunt per vias vite, ut vix eos homines fuisse credimus. Sic ergo et gaudere, & confundi debemus: gaudere, quia patronos premissimus; confundi, quia eos imitari non possumus.

Leitio iij.

ITa semper gaudium nostrum in hac valle lacrymarum, lacrymarum pane condiri debet; ut semper non solum extrema, sed & prima gaudii luctus occupet; quia etiam magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorum. Verè nobis rubor confusionis sunt, quos vix audeamus respicere, ne dicam, imitari. Oremus ergo eos, ut ipsi propitium nobis reddant amicum suum, iudicem nostrum, qui est Deus benedictus in secula, Amen. Tu autem.

DIE VI.

Sermo sancti Ambrósii
Episcopi.

*Epist. 21. ad Marcellinam
sororem.*

Leitio ij.

GRatias tibi, Dómine Jesu, quod hoc tempore tales nobis Sanctorum spiri-

tus excitasti, quo Ecclesia tua sancta majora presidia desiderat. Agnoscant omnes quales ego propugnatores requiram. Hos ego acquisivi tibi, plebs sancta, qui profunt ómnibus, nemini nocent: tales ego ambio defensores: tales milites habeo; hoc est, non seculi milites, sed milites Christi.

Leitio iij.

NUllam ego de talibus invidiam timeo, quorum quod majora, eò tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi invident, opto presidia. Veniant ergo, & videant stipatores meos: talibus me armis ambiri non nego. Nos etiam eos videre non possumus, sentimus tamen.

DIE VII.

De Sermone Sancti Cassiani
Episcopi.

*Serm. 230. in App. apud
Aug.*

Leitio ij.

QUando festivitates colimus, fratres carissimi, diligenter debemus attendere, & totis viribus laborare, ut quod visibiliter colitur, in nobis invisibiliter compleatur. Qui nec castitatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quoties sanctas solemnitates adveniant, in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi luctum. Qualem enim gaudium potest habere, in cujus animam multis vitiis occupata

Die octavâ Patroni vel Patronæ. cxxxvij

magis diabolus probatur habitare quam Christus? Nos verò, fratres carissimi, etiam si nobis aliqua, ut solet fieri, peccata subrepunt, quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, jejuniis, vigiliis, orationibus, elemosinis mundare sordida; ut veniens Dominus in nobis, nihil inveniat quod oculos suæ majestatis offendat.

Sermo 265. Lectio iij.

Filios & omnes familias vestras admonete, fratres, semper ut castè & justè ac salubriter vivant: nec solum eos verbis, sed etiam exemplis ad bona opera provocate. Ante omnia ubicumque fueritis, sive in domo, sive in itinere, sive in convivio, sive in concessu, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre; sed magis vicinos & proximos vestros jùgiter admonete, ut semper, quod bonum est & honestum, loqui studeant; ne fortè detrahendo, mala loquendo, & in sanctis festivitibus choros ducendo, cantica luxuriosa & turpia profereudo, de lingua sua, unde debuerant Deum laudare, inde sibi vùlnera videantur infligere. Isti enim infelices & miseri homines, qui balationes & saltationes ante ipsas basilicas Sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt: etsi Christiani ad Ecclesiam venerint, Pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista consuetudo balandi de Paganorum observatione remansit.

DIE OCTAVA.

Duplex-majus.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

Illorum lauda virtutem, quorum jam certa victoria est: illos devotis extolle precationis, quorum securè potes adgaudere coronis. Securè laudantur homines qui non suâ jam vivunt vitâ, sed Dei. Non enim est quò vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sed quænam est, inquit, glória Sanctis? Ad quid ergo Sanctis laus nostra? Ad quid glorificatio nostra? Ad quid nostra hæc ipsa solèmnitas? Quò eis terrenos honores, quos juxta veracem Filii promissionem honorificat Pater coelestis? Quo eis precònia nostra? pleni sunt. Prorsus ita est, dilectissimi; honorum nostrorum Sancti non egent, nec quidquam eis nostrâ devotione præstatur, plenè quòd eorum memoriam veneramur, nostrâ interest, non ipsorum. Vultis scire quantum interest nostrâ? Ego in me fateor ex hâc recordatione sentio desiderium vehemens inflammari. Quando & nos addémur ad patres nostros? Quando essentialiter præsentabimur eis? Hoc enim primum desiderium, quod in nobis Sanctorum memoria exci-

CLXXVj Intra Octavam Patroni vel Patronæ.

confusionem nostram in-
spiciamus, quia homo ille simi-
lis nobis fuit passibilis, ex
eodem luto formatus, ex quo
& nos. Quid ergo est quod
non solum difficile; sed &
impossibile credimus ut faci-
amus opera quæ fecit? Con-
fundamur, fratres, & contem-
niscamus. Homines isti fue-
runt qui processerunt nos,
qui tam mirabiliter proces-
serunt per vias vitæ, ut vix
eos homines fuisse credamus.
Sic ergo & gaudere, & con-
fundi debemus: gaudere, quia
patronos præmissimus; con-
fundi, quia eos imitari non
possimus.

Leitio iij.

ITa semper gaudium no-
strum in hac valle lacry-
marum, lacrymarum pane
condiri debet; ut semper non
solum extrema, sed & prima
gaudii luctus occupet; quia
etsi magna est gaudiorum ma-
teria, sed maxima est dolo-
rum. Verè nobis rubor confu-
sionis sunt, quos vix audeamus
respicere, ne dicam, imi-
tari. Orémus ergo eos, ut
ipsi propitium nobis reddant
amicum suum, iudicem no-
strum, qui est Deus benedi-
ctus in secula, Amen. Tu au-
tem.

DIE VI.

Sermo sancti Ambrósii
Episcopi.

*Epist. 22. ad Marcellinam
sororem.*

Leitio ij.

GRatias tibi, Domine Je-
su, quod hoc tempore
tales nobis Sanctorum spiri-

tus excitasti, quo Ecclési-
a tua sancta majora præsi-
dia desiderat. Agnoscant om-
nes quales ego propugnato-
res requiram. Hos ego ac-
quisivi tibi, plebs sancta, qui
profint omnibus, nemini noc-
ceant: tales ego ambio defen-
sores: tales milites habeo;
hoc est, non seculi milites,
sed milites Christi.

Leitio iij.

NUllam ego de talibus
invidiam timeo, quo-
rum quod majora, eò tutio-
ra patrocinia sunt. Horum
etiam illis ipsis qui mihi invi-
dent, opto præsidia. Veniant
ergo, & videant stipatores
meos: talibus me armis am-
biri non nego. Nos etsi eos vi-
dere non possumus, sentimus
tamen.

DIE VII.

De Sermone Sancti Cæsarii
Episcopi.

*Serm. 230. in App. apud
Aug.*

Leitio ij.

QUando festiuitates colli-
mus, fratres carissimi,
diligenter debemus attende-
re, & totis viribus laborare,
ut quod visibiliter colitur, in
nobis invisibiliter compleatur.
Qui nec castitatem custodit
in corpore, nec puritatem te-
net in mente, quoties sanctæ
solemnitates adveniunt, in
corpore videtur habere gau-
dium, in corde non celebrat
nisi luctum. Quale enim gau-
dium potest habere, in cujus
animâ multis vitiis occupata

Die octavá Patroni vel Patronæ. cxxxvij

magis diabolus probatur habitare quam Christus? Nos verò, fratres carissimi, etiam si nobis aliqua, ut solet fieri, peccata subrepunt, quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, jejuniis, vigiliis, orationibus, elemosynis mundare sordida; ut veniens Dominus in nobis, nihil inveniat quod oculos suæ majestatis offendat.

Sermo 265. Lectio iij.

Fllios & omnes familias vestras admonete, fratres, semper ut castè & justè ac salubriter vivant: nec solum eos verbis, sed etiam exemplis ad bona opera provocate. Ante omnia ubicumque fueritis, sive in domo, sive in itinere, sive in convivio, sive in concessu, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre; sed magis vicinos & proximos vestros jùgiter admonete, ut semper, quod bonum est & honestum, loqui studeant; ne forsè detrahendo, mala loquendo, & in sanctis festivitibus choros ducendo, cantica luxuriosa & turpia proferendo, de lingua sua, unde debuerant Deum laudare, inde sibi vulnera videantur infligere. Isti enim infelices & miseri homines, qui balationes & saltationes ante ipsas basilicas Sanctorum exercere nec metuent, nec erubescunt: etsi Christiani ad Ecclesiam venerint, Pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista consuetudo balandi de Paganorum observazione remansit.

DIE OCTAVA.

Duplex-majus.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

Illorum lauda virtutem, quorum jam certa victoria est: illos devotis extolle precationibus, quorum securè potes adgaudere coronis. Securè laudantur homines qui non suam jam vivunt vitam, sed Dei. Non enim est quod vanitas intret, ubi veritas jam totum occupavit. Sed quænam est, inquit, gloria Sanctis? Ad quid ergo Sanctis laus nostra? Ad quid glorificatio nostra? Ad quid nostra hæc ipsa solemnitas? Quod eis terrenos honores, quos juxta veracem Filii promissionem honorificat Pater coelestis? Quo eis precationia nostra? pleni sunt. Prorsus ita est, dilectissimi; honorum nostrorum Sancti non egent, nec quidquam eis nostram devotionem præstatur, plenè quod eorum memoriam veneramur, nostram interest, non ipsorum. Vultis scire quantum interest nostram? Ego in me fateor ex hac recordatione sentio desiderium vehementer inflammari. Quando & nos addemur ad patres nostros? Quando essentialiter presentabimur eis? Hoc enim primum desiderium, quod in nobis Sanctorum memoria exci-

CXXXVIIJ Die Octavà Patroni vel Patronæ.

tat, ut eorum tam optabili societate fruamur.

Lectio v.

UT eam gloriam nobis sperare liceat, & ad tantam beatitudinem aspirare, summopere nobis desideranda sunt suffragia Sanctorum, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis intercessione donetur. Misere mini mei, misere mini mei saltem vos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum: nostis figmentum nostrum: nostis ignorantiam nostram, & dolos adversariorum: nostis eorum impetus & nostram fragilitatem. Vobis enim loquor qui in eadem tentatione fuistis; qui eosdem superastis confictus; qui eosdem laqueos evasistis; qui didicistis ex his quæ passi estis, compassionem.

Lectio vj.

ET si de Angelis mihi arbitror præsumendum, ob spirituales substantiæ & rationalis formæ similitudinem; ampliori tamen fiducia ad eos mihi reor vertendum, quos habere me noverim, & in ipsâ humanitate confortes; ut oporteat eos familiarius & specialius misereri offi de offibus meis, & carni de carne meâ. Absit, absit à vobis, animæ sanctæ, Ægyptia illa crudelitas pincernæ Pharaonis, qui in gradum pristinum restitutus, statim oblitus est Joseph sancti, qui in carcere tenebatur. Non enim erant unius capitis membra, vel aliqua pars fideli cum infideli, aut ulla societas Is-

raelitæ ad Ægyptium. Nos quoque si non sumus ipsius capitis membra, cujus & sancti, unde eis tam solemnibus votis & tanto gratulamur affectu? Hæc igitur nostra & eorum coherentia est, ut nos gratulemur eis, ipsi compantur nobis; nos devotâ meditatione regnemus in eis, ipsi in nobis & pro nobis militent piâ interventione.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore; dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum mediâ nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii
Episcopi.

Lib. 7. in Luc. n. 87.

Alius præcepti locus est, ut in omnibus momentis, non solum diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur. Vides enim quod iste qui mediâ nocte perrexit tres panes ab amico suo postulans, & in ipsa petendi intentione persistens, non defraudatur orâti. Qui sunt isti tres panes, nisi mysterii celestis alimentum? Quod si diligas Dominum Deum tuum, non solum tibi, sed etiam aliis poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quam qui pro nobis corpus suum tradidit? Ab hac mediâ nocte panes David petiit & accepit. Petiit quando dicebat: Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi. Ne-

Die Octava Patroni vel Patronæ. cxxxix

que enim timuit ne excitaret vit. Beati fraque servi illi ,
dormientem, quem scit sem- quos cum venerit Dominus
per vigilantem. www.libt.org invenerit vigilantes.

LECTIO viij.

ET idem scriptorum me-
mores noctibus ac diebus
orationi instantes, peccatis
nostris veniam postulamus.
Nam si ille tam sanctus, & qui
regni erat necessitatibus occu-
patus, septies in die laudem
Domino dicebat, matutinis &
vespertinis sacrificiis semper
intentus, quid nos facere oportet,
qui eò amplius rogare
debemus, quò frequentius car-
nis fragilitate delinquimus ;
ut de viâ lassus & istius ævi
cursu, ac vitæ humanæ an-
fractu graviter fatigatus, pa-
nis refectiois deesse non pos-
sit, qui hominis corda confir-
met ? Nec solum mediâ
nocte Dominus, sed omni-
bus propè docet vigilandum
esse momentis : venit enim &
vespertina, & secundâ, & tertiâ
vigiliâ, & pulsare consue-

LECTIO ix.

SI ergo desideras ut virtus
Dei præcingat te, & mi-
nistret tibi, vigilandum est
semper : multæ enim insidiæ
sunt bonis, & gravis corpo-
ris somnus ; quia si dormire
mens cœperit, vigorem suæ
virtutis amittit. Excita igitur
somnia tuum ; ut pulses ostium
Christi. Quod aperiri sibi
etiam Paulus exposcit, non
solum suis, sed etiam popu-
li orationibus obsecrans se
juvari, ut aperiatur ostium
sibi ad loquendum myste-
rium Christi. Ergo præcepti-
vus locus frequenter orandi,
spes impetrandi, ratio per-
suadendi ; prius in præcepto,
post in exemplo. Qui enim
promittit aliquid, spem de-
bet asserere promissi ; ut moni-
tis obedientia deferatur, pro-
missis fides.



CANONES.

www.libtool.com.cn

PARS HYEMALIS.

De Adventus Tempore. De reverentia sacris Scripturis debita, & de sacrorum Canonum auctoritate atque observantia.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Ex * Synodo Trecensi, &
** Litterâ sancti Caroli, de
Adventus tempore.

* Ann. 1459. ** Ann. 1573.

IN Adventu Domini est multum commendabile jejuni-um, illis quibus Dominus dederit voluntatem pariter & facultatem, & maxime Clericis... Jejunium toto Adventu à multis olim fidelibus observatum, utpote quibus totum hoc tempus sit instar Natalitiorum Domini vigiliæ; quod longius videri non debet, consideratâ Festi illius excellentiâ.

Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo grâtiâs.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Toletano
quarto.

Ann. 633. Cap. 25.

SAcerdotes legere sanctas Scripturas admonentur, Paulo Apóstolo dicente ad Timotheum: Attende lecti-
oni, exhortationi, doctrinæ; semper permane in his. Sciant igitur Scripturas sanctas, &

Canones meditentur; ut omne opus eorum in prædicatione divina & doctrina consistat; atque ædificent cunctos, tam fidei scientiâ, quam operum disciplinâ.

FERIA TERTIA.

Ex Epístola Leonis Papæ
quarti, ad Episcopos
Britanniæ.

Script. post ann. 847.
tom. 8. Conc.

NON convenit aliquem judicare, & sanctorum Conciliorum Canones reliquere, vel Decretalium regulas quæ habentur apud nos simul cum illis in Canone; quia qui illorum sanctorum Patrum Statuta, quæ apud nos Canones prætitulantur, non receperit, ipse se convincit nec Catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta Christi Evangelia quatuor utiliter & efficaciter, & ad effectum suum retinere vel credere.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Nicæno secundo.

Ann. 787. C. 1.

CAnones amplèctimur, non solum qui ab almis Apóstolis & universâlibus Synodis,

sed qui etiam in aliis Conciliis quæ localiter per Provincias & regiones sunt collecta, in expositionem hujusmodi Decretorum promulgati sunt, & qui à sanctis Patribus nostris prolati fuisse probantur. Ab uno enim omnes eodemque Spiritu illuminati, quæ erant utilia definiérunt.

FERIA QUINTA.

Ex Epistola canónica beati Agobardi Lugdunensis Episcopi, contra legem Gundobaldi,

Scripta anno 829. n. 12.

Canones Gallicanos Romanam antiqui religiose venerati sunt, quoniam venerandi & sancti viri eos ediderunt, quorum sanctitatem & vitam crebra miracula commendârunt. Hoc idcirco dicitur, quia congruâ veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in Conciliis generalibus non inveniuntur, fides sit Canonibus Gallicanis adhibenda religione debita, & melius sit unicuique, eorum sequi auctoritatem, quam proprium sensum; & sine aliquo dolore transiri non possit, cum definitiones multorum & sanctorum atque catholicorum prætermittantur,

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

Ann. 1563. Sess. 25. de Reformatione. C. 18.

Siant universi sacratissimos Canones exactè ab omnibus, & quoad fieri poterit, indistinctè observandos. Quod si urgens justaque ratio, & major quodque utilitas postulerit, cum aliquibus dispensandum esse; id, causâ cognitâ, ac summâ maturitate, atque gratis à quibuscumque ad quos dispensatio pertinêbit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio, surreptitia censetur.

SABBATO.

Ex Epistola Innocentii Papæ primi, ad Macédones Episcopos.

Script. ann. 416. num. 3.

Quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres quas ab Apostolis, aut Apostolicis viris traditas Ecclesiæ Româna custodit, custodiendasque mandat his qui audire eam consueverunt. Ergo quod pro remedio necessitas reperit, cessante necessitate, debet utriusque cessare; quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio quam ad præsens tantum fieri tempus impellit.



De Tyrocinio clericali, Tonsura & minoribus Ordinibus.

DOMINICA SECUNDA
ADVENTUS.

Ex Concilio Sardicensi.

Ann. 347. Can. 13.

Convéniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, ut temerè ordinètur, aut Episcopus, aut Præbyter, aut Diaconus; maxime cum & magister Gèntium beatus Apóstolus, ne hoc fieret, denuntiasse & prohibuisse videatur; sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, & mérita fuerint comprobata.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Tridentino.

Anno 1563. Sess. 23. de Reform. C. 4.

Prima Tonsurá non iníentur qui Sacramentum Confirmationis non suscepèrint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis conjectura non sit eos, ut Deo fidèlem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Tridentino.

Anno 1563. Sess. 23. de Reform. C. 11.

Minores Ordines iis qui saltè intèlligunt linguam Latnam, per tèmporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videbitur, conferantur; ut ed

accuratius quantum sit hujus disciplinæ pondus possint edoceri, ac in unoquoque munere juxta præscriptum Episcopi se exerceant, idque in ea cui ascripti erunt Ecclesia, nisi fortè ex causa studiorum absint: atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis cum ætate vitæ méritum & doctrina major accrescat: quod & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministèrium, atque major erga Præbiteros & superiores Ordines reverèntia, & crebrior quàm antea corporis Christi Communitio maxime comprobabunt.

FERIA QUARTA.

Ex Epistola Decretali beati Zozimi Papæ ad Hefychium Salonicensem Episcopum.

Ann. 418.

Si officia secularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis temporibus deferunt; quis ille tam arrogans ut in cœlesti militia statim dux esse desideret? Assuescat in Dòmini castris: discat in Lectòrum primitus gradu divini rudimenta servitii; nec vile sit illi Exorcistam, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Burdigalensi.

Ann. 1624. Cap. 6. art. 4.

Qui minorum Ordinum officiis ritè functi Subdiaconatum promovèri anhelant, sint titulo sufficienti vel ecclesiastico, vel patrimonii muniti: servaverint interstitia à susceptiõne minorum Ordinum oportet, nisi pro officio Ecclesiæ impendendo àlter Episcopo videatur. Denuntiatiõnes in ipsis Missarũ solèmnis Ecclesiæ Parochialis, ex qua orti fuerint vel in qua diutius conversati, fieri præcipimus; quibus denuntiatiõnibus palàm ejusdem loci Parochianis præcipiatur, ut de promovendorum vita, religiõne, pietate, ceterisque virtutibus, valore denique tituli (patrimonialis) glóriam Deo dantes, veritatem próferant & revealent.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

Ann. 1563. Sess. 23. de Re-
form. C. 13.

Subdiaconi & Diaconi ordinentur habentes bonum testimonium, & in minoribus Ordinibus jam probati, ac literis & iis quæ ad Ordinem exercendum pèrinent, instru-

ti. Qui sperent, Deo auctore, se continere posse, Ecclesiis quibus ascribentur, inservant; sciantque maxime decere, si saltèm diebus Dominicis & solèmnibus, cum altari ministraverint, sacram Communionem percèperint.

S A B B A T O.

Ex concilio Tridentino.

Ann. 1563. Sess. 23. de Re-
form. C. 14.

Qui ad Presbyteratũ Ordinem assumuntur, bonũ habeant testimonium. Non modò in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatẽ ac necessitatẽ aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad pópulum docendum ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, diligenti exãmине præcedente, idõnei comprobentur; atque ita pietatẽ ac castis móribus conspici, ut præclarum bonorum óperum exemplum & vitæ mónita ab eis possint expectari. Curet Episcopus ut ii, saltèm diebus Dominicis & Festis solèmnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut suo múnere satisfaciant, Missas celebrent.



De Jejniis Quatuor Temporum, & de Ordinationibus.

DOMINICA TERTIA

ADVENTUS.

Ex Concilio Cloveshovienſi ſecundo.

Ann. 747. C. 18.

Jejuniorum tempora, id est, ſeptimi & decimi menſis, nullus negligere præſumat; ſed ante horum initia per ſingulos annos admoneatur plebs, quatenus legitima univerſalis Eccleſiæ ſciat atque obſervet jejunia.

FERIA SECUNDA.

Ex Epistoſa Decretali beati Gelafii Papæ ad Episcopos Lucaniæ.

Script. ann. 494. Can. 11.

Ordines Presbyterorum & Diaconorum, niſi certis temporibus & diebus, exercere non audeant Pontifices, id est, quarti menſis jejunio, ſeptimi ac decimi; ſed etiam quadrageſimalis initii ac medianæ Quadrageſimæ, die Sabati, jejunio, circa vesperam noverint celebrandos.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Mediolanenſi quarto, ſub ſancto Carolo.

Anno 1576. Part. 2. Tit. 7.

Impedimento irretitus ne ad ſacram ordinationem, contra ſacrorum Canonum & Conciliorum præſcriptum, accedat. Impedimento irretiti hi ſunt; minores natu, Sacramento Chriſmatis non confirmati, rudes & ignari, criminofi, ſolemniſter poenitentes, neophyti, ebrietati & gulæ dediti,

impudici, lapſi poſt Ordinem ſuſceptum, perjuri, uſurarii manifeſti, infames, ratiociniis obligati, ſervi, corpore vitiatu, inſigniter deformes, illegitimè nati, peregrini & ignoti, bigami, irregulares, ſuſpenſi, interdicti, excommunicati, morbo caduco laborantes, energumeni, non examinati, & non probati.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Mediolanenſi tertio.

Ann. 1573. Inſtruct. Prædic. in append.

Concionator populum hortabitur, ut ſtatim quatuor anni temporibus, & privatim in ſuis quiſque ædibus & publicè in Eccleſia oret, & ad Litaniis conveniat, Deum precaturus pro iis qui Ordinis Sacramento initiantur.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Aurelianenſi quinto.

Ann. 549. Can. 5.

Nullus Clericum ſeu Lectorem alienum ſine ſuſceſſione Pontificis, vel promovère, vel ſibi quibùſlibet conditionibus audeat vindicare. Quod ſi quis hanc conſtitutionem fuerit quacumque præſumptione tranſgreſſus, memoratæ perſonæ ab eo cui ſunt debitæ, ſeu Eccleſiaſtico jure, ſeu proprio revocatz, quia illicita vagatione diſceſſerant, ab honore vel officio ſuſcepto, juxta arbitrium ſui Pontificis, ſuſpendantur.

FERIA

FERIA SEXTA.

SABBATO.

Ex Concilio Coloniensi.

Ex Epistola sancti Leonis Papæ, ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum.

Ann. 1536. Part. 1.

Ann. 445. C. 1.

Can. 21.

Quo affectu ac proposito accédant Ordinandi, videndum accuratèque investigandum est; num videlicet Dei causâ tantum, an potius suæ commoditatis gratiâ ad Ordines capessendos aspirant, quærentes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi. Quid enim est sua quærere, & non quæ Christi sunt, nisi cum tales non Deum propter Deum quærunt, temporalia commoda sequentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus experentes? Quisquis talis est, mercenarius est.

Quod à Patribus nostris propensione curâ novimus esse servatum, à vobis hoc volumus custodiri; ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis, vel Levitica Ordinatio celebrètur; sed post diem Sabbati, ejus noctis quæ in prima Sabbati lucescit, exordia deligantur in quibus his qui consecrandi sunt, jejuniis, & à jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso Dominico die, continuo Sabbati jejunió celebrètur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt.

De functionibus & officiis sex Ordinum inferiorum.

DOMINICA QUARTA
ADVENTUS.

Ex Concilio Tridentino.

Ann. 1563. Sess. 23. de Ord. 1.
Cap. 2.

Non solum de Sacerdotibus, sed & de Diaconis sacre litteræ apertam mentionem faciunt; & quæ maxime in illorum Ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent: & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectoris & Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur,
Mimat. Pars Hyemalis.

quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores Ordines à Patribus & à sacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissimè legimus.

FERIA SECUNDA.
Ex Concilio Aquisgranensi.

Ann. 816. L. 1. C. 7.

Diaconorum Ordo à tribu Levi accepit exordium: in Evangelio autem primordia eorum & in Actibus Apostolorum leguntur. Exhinc jam decreverunt Apostoli Apostolorumque successores per omnes Ecclesias Diaconos ordinandos esse, qui sublimiori

cxlvj *Canones Hebdom. IV. Adventus:*

gradu ceteris circa aram Christi quasi columnæ assistent: ipsi quoque evangelizant:

FERIA TERTIA.

Ex Petro Lombardo Episcopo Parisiensi.

Ann. 1159. Lib. 4. Sentent. dist. 23. art. 8 & 9.

Sicut in Sacerdote consecratio, ita & in Diacono mysterii dispensatio habetur. Ad Diaconum pertinet assistere Sacerdotibus, & ministrare in omnibus quæ aguntur in Sacramentis Christi, oblationes quoque inferre & disponere in altari: ipse præmonet aures habere ad Dominum. Hic Ordo ab Apostolis celebratus est, quando, ut legitur in Actibus Apostolorum, septem viros plenos Spiritu sancto (quorum maximus fuit beatus Stephanus) ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa, manus eis imposuerunt. Cum ordinantur, accipiunt textum Evangelii; ut intelligant se esse præcones Evangelii Christi. Antequam ordinentur, probentur, ut docet Apostolus; & sic ministrent, nullum crimen habentes.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Aquisgranensi.

Ann. 816. L. 1. C. 6.

Subdiaconi in Esdra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, id est; In humilitate Domino servientes: isti oblationes in templo Domini suscipiunt à populis: isti obediunt officiis Levitarum, isti quoque vasa corporis & sanguinis Christi Diaconibus ad altaria Domini offerunt. De

quibus quidem placuit Patribus, ut quia sacra mysteria consecretant, casti & continentessint ab uxoribus.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Mediolanensi quinto, sub sancto Carolo.

Ann. 1579. Part. 3. Cap. 3.

Qui Subdiaconatus Ordini ascriptus est, cum statim lege astrictus sit Canoniarum horarum officium recitandi; nemo ad eum Ordinem capessendum recipiatur, qui horarii illius Officii cujus lege devinctus tenetur, rectè ac ritè recitandi peritus non sit. Unusquisque porro eorum qui sacris Ordinibus initiabuntur, diligenter admonetur, quam sanctum manus suscipiendus est. Verùm ejus sermonis vis in Subdiaconis potissimum monendis versetur, quò rectius, dum integrum est, deliberare possint, an castitatem quæ perpetua illi Ordini est annera, profiteri velint; ne in eo Ecclesiastico spiritualique munere suscipiendo quidquam agnatorum vel hujusmodi alienà voluntate, sed suà spontaneà deliberatione agant; nec verò in sacri ejusdem Ordinis susceptione vitæ hujus commodum aut aliud quidquam ejusmodi, sed Dei honorem sibi propositum habeant.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Tridentino.

Ann. 1562. Sess. 22. de Ref. C. 4.

Qui cujuscumque Ordinis officia ac quælibet Beneficia in Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt,

Canones pro Tempore Natalis Domini. cxlvij

quibus varia onera sunt annexa, videlicet ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolam dicant seu cantent: quocumque ii privilegio, exemptione, prerogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, iusto impedimento cessante, infra annum Ordines suscipere requisitos; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos Ordines per seipso exercere, ac cetera omnia officia quae debent in cultu divino praestare, sub penis arbitrio imponendis.

DIE XXIV. DECEMBRIS.

**IN VIGILIA
NATALIS DOMINI.**

Ex Conciliis* Bituricensi
& ** Narbonensi.
*Ann. * 1584. C. 1. & ** 1609.
C. 19.*

† **S**ervetur Vigilia Nativitatis Domini, ad imitandum pietatem pastorum, qui Christo Domino ea nocte adorationis munus impenderunt...

Non fiant in Ecclesiis aliqua indecentia, uti representatio Prophetarum aut Pastorum in nocte Natalis Domini; & cantus praedictionum Sibyllarum. Satis enim est firmatum quod credendum; nec talibus representationibus indigent imperiti.

Tu autem.

**DIE XXV. DECEMBRIS.
IN NATALI DOMINI.**
Ex Statutis Synodalibus Ecclesiae Rotomagensis.

Circa annum 1233. Can. 127.

† **C**irca fidem Incarnationis docere debent expressè Sacerdotes, Dei Filium pro redemptione generis humani carnem assumpsisse in beata Maria, de carne ejusdem Virginis humana, sed sancti Spiritus operatione; & eundem de Virgine natum esse, virginitate manente integrè & in partu, & in conceptione, & in nativitate.

Tu autem.

De solempni Presbyterorum officio, & partibus muneris eorum ordinarii, ac operis.

DIE XXVI. DECEMBRIS.
Ex Concilio Aquisgranensi secundo.

An. 836. De mor. & doct. C. 5.

Presbyterorum qui praesunt Ecclesiae Christi, & in consecratione divini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, ministerium esse videtur, ut in doctrina praesint populis & in officio praedicandi, nec in aliquo desides inventi appareant, ut item de omnibus ho-

minibus qui ad eorum Ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant; scientes se pro certo reddendos rationem pro ipsis in die iudicii, quia cooperatores oneris nostri esse procul dubio noscuntur.

DIE XXVII. DECEMBRIS.
Ex Capitularibus Theodulphi Aurelianensis Episcopi.

Ann. 979. C. 1.

Sicut Episcopi Apostolorum in Ecclesia, ita Presbyteri

cxlvij Canones intrá Octavam Natalis Domini.

ceterórum Dómini discipulórum vicem tenent. Unde oportet vos semper esse memores tantæ dignitátis, memores vestræ consecrationis, memores sacræ quam in má nibus suscepistis unctiónis; ut nec ab ea degenerétis, nec vestram consecrationem irritam faciátis, nec manus sacro únguine delibútas peccando polluátis; sed cordis & córporis mundítiam conservantes, & pléribus exemplum bene vivendi præbentes, his quibus præestis, ducátum ad celsétia regna præbeátis.

DIE XXVIII. DECEMBRIS.

Ex Decrétis Præsulum Ecclésiæ Gallicanæ Melodúni congregatórum.

Ann. 1579. Tit. de Sacri Ordinis.

DUobus constat totum Presbyterórum ministérium, quorum álterum est ut in commissum sibi pópulum Deum réddere propítium nítantur piis précibus ac sacris sacrificiis; álterum, ut sint religiónis magistri, meditantés in lege Dómini die ac nocte.

DIE XXIX. DECEMBRIS.

Ex Concilio Cloveshoviénsi secundo.

Ann. 747. Can. 8.

Presbyteri indefinenter reminiscant ad quod divíná ordinatióne præ céteris promóti sint, quòd Dei vidélicet ministri, & dispensatóres mysteriórum Christi vocantur. Unde sciánt se necessariò pro Dei intúitu debére à secularibus negotiis causisque, in quan-

tum prævaleant, vacáre, altáris officium divínique cultús obsequium summá intentione persólvere; Oratórii domum & cuncta ad cultum ipsius pertinéntia sub sua cura conserváre; Lectióri, Oratóni, Misárum celebratióri, Psalmisque canendis invigiláre.

DIE XXX. DECEMBRIS.

Ex Concilio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. Cap. 4.

Sacerdotes Christi, quos útique constat janitóres celsétis aulæ existere, primúm ipsi átria supernæ civitatís subtre, deinde auditóribus suis dictis & exemplis ea stúdeant aperire; ne, quod absit, áudiant à Dómino: Habentes clavem sciéntiæ, vos ipsi non intrátis, & álios intráre non sinitis. Quando vita Sacerdótum cum doctrína non concordat, & auditóribus infirmis scándalum, & animárum provenire periculum non est dubium. Proinde summópere cavendum Sacerdótibus ne offendiculum fiant his quibus præsunt: tunc enim offendiculum fiant illis, quando quod verbis prædicant, móribus impugnant.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

Ex Capsulis * Herardi Turonensis Episcopi, atque ** Concilio Parisiensi.

** Ann. 858. ** Ann. 1429. C. 22.*

Presbyteri, sicut ordine sanctiiores, ita verbo, incessu & actu sint reverentiiores; quia celsitúdo grádum gra-

** Luc. 11. 52.*

Canones inter Circumcis. & Epiphaniaq. cxlix

riorum peccati facit cūmulū...
Quantō Ecclesiāstici viri perfe-
ctioris statūs & majoris digni-
tātis honōre illustrantur, tanto
majōrem Dōmino tenentur
exhibēre reverētiām, & ab
ōmnibus illīcitis diligētius
abstinēre.

DIE I. JANUARI.

In Festo

**CIRCUMCISIONIS
DOMINI.**

Ex Concilio Lugdunensi se-
cundo ōecumēnico.

Ann. 1274. Constit. 25.

† **Q**uod generāliter scribi-
tur ut In nōmine Jesu
omne genu flectātur, singuli
singulārter in seipsis imple-
tes, præcipuē dum aguntur
Mistārū sacra mystēria, glo-
riōsum illud nomen quando-
cumque recōlitur, flectant gē-
nuā cordis sui, quod vel cāpitis
inclinatiōne testentur.

DIE II. JANUARI.

Ex Capitulāribus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 2.

Oportet (Sacerdōtes) &
assiduitātem habēre le-
gendi, & instāntiām orandi;
quia vita viri justi lectiōne in-
struitur & ornātur, & assidui-
tāte lectiōnis munitur homo à
peccāto, juxta illum qui dicē-
bat : In corde meo abscondi
elōquia tua, ut non peccem ti-
bi. Hæc sunt enim arma, lectiō
videlicet & oratio, quibus diā-
bolus expugnātur : hæc sunt
instrumenta quibus æterna bea-

titudo acquiritur, vitia compri-
muntur, virtutes nutriuntur.

DIE III. JANUARI.

Ex Capitulāribus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 3.

Si quando à lectiōne cessā-
tur, debet operatio sūbse-
qui; quia otiositas inimica est
animæ; & antiquus hostis,
quem à lectiōne sive ab oratiō-
ne vacantem invēnerit, facillē
advitia rapit. Per usum nam-
que lectiōnis discētis qualiter
& vos vivātis, & alios doceātis.
Per usum oratiōnis, & vobis
& his quibus in caritate con-
juncti estis, prodesse valēbitis.
Per operatiōnem & cōporis
maceratiōnem, & vitiis al-
menta negābitis, & vestris ne-
cessitatibus subveniētis, & ha-
bēbitis quod necessitatem pa-
tientibus porrigātis.

DIE IV. JANUARI.

Ex sancto Ambrōsio.

Lib. 3. de Offic. Cap. 20.

Tempora quibus ab Eccle-
siā vacas, (ō Sacerdos,)
lectiōni impendas. Cur non
Christum revīdas, Christum al-
loquāris, Christum audias? Nil-
lum alloquimur, cū orāmus;
illum audimus, cū divīna le-
gimus orācula. Quid nobis cum
aliēnis dōmibus? Illi potiūs
ad nos convēniant, qui nos
requirunt. Quid nobis cum
fābulis? Ministērium altāribus
Christi, non obsequium homi-
nibus deferendum recepimus.
Hūmiles decet esse, mites,
mansuētos, graves, patientes.
Modum nos tenēre in ōmni-
bus, vel tūcū vultus, vel
sermo annūntiet.

cxlvij Canones intra Octavam Natalis Domini.

ceterorum Domini discipulorum vicem tenent. Unde oportet vos semper esse memores tantæ dignitatis, memores vestræ consecrationis, memores sacræ quam in manibus suscepistis unctiõnis; ut nec ab ea degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro unguine delibutas peccando polluatis; sed cordis & corporis munditiam conservantes, & plebibus exemplum bene vivendi præbentes, his quibus præestis, ducatum ad cælestia regna præbeatis.

DIE XXVIII. DECEMBRIS.

Ex Decretis Præsulum Ecclesiæ Gallicanæ Meloduni congregatorum.

Ann. 1579. Tit. de Sac. Ordinis.

DUobus constat totum Presbyterorum ministerium, quorum alterum est ut in commissum sibi populum Deum reddere propitium nitantur piis precibus ac sacris sacrificiis; alterum, ut sint religionis magistri, meditatores in lege Domini die ac nocte.

DIE XXIX. DECEMBRIS.

Ex Concilio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. Can. 8.

Presbyteri indefinenter reminiscant ad quod divinâ ordinatione præ ceteris promoti sint, quod Dei videlicet ministri, & dispensatores mysteriorum Christi vocantur. Unde sciant se necessariò pro Dei intuitu debere à secularibus negotiis causaque, in quan-

tum prævaleant, vacare, altaris officium divinique cultus obsequium summâ intentione persolvere; Oratorii domum & cuncta ad cultum ipsius pertinentia sub sua cura conservare; Lectiõni, Oratiõni, Missarum celebratiõni, Psalmisque canendis invigilare.

DIE XXX. DECEMBRIS.

Ex Concilio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. Cap. 4.

Sacerdotes Christi, quos ubique constat janitores cælestis aulae existere, primum ipsi atria supernæ civitatis subire, deinde auditoribus suis dictis & exemplis ea studeant aperire; ne, quod absit, audiant à Domino: Habentes clavem scientiæ, vos ipsi non intratis, & alios intrate non sinitis. Quando vita Sacerdotum cum doctrina non concordat, & auditoribus infirmis scandalum, & animarum provenire periculum non est dubium. Proinde summòpere cavendum Sacerdotibus ne offendiculum fiant his quibus præsunt: tunc enim offendiculum fiant illis, quando quod verbis prædicant, moribus impugnant.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

Ex Capitulis * Herardi Turonensis Episcopi, atque ** Concilio Parisiensi.

** Ann. 858. ** Ann. 1429. C. 22.*

Presbyteri, sicut ordine sanctiores, ita verbo, incessu & actu sint reverentiores; quia celsitudo graduum gra-

** Luc. 11. 52.*

Canones inter Circumcis. & Epiphaniaq. cxlix

viórum peccáti facit cúmulum...
Quanto Ecclesiástici viri perfe-
ctiõis statûs & majoris digni-
tátis honóre illustrantur, tanto
majórem Dómino tenentur
exhibére reveréntiam, & ab
ómnibus illícitis diligéntius
abstinére.

DIE I. JANUARI.

In Festo
CIRCUMCISIONIS
DOMINI.

Ex Concílio Lugdunensi se-
cundo œcuménico.

Ann. 1274. Constit. 25.

† **Q**uod generaliter scribitur ut In nómine Jesu omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes, præcipuè dum aguntur Missarum sacra mystéria, gloriósum illud nomen quando-cumque recólitur, flectant gé-nua cordis sui, quod vel cápitis inclinatióne testentur.

DIE II. JANUARI.

Ex Capitularibus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 2.

Oportet (Sacerdotes) & assiduitatem habére legendi, & instantiam orandi; quia vita viri justí lectiõne instruitur & ornatur, & assiduitate lectiõnis munitur homo à peccáto, juxta illum qui dicebat: In corde meo abscondi elóquia tua, ut non peccem tibi. Hæc sunt enim arma, lectio videlicet & oratio, quibus diabolus expugnatur: hæc sunt instrumenta quibus æterna bea-

titudo acquiritur, vitia comprimuntur, virtutes nutriuntur.

DIE III. JANUARI.
Ex Capitularibus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 3.

Si quando à lectiõne cessatur, debet operatio subsequi; quia otiositas inimica est animæ; & antiquus hostis, quem à lectiõne sive ab oratione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per usum namque lectiõnis discetis qualiter & vos vivatis, & alios doceatis. Per usum orationis, & vobis & his quibus in caritate conjuncti estis, prodesse valebitis. Per operationem & corporis macerationem, & vitis alimenta negabitis, & vestris necessitatibus subvenietis, & habebitis quò necessitatem patientibus porrigatis.

DIE IV. JANUARI.

Ex sancto Ambrósio.

Lib. 3. de Offic. Cap. 20.

Tempora quibus ab Ecclesiá vacas, (ó Sacerdos,) lectiõni impendas. Cur non Christum revisas, Christum alloquaris, Christum audias? Nilum alloquimur, cum oramus; illum audimus, cum divina legimus oracula. Quid vobis cum alienis domibus? Illi potius ad nos conveniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. Húmiles decet esse, mites, mansuetos, graves, patientes. Modum nos tenere in omnibus, vel tacitus vultus, vel sermo annuntiet.

cxlviii *Canones intrá Octavam Natalis Domini.*

ceterórum Dómini discipulórum vice tenent. Unde oportet vos semper esse mémoires tantæ dignitátis, mémoires vestræ consecrationis, mémoires sacræ quam in má nibus suscepistis unctiónis; ut nec ab ea degenerétis, nec vestram consecrationem irritam faciátis, nec manus sacro únguine delibútas peccando polluátis; sed cordis & corporis mundítiam conservantes, & plébibus exemplum bene vivendi præbentes, his quibus præestis, ducátum ad cœlestia regna præbeátis.

DIE XXVIII. DECEMBRIS.

Ex Decrétis Præsulum Ecclésiæ Gallicanæ Melodúni congregatórum.

Ann. 1579. Tit. de Sac. Ordinis.

DUóbus constat totum Presbyterórum ministérium, quorum álterum est ut in commissum sibi pópulum Deum réddere propítium nítantur piis précibus ac sacris sacrificiis; álterum, ut sint religiónis magistri, meditantés in lege Dómini die ac nocte.

DIE XXIX. DECEMBRIS.

Ex Concílio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. Can. 8.

PResbyteri indefinenter reminiscant ad quod divíná ordinatione præ céteris promoti sint, quòd Dei videlicet ministri, & dispensatóres mystériórum Christi vocantur. Unde sciant se necessariò pro Dei intrúitu debere à secularibus negotiis causisque, in quan-

tum prævaleant, vacare, altáris officium divinque cultús obsequium summá intentione persolvere; Oratórii domum & cuncta ad cultum ipsius pertinéntia sub sua cura conservare; Lectiúi, Oratiúi, Misárum celebratiúi, Psalmisque canendis invigilare.

DIE XXX. DECEMBRIS.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. Cap. 4.

Sacerdotes Christi, quos úsque constat janitóres cœlestis aulae existere, primúm ipsi átria supernæ civitátis subste, deinde auditóribus suis dictis & exemplis ea stúdeant aperire; ne, quod absit, áudiant à Dómino: Habentes clavem * sciéntiæ, vos ipsi non intrátis, & álios intráte non sinitis. Quando vita Sacerdotum cum doctrína non concordat, & auditóribus infirmis scandalum, & animárum provenire periculum non est dubium. Proinde summóperè cavendum Sacerdotibus ne offendiculum fiant his quibus præsunt: tunc enim offendiculum fiant illis, quando quod verbis prædicant, móribus impugnant.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

Ex Capitulis * Herardi Turonensis Episcopi, atque ** Concílio Parisiensi.

* *Ann. 858. ** Ann. 1429. C. 22.*

PResbyteri, sicut órdine sanctiores, ita verbo, incessu & actu sint reverentiores; quia celsitúdo gráduum gra-

* *Luc. 11. 52.*

Canones inter Circumcis. & Epiphaniaq. cxlix

viõrum peccãti facit cõmulũ...
Quantõ Ecclesiãstici viri perfe-
ctiõis statũs & majõris digni-
tãtis honõre illustrantur, tanto
majõrem Dõmino tenentur
exhibere reverentiã, & ab
õmnibus illicitis diligentiũs
abstinere.

DIE I. JANUARI.

In Festo

**CIRCUMCISIONIS
DOMINI.**

Ex Concilio Lugdunensi se-
cundo œcuménico.

Ann. 1274. Constit. 25.

† **Q**uod generaliter scribi-
tur ut In nõmine Jesu
omne genu flectatur, singuli
singulatim in seipsis imple-
ntes, præcipuè dum aguntur
Missarum sacra mystéria, glo-
riõsum illud nomen quando-
cumque recõlitur, flectant ge-
nua cordis sui, quod vel capitis
inclinatiõne testentur.

DIE II. JANUARI.

Ex Capitularibus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 2.

Oportet (Sacerdõtes) &
assiduitatem habere le-
gendi, & instantiam orandi;
quia vita viri justii lectiõne in-
struitur & ornatur, & assidui-
tate lectiõnis munus homo à
peccato, juxta illum qui dice-
bat : In corde meo abscondi
elõquia tua, ut non peccem ti-
bi. Hæc sunt enim arma, lectio
videlicet & oratio, quibus diã-
bolus expugnatur : hæc sunt
instrumenta quibus æterna bea-

titudo acquiritur, vitia compri-
muntur, virtutes nutriuntur.

DIE III. JANUARI.

Ex Capitularibus Theodulphi,
Aurelianensis Episcopi.

Ann. 797. C. 3.

Si quando à lectiõne cessã-
stur, debet operatio subsequi;
quia otiositas inimica est
animæ; & antiquus hostis,
quem à lectiõne sive ab oratiõ-
ne vacantem invenit, facillè
ad vitia rapit. Per usum nam-
que lectiõnis discetis qualiter
& vos vivatis, & alios doceatis.
Per usum oratiõnis, & vobis
& his quibus in caritate con-
juncti estis, prodesse valebitis.
Per operatiõnem & corporis
maceratiõnem, & vitis al-
imenta negabitis, & vestris ne-
cessitatibus subvenietis, & ha-
bebitis quod necessitatem pa-
tientibus porrigatis.

DIE IV. JANUARI.

Ex sancto Ambrósio.

Lib. 3. de Offic. Cap. 20.

Tempora quibus ab Ecclẽ-
siã vacas, (ó Sacerdos,)
lectiõni impendas. Cur non
Christum revisas, Christum al-
loquaris, Christum audias? Nil-
lum alloquimur, cum oramus;
illum audimus, cum divina læ-
gimus oracula. Quid nobis cum
alienis dõmibus? Illi potius
ad nos conveniant, qui nos
requirunt. Quid nobis cum
fabulis? Ministèrium altaribus
Christi, non obsequium homi-
nibus deferendum recepimus.
Húmiles decet esse, mites,
mansuetos, graves, patientes.
Modum nos tenere in õmni-
bus, vel tãcitus vultus, vel
sermo annuntiet.

cliv Canones Hebdom. II. post Epiphaniam.

operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis, cum coniter multis officiis opus esse ad gubernacula corporis. Nunc autem multa quidem membra unum autem corpus; quia diversitas hæc in unum concurrat, ut corporis necessitas expleatur.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Lugdunensi secundo.

Ann. 567. Can. 1.

UNitatem Sacerdotum, quam & Dominus diligit, & Scriptura commendat, & concordia caritatis exposcit, convenit ab omnibus custodiri: ita ut in omni tractatu & definitione, uno spiritu, una sententia, Sacerdotum constantia perseveret.

FERIA TERTIA.

Ex libro septimo sancti Optati Episcopi de schismate Donatistarum.

Script. circa ann. 370. n. 3.

Christus omnes discipulos suos voluit in uno esse. Dum nollet se negari, promisit se apud Patrem negaturum esse qui se negaret; & tamen bono unitatis deus Petrus, cui satis erat si post quod negaverat saltem veniam consequeretur, claves regni celorum communicandas ceteris solus accepit. Bono unitatis sepellenda esse peccata multa hinc intelligi datur. Apostoli ceteri bono unitatis non fuerunt a Petri communionem recedere, qui negaverat Christum. Interclusa est malitiae via. Provisum est ut peccator aperiret innocenti-

bus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria erat unitas, esse non posset.

FERIA QUARTA.

Ex Commentario sancti Joannis Chrysostomi in Epistolam primam ad Corinthios.

Script. ante ann. 397.

Hom. 86.

PAulus etiam prophetiam, si confusionem in Ecclesia faciat, & conturbationem & tumultum importunum, jubet cohiberi. Spiritus Prophetarum, inquit, Prophetis subiecti sunt. Ne contendat homo, & seditionem agitet, ipsum donum ostendit subijci: spiritum enim hic vocat operationem. Si autem spiritus subijcitur, multo magis non æquum est ut tu qui possides contendas. Denique ostendit quod hoc quoque sit Deo acceptum, subjungens & dicens: Non enim dissensionis est Deus, sed pacis, sicut & ab eo in omnibus Ecclesiis.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Arelatensi sexto.

Ann. 813. C. 12.

Desine nos oportet de pacis bono atque concordia, ut ab omnibus omnino indisrupta teneatur inter Episcopos, inter Clericos & Monachos, & omnem populum Christianum, ut beatus Apostolus docuit, dicens: Secumini caritatem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et idcirco quidquid illud est, quod nos ad veræ pacis studium & caritatis perfe-

Canones Hebd. III. post Epiphaniam. clv

Ortionem provocat, totis viribus nostris sectandum est: quicquid nos ab illa disjungit, ut venenum mortiferum à nobis cavendum est.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Cloveshoviensi secundo.

Ann. 747. Can. 2.

Sit concordia in omnibus viris Ecclesiasticæ Religionis, in sermone, in opere, in iudicio, sine cujusquam adulatione personæ, utpote unius Domini ministri, uniusque ministerii conservi. Licet sedibus sint divisi per diversa loca, tamen mentibus conjuncti in uno spiritu, Deo in fide & spe & caritate deserviant, orantes diligenter pro invicem, ut sui certaminis cursum fideliter unusquisque consummare possit.

SABBATO.

Ex Statutis Provincialibus sancti Edmundi Cantuariensis Episcopi.

Ann. 1236. Cap. 5.

Magna nobis (ô Sacerdotes) injuncta est necessitas pacis observandæ, cum Deus ipse pacis sit auctor & amator, qui non solum cœlestia, sed etiam terræstria venit ad invicem pacificare. Pacem, quantum in vobis est, cum omnibus habentes, Parochianos vestros moneatis, ut in unitate fidei & pacis vinculo unum corpus sint in Christo: inimicitias, si exortæ fuerint in Parochia vestra, diligenter sedantes, amicitias copulantes, discordantes à discordia revocantes; quantum in vobis est, non permittentes quod sol occidat super iracundiam Parochianorum vestrorum.

De spiritu paupertatis & modestia ecclesiastica in possessione, usu, vel acquisitione rerum temporalium.

DOMINICA TERTIA

post Epiphaniam.

Ex veteri Synodali Diœcesis Albiensis.

Auctoritate Ludovici à Lotharingis Episcopi Alb. recognit. anno 1553. part. 2. cap. 1.

Cassè studeant vivere Clerici universi. Secularibus indumentis minimè utantur. Nec officia seu commercia secularia, sed officia ecclesiastica & alia bona studia exercent diligenter.

FERIA SECUNDA.

Ex Libro secundo sancti Isidori Hispalensis Episcopi, de Officiis ecclesiasticis.

Circa annum 630. Cap. 1.

IN Ecclesiastici ministerii gradibus ordinati, generaliter Clerici nominantur. Cleros enim vel Clericos hinc appellatos Doctores nostri dicunt; quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum: nam Cleros fors interpretatur. Proinde ergo Clé-

clv) *Canones Hebd. III. post Epiphaniam.*

ricos vocari aiunt, eò quòd in sortem hæreditatis Dòmini dentur, vel pro eò quòd ipse Dòminus fors illòrum est. Unde oportet ut qui Deum hæreditate possident, absque ullo impedimento sæculi, Deo servire studeant, & pàuperes spiritu esse contendant; ut congruè illud Psalmistæ dicere possint: Dòminus pars hæreditatis meæ.

FERIA FERTIA.

Ex sancto Isidoro Hispalensi. *Apud Æneam Par. Ep. Lib. adversus Græcos, C. 185.*

Est in Cléricis tonsura signum quoddam quod in corpore figuratur, sed in animo agitur; scilicet, ut hoc signo vitia in religione refecentur, & criminibus carnis nostræ quasi criminibus exuamur, exspoliantes nos, juxta Apóstolum, veterem hominē cum actibus suis, & induentes novum qui renovatur in agnitionem Dei. Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens nascitur habitare.

FERIA QUARTA.

Ex Libro sancti Ambrosii de Officiis Ministrorum.

Lib. 1. Cap. 36.

Considera quemadmodum eos qui ad Officia Ecclesiæ accedunt, despicientiam rerum humanarum habere doceat Apóstolus: tibi contemptum divitiarum suadet, nihil permittens nisi quod te exerceat ad pietatē. Exerceat ergo te pietas ad justitiā, continentiam, mansuetudinem. Non te implicet negotiis secularibus,

quoniam Deo militas. Etenim si is qui Imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus; quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni usu negotiationis abstinere debet; agelluli sui contentus fructibus si habet; si non habet stipendiòrum suorum fructu. Ea est enim tranquillitas animi & temperantia, quæ neque studio quaerendi afficitur, neque egestatis metu angitur.

FERIA QUINTA.

Ex Sermone sancti Augustini de Pastoribus Ecclesiæ.

Extrat in Concilio Aquisgran. Ann. 816. Lib. 1. Cap. 12.

Apóstolus dicit sic Dominum disposuisse, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant; non tanquam venale sit Evangelium, ut istud sit pretium ejus, quod sumunt qui annuntiant, unde vivant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis à populo, mercèdem dispensationis à Domino.

FERIA SEXTA.

Ex Libro Juliāni Pomèrii de vita contemplativa.

Script. circa ann. 491. C. 10.

Si Apóstolus qui nihil habebat, noluit de Evangelio, ubi laborabat, sed suis maribus vivere, ne mercèdem amitteret; quid nos qui & propria nolumus, amore possidendi, non vivendi necessitate, relinquare, & accipere insuper volumus, non unde vivamus,

Canones Hebd. IV. post Epiphaniam. elvij
sed unde censum nostrum foro per discipulos referta erat.
damnabilibus incrementis au- Recumbébat præterea in fœ-
geámus? no: vestes viles nec conditio-
nem vulgi excedentes indue-
bátur: non magnificas ædes,
nec próprias ulla quidem ha-
bébat. Cùmque de loco in lo-
cum transeundum esset, pédi-
bus iter faciébar; & sic facié-
bat, ut labóre plerumquè con-
ficerétur, términos nobis in
omni vivendi ratióne consti-
tuens, ut quousque progré-
diendum esset non ignoré-
mus.

S A B B A T O.
Ex Epístola beáti Yvónis Car-
nutensis Episcopi, ad Gua-
lónem Episcopum Parisien-
sem.

Epist. 218. ann. 1110.
Institúta est Clericális mil-
tia, ut psalmódiz & hym-
nódiz quotidianum Deo offer-
rat sacrificium. Ad hoc fidé-
hum oblatiões in stipéndia
Clericórum deputatz sunt, ut
benefactórum suórum peccáta
sanctitátis intercessiõe deté-
gere sufficiant; quatenus hi de
quorum elemósynis vivunt,
hæc eórum méritis assequan-
tur, quod suis méritis assequi
non merentur. Quàmduo ergo
Clérici in hoc agóne pósti ab
ómnibus à quibus abstinen-
dum est, se abstinent, méritò
stipéndiis militiz suæ haben-
tur digni: cùm autem ea ser-
vare contempserint, eisdem
judicantur indigni.

DOMINICA QUARTA

post Epiphaniam.

Ex sancto Joanne Chrysó-
stomo.

*Homil. 67. in Math. script.
circa ann. 388 vel 389.*

Nobis ministris suis régu-
las præbet Christus, ne
majóra quàm necessárius usus
éxigat, requirámus. Itaque dis-
cipulos, non oratóres, aut sa-
pientes vóluit, nec genere aut
fortúná claros, sed inopes val-
de atque ignótos. Mensa sua
nonnunquam hordeáceis páni-
bus, nonnunquam emptis è

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. C. 19.

Irepsit in nonnullis (Sacer-
dótibus) corrigenda consue-
túdo quæ jam pro lege tené-
tur, super diversárum rerum
innúmeris superfuitatibus &
vanitatibus, necnon in vanæ
glóriæ appetitú; &, quod his
periculósius est, sui officii curá
posthábitá, in divinórum præ-
ceptórum transgressiõe. Non
igitur mirum est si propter hæc
& his similia Deus offendátur,
& infirmórum ánimis scándala
generétur, statusque sanctæ
Ecclésiæ periclitétur. Proinde
ómnibus studendum est Sacer-
dótibus ut ab his deinceps
caveant, & his rebus insistant,
quibus sibi & his quibus præ-
sunt, Dóminum propítium fá-
cere mereantur. Quàm mode-
ráta autem discretiõ in vestitiũ
cultu & mensæ apparátu Sa-
cerdótibus tenenda sit, dicta
beáti Gregórii, necnon & vita
sanctórum virórum Augustínũ
& Ambrósii plenissimè docent.
Tu autem.

clvii] *Canones Hebd. IV. post Epiphaniam.*

FERIA TERTIA. depositio terrenorum, & regalis Sacerdotii dignitas designantur.
Ex Epistola sancti Bernardi Abbatis ad Fulconem adolescentem Clericum.

Epist. 2. script. circa ann. 1120.

Dignum est ut qui altario deservit, de altario vivat. Conceditur ergo tibi, ut si bene deservis, de altario vivas, non autem ut de altario luxuriaris, ut de altario superbias, ut inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, vâria græseaque pellicia à collo & mânibus ornâtu purpureo diversificata. Dénique quidquid præter necessarium victum ac simplicem vestitium de altario retines, suum non est.... Contenti simus vestimentis, quibus operiamur, non quibus lasciviamus, non quibus superbiamus.

Tu autem.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Londinensi.

Ann. 1268. Cap. 5.

TAm ab antiquis quam modernis Patribus tradita est moderatio, quam Clerici, qui juxta nominis impositione in sortem Domini sunt vocati, in habitu exteriori sequantur. Nos gravem abusum contra præmissa diffusum detestantes, quo Clericâlis Ordinis celsitudo deprimitur, Christus à suis militibus insignia ferentibus aliena deservitur, decor honestatis ecclesiasticæ maculatur, dum Clericum à Laico respiciens oculus non discernit; statumus ut Clerici universi vestes gerant, non ridiculas vel notandas, & coronas habeant probandâ latitudine concedentes, in quibus præcipue

Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo grâcias.

FERIA QUINTA.

Ex Concilio Parisiensi.

Anno 1528. In Decretis morum, Cap. 13.

Omnes Clerici, maxime in sacris constituti, cum in loco Sanctorum sint, opera Sanctorum exerceant: insuper professionem suam probent; habitu scilicet, ut per decentiam habitus extrinseci intrinsecam morum honestatem ostendant.

FERIA SEXTA.

Ex Concilio Parisiensi.

Anno 1528. In Decretis morum, Cap. 23 & 24.

Cum elationis habeat calumniam quidquid propter venustatem, non propter necessitatem accipitur; & ne bona Ecclesiarum, quæ pauperum sunt, in fastum & corporis ornatum qui à sacro Ordine alienus esse debet, convertantur, (omnes & singuli Ecclesiastici) in suis vestimentis decentiam ecclesiasticam observent. Vestes sint tales, nec nimia amplitudine superfluz, nec plus æquo constrictæ, in quibus Clericâlis Ordinis honestas & modestia deprehendatur. Non tamen pannosi sint Clerici, aut in vestibus læceri; non enim affectatæ sordes, aut exquisitæ deliciae laudem pariunt.

Tu autem, Domine, miserere nostri. *R.* Deo grâcias.

Canones Hebd. V. post Epiphaniam. cliz

S A B B A T O.

Ex sancto Joanne Chryso-
stomo.

Homil. 9. in Epist. ad Philipp.

script. post ann. 397.

Multi eorum qui hic sunt
..... si Sacerdos quispiam
paulò honestiore veste indarus
fuerit, aut necessario alimento
non egeat, aut famulum ideo
discedere, hoc ipsum statim di-
vitiis nominant. Quid igitur,
inquit, hic rem querit? Dic
mibi: Num serica hæc vestis
est quã induitur? Num sectato-
rum multitudinem per forum
incedens circumducit? Num
equo vehitur? Num ædes ex-
truit, habens ubi habitat? Si
hæc facit, ego etiam repre-
hendo, neque illi parco, &
sacerdotio indignum esse judi-
co. Nam quomodo alios mon-
ere poterit, ne rebus istis in-
utilibus vacent, qui seipsum
monere non potest? Si autem
in eo consistit, ut rebus tantum
ad vitam necessariis non egeat,
hoc ipso crimen injustitiæ in
eum intendis.

DOMINICA QUINTA

post Epiphaniam.

Ex Concilio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. C. 29.

Ait Paulus: Nemo militans
Deo implicat se negotiis
secularibus, ut ei placeat cui
se probavit. Quanquam hæc
Apostolica sententia generali-
ter de omnibus Christianis sit
dicta, & ab omnibus obser-
vanda, specialius tamen atque
religiosius ab his observari
convenit, qui se divinæ mili-

tiæ devotius strictiusque man-
ciparunt. Sunt multa divinæ
legis præcepta & sanctorum
Patrum dicta, quæ Sacerdotes
Domini à terrenis & seculari-
bus negotiis expediri, celesti-
que militiæ liberè sanciant ser-
vare. Quisquis igitur Presby-
terorum se ab his cohibere de-
trectaverit, dignum est ut ab
Episcopo suo rigida corripiat-
ur investitione.

FERIA SECUNDA.

Ex Conciliis * Carthaginensi
tertio & ** Cabilonensi
secundo.

* *Ann. 388. C. 15.*

** *Ann. 813. C. 5.*

Placuit ut Episcopi, & Pro-
sbyteri, & Diaconi, vel
Clerici non sint conductores
& procuratores, neque ullo-
turpi vel inhonesto negotio
victum querant. ... A turpibus
lucris & usuris non solum ab-
stineant, verum etiam plebes
sibi subditas abstinere mon-
neant.

FERIA TERTIA.

Ex Libro sancti Augustini
Episcopi de opere ser-
vorum Dei.

Script. ann. 400. C. 13.

Aliud est corpore laborá-
re, ánimo libero sicut
opifex, si non sit fraudulentus,
& avárus, & privátæ rei ávi-
dus: aliud autem ipsum áni-
mum occupare curis colligen-
dæ sine corpore labore pecú-
niæ, sicut sunt vel negotiató-
res, vel procuratores, vel con-
ductores. Curá enim præsumt,
non manibus occupantur; ad-
edque ipsum ánimum suum
occupant habendi sollicitudi-

clx Canones Hebd. V. post Epiphaniam.

ne. Apóstolus Timótheum, ne in talia incidere, quia per infirmitatem corporis manibus laborare non poterat, sic exhortatur: Labóra sicut bonus miles Christi.

FERIA QUARTA.

Ex Commentário sancti Hierónymi in Epístolam ad Titum.

Script. ann. 387.

Uszritur inter dispensátóres, ut fidélis quis inveniatur. Turpis quoque lucrí appetítus ab eo qui Episcopus (sive Præsbyter) futúrus est, debet esse aliénus. Sunt enim multi docentes quæ non oportet, turpis lucrí grátia; qui totas domos subvertunt, & putant quæstum esse pietátem. Mélior est autem, juxta Salomónem, módica accéptio cum justítia, quam multa genímína cum iniquitáte; & magis eligendum in paupertáte nomen bonum, quam in divítiis nomen péssimum. Turpis lucrí appetítio est plusquam de præsentibus cogitare.

Tu autem.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Parisiensi sub Petro Cambelláno Episcopo.

Ann. 1212. Part. 1. Cap. 25.

Omnes, sive Cléricos, sive Láicos qui merces suas vendunt ad términum, ut propter ipsum términum caríus vendant, tam poená quam

culpá usurariórum apud Deum & hómines decérnimus obligátos.

Tu autem.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Mediolanensi quarto, sub sancto Carolo.

Ann. 1576. Part. 3.

In appendice quæ mónitiones continet.

Exemplo Sanctórum, vos in Ecclesiástico Ordine constitúti, paupertáte, sobrietáte ac parcimónia ita ágite, ut non modò à supervacaneórum rerum úsibus abstinentes, sed vestro etiám defraudantes victu, Ecclesiás vestras & altária exornétis, aliénis item necessitatibus subveniátis, & paupéribus opitulémíni.

Tu autem.

SABBATO.

Ex Synodo Ebroicensi.

Ann. 1576.

In primis cèveant omnes Ecclesiástici ab illis vitiis propter quæ irritátur Deus, & nomen ejus blasphemátur inter gentes, atque Ecclesiá Dei affligitur. Sint mores eórum sine avaritiá; pro quocumque officio contenti his quæ sibi vel jus ipsum, vel laudábilis consuetúdo constituit: ac ne quidem avidiús, sive inhumániús, quod sibi debétur éxigant; atque in ómnibus pauperiórum ratiónem hábeant.

Tu autem.

De castitate, verecundia, & temperantia clericali.

DOMINICA SEXTA

post Epiphaniā.

Ex Libro sancti Epiphānii
Episcopi adversus
hæreses.

Script. inter. ann. 374 & 378.

Hæres. 48.

CHRISTUS delectatur iis potissimum qui tale pietatis specimen præstare potuerint, ut virginitatem, castimoniam, continentiamque profiteantur; nec nuptias quidem plusquam unas commendat, cum sacerdotalia munia & ornamenta cum iis tantum qui post unas nuptias continentiam servaverint, aut in virginitate perstiterint, communicanda esse velut in quodam exemplari monstraverit: id quod Apostoli deinde per Ecclesiasticam Sacerdotii regulam honestè ac religiosè decreverunt.

FERIA SECUNDA.

Ex Ambrosiano Commentario
in universas Pauli Epistolas.

Script. [ut creditur ab Hilario
Diac.] circa ann. 370.

Quamvis secundam numero uxorem non sit habere prohibitum, nec habuisse flagitium; ut tamen quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius Ordinis; quia ceteris melior esse debet, qui cupidus est sedis illius. Diacones quoque [inquit Apostolus] sint unus uxoris viri, filios suos regentes & domos proprias. Ostendit etiam

iplos unus uxoris viros esse debere, ut hi ad ministerium eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim uxorem unam decrevit Deus. Qui si filios bene gubernaverint & domos suas, id est, vernáculos & domesticos, poterunt digni fieri Sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum; ut sciant se impetrare quod postulant, jam de cetero se ab usu feminae continent.

FERIA TERTIA.

Ex Sententia Synodica sancti
Verani Cabellicensis
Episcopi.

Dicitur, ut probabiliter conjicitur, in Concilio Matisconensi II. ann. 585.

Cum purificatis corporis atque animi motibus, multam cogitationem perpendendum quam idoneus esse debet is qui non solum pro suis, verum etiam pro alienis peccatis intercessurus accedit. Optime notis oblatuum spiritualis sacrificii victimas quali oporteat igne flagrare. Quis immaculatas Agni carnes post passionum inquinamenta audeat consecrare? Apostolus in veritate nos contestatur, dicens: Probet se unusquisque ministrorum, & sic panem illum presumat offerre. Ad Clericorum officia in promptu est viros bonos assumi. Utilior est in Ecclesia paucorum bonorum electa probatio, quam erraticæ multitudinis præsentia conglobata.

clxij *Canones Hebd. VI. post Epiphaniam.*

FERIA QUARTA.
Ex Concilio Toletano quarto.

Ann. 633. C. 21 & 22.

Sacerdotes castè viventes, mundos semetipfos celebrandis exhibeant Sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus; ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi dignè accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari. Quamvis conscientiam nos habere puram apud Deum oporteat, tamen apud homines famam optimam custodire convenit; ut, juxta præceptum Apostolicum non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimonium habeamus.

FERIA QUINTA.

Ex Conciliis * Carthaginensi primo, & ** Turonensi secundo.

* *Ann. 348. C. 3.* ** *Ann. 567.*

Cap. 10.

Nullus in Ecclesia, nullave sanctimoniz & virginitati deserviens, propter blasphemiam Ecclesiz, si vobis placet, in una domo cum extraneis commorari debeat.... Episcopus, vel quilibet Clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum habeat. Extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia.

FERIA SEXTA.

Ex Epistola sancti Basilii Episcopi ad Pategorium Presbyterum.

Epist. 55. Script. post ann. 370.

Liberum esse te à corporalibus affectionibus asfir-

mas; neque ego credo virum annos septuaginta natum cum hujusmodi affectibus cohabitare feminæ: nec propterea erga te quiddam determinavi, quod aliquid absurdum designaveris; sed quod ab Apostolo edocti sumus, non esse fratri ponendum offendiculum. Scimus autem usum venire, ut quod à nonnullis rectè geritur, aliis in occasione peccati cedat: ob hanc causam, constitutionem sanctorum Patrum secuti, præcepimus ut à muliere separeris.

SABBATO.

Ex Epistola sancti Hieronymi Presbyteri ad Nepotianum.

Script. ann. 394.

Hospitolum tuum, aut ratorum pedes terant. Omnes puellas & virgines aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige; nec sub eodem tecto manseris, nec in præterita castitate confidas. Nec Samsone fortior, nec Davide sanctior, nec Salomone potes esse sapientior.

DOMINICA

SEPTUAGESIMA.

Ex Concilio Mediolanensi tertio.

Ann. 1573. Tit. 1.

† **S**tudeat Episcopus, ut, quo tempore in Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ hebdomadis Ecclesia mater populum Dei instruit ac præparat ad sanctè recolendam Christi Domini passionem & crucem, fideles spectacula, ludos scenicos, & alia tunc præsertim morum

Canones Hebdom. Septuagesimæ. clixij

corruptelis introducta, tanquam à sanctissimis Ecclesiæ institutis abhorrèntia, omnino fugientes, ad pietatis christiánæ stúdia, & ad orationem attentiores sint, propósita omni christiánarum actiónum exercitacione.

FERIA SECUNDA.

Ex Concilio Cameracensi.

Anno. 1565. Canone 50. quem sanctus Carolus ann. 1576. suis Decretis ascrivit.

NE pastóres & Clérici libros apud se teneant aut legant, ex quibus corrumpi Religio, bonique mores, ac stúdiùm boni óperis, timorque & amor Dómini languere possit: ut sunt libri qui lasciva, scurrilia, vana & impúra continent; ne horum librórum lectiõne seipso & pópulos sibi créditos corruptant. Proclive est enim ut quæ quis legat & eadem doceat, Instruant autem bibliothecas suas bonórum & piórum auctórum libris ab Académiis cathólicis approbátis; ex quibus doctrinam háuriant, quam salubritér suis populáribus possint effúndere.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Parisiensi sexto.

Ann. 829. Lib. 1. Can. 38.

Cum ab ómnibus Christiánis, juxta Apóstoli documentum, stultilóquium & scurrilitas sit cavenda; multo magis à Sacerdótibus Dómini, qui áliis exemplum & condimentum salutis esse debent, cavéri oportet. Hæc quippe à sanctis viris pénitus

sunt propellenda, quibus magis convenit lugere, quam ad scurrilitates & stultilóquia, & ceteras vanitates quæ ánimum christiánum à rigóre suæ rectitudinis emollire solent, in cachinnos ora dissolvere.

Tu autem.

FERIA QUARTA.

Ex sancto Bernardo.

Lib. 2. de Consid. Cap. 13.

Inter seculáres nugæ, sunt in ore Sacerdótis blasphemiar. Interdum tamen si incidunt, ferendæ fortassis, referendæ nunquam. Magis interveniendum cautè & prudenter nugacitati. Prorumpendum sane in séríum quid, quod non modò utiliter, sed libenter audiant, & supersedeant otiosis. Consecrasti os tuum Evangelio: talibus jam aperte illicitum, assuescere sacrilegum est. Lábía Sacerdótis custódiunt sciéntiam; & legem requirunt de ore ejus, non nugæ profectò vel fábulas. Verbum scurrile, quod facti urbanive nómine colórant, non sufficit peregrinári ab ore; procul & ab aure relegandum.

Tu autem.

FERIA QUINTA.

Ex Libro secundo sancti Isidóri Hispalensis Episcopi, de Officiis Ecclesiasticis.

Cap. 2. de Regulis Clericorum. Ann. 630.

Exeat in Concilio Moguntino. Ann. 813. C. 10.

Clérici lege Patrum cavétur ut à vulgári vita seclúsi, à mundi volupratibus sese abstineant, nec spectaculis nec pompis intersint, secu-

clxiv *Canones Hebdom. Sexagesimæ.*

laria negotia fugiant, non vagis oculis, non infræni lingua, aut petulantium tumidoque gestu incédant; sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. Obscenitatem etiam verborum sicut operum penitus execrentur, contubernia feminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo retinere studeant.

F E R I A S E X T A.

Ex Concilio Turonensi tertio.

Ann. 813. Can. 7 & 8.

AB omnibus quæcumque ad aurium & ad oculorum pertinent illicébras, unde vigor animi emolliri posse credatur, [quod de aliquibus generibus musicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest,] Dei Sacerdotes abstinere debent; quia per aurium oculorumque illicébras vitiorum turba ingredi solet. Histriorum quoque turpium & obscenorum insolentias jocorum, & ipsi animo effugere ceterisque effugienda prædicare debent. Sacerdotibus non expedit secularibus & turpibus quibuscumque interesse jocos: venationes quoque ferarum vel avium minime sectentur.

Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo grátias.

S A B B A T O,

Ex Concilio Londinensi.

Ann. 1268. Can. 4.

Quoniam in armis virtutum consistat securitas innocentiae Christianae, docet Apostolus ut induamur arma-

turam Dei, & gladio spiritus accingamur; eo quod non sit nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes tenebrarum, qui non armis ferreis, sed orationibus, & lacrymis, & virtutum operibus expugnantur. Clericis igitur qui ad præclaram Christi hereditatem assumpti sunt, usus armorum sit omnino prohibitus.

Tu autem.

D O M I N I C A

S E X A G E S I M E.

Ex Capitularibus Theodulphi Aurelianensis Episcopi.

Cap. 36.

† **H**ebdomada ante initium Quadragesimæ, Confessiones Sacerdotibus dandæ sunt, poenitentia accipienda, discordantes reconciliandi, & omnia iurgia sedanda: & dimittere debent debita invicem de cordibus suis, ut liberius dicant: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; & sic ingredienti in beatæ Quadragesimæ tempus, mundis & purificatis mentibus ad sanctum Pascha accédant, & per poenitentiam se renovent, quæ est secundus baptismus.

F E R I A S E C U N D A.

Ex Conciliis * Turonensi primo, & ** Toletano tertio.

** Ann. 451. ** Ann. 589.*

Cum Laico abstinentia imperetur, ut possit orationi vacans, & Deum deprecans, exaudiri: quanto magis Sacerdotibus vel Levitis, qui omni

momento parati esse Deo debent in omni munditia puritate securi; ne aut sacrificium offerre aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur? ... Quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interpōni, in sacerdotali convivio lectio Scripturarum divinarum misceatur: per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

FERIA TERTIA.

Ex Concilio Aquileiensi.

Ann. 1596. Tir. 11.

Convivia, & nimiam Laicorum familiaritatem, multarum offensionum & scandalorum originem, debent Clerici in quocumque gradu constituti declinare ac fugere. Meminisse verò debent non aliunde Clericalis ordinis dignitatem gravius fuisse offensam, quam à nimia Laicorum familiaritate. Illi enim ut honeste de iis quæ honesti speciem præ se ferunt, sentire solent; ita si honestum illud quod opinione comprehendunt, assiduâ tractatione non repèriunt, parvipendere, & quos imperfectiores norunt, omnino despiciere solent.

FERIA QUARTA.

Ex Concilio Parisiensi.

Ann. 1429. Cap. 20.

Cum morum gravitas & vitæ honestas in Ecclesiasticis viris præcipuè debeant relucere, Episcopi & alii ad quos spectat inferiorum mores reformare, diligenter servant & curent à suis subditis observari quæ in sanctorum Patrum

Decretis & canonicis institutionibus de vita & honestate Clericorum fuerunt laudabiliter instituta: maxime autem provideant circa Clericos qui tabernas, quod non convenit, adire & frequentare non ventur.

FERIA QUINTA.

Ex Statutis Synodalibus Hyacinthi Serroni, primi Albiensis Archiepiscopi.

Edita sunt Gallicè an. 1679.

Avertat Deus ne unquam viri Ecclesiastici nostræ Diœcesis in crimina incidant enormia, Dei & hominum vindictam provocantia, quales sunt ex perpotationum & ciborum immoderationes, quibus homo rationis usu orbatur & ad belluam traducitur. Quoniam verò plura in Laicis possunt dissimulari quæ, si à Clerico fierent, magnum scandalum parerent; idcirco sub penâ suspensionis ipso facto nobis reservatæ, omnibus & singulis nostræ diœceseos viris Ecclesiasticis inhibemus ne, potandi & manducandi causâ, tabernas ingrediantur, solo itinere casu excepto.

FERIA SEXTA.

Ex Synodo Ebroicensi.

Ann. 1576.

Secularibus hominibus nec Joannis Baptistæ austeritas, nec Christi in victu popularitas probari potuit. Proinde satius est Ecclesiasticos viros fugere promiscua contubernia secularium, ac potius hospitalitatem inter se exercere.

clxvj *Canones Hebdom. Quinquagesimæ.*

S A B B A T O.

Ex Concilio Tridentino.
Ann. 1562. Sess. 22. de Ref.

Quæ alias à summis Pontificibus & à sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, chorois, aleis, lûsibus, ac quibuscumque criminibus, necnon secularibus negotiis fugiendis copiosè ac salubriter sancta fuerunt, eadem in posterum iisdem poenis

vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis observentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compèrerint (Episcopi,) ea quamprimum in usum revocari & ab omnibus accuratè custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas Deo vindice penas persolvant.

De preparatione ad Quadragesimalem Penitentiam.

DOMINICA

QUINQUAGESIMÆ.

Ex Concilio Mediolanensi quinto, sub sancto Carolo.

Anno 1579. Part. 1. Titulo 7.

¶ Párochus die Dominico qui Fériam aspersiónis cinerum próximè præcedit, pópulum salutares utilitates doceat, quas in eórum benedictione multis orationibus Ecclesia petit. Hæ quidem præter ceteras sunt, ut fideles qui sacro cinere asperguntur, ad intimam cordis humilitatem adjuventur; ut in eos benedictio: celestis descendat, quæ adjuti verè intimèque toto animo peccata dóleant, hoc mente reputantes ad hóminis peccatum terram maledictam fuisse; nosque omnes in cinerem ac terram redituros. Fideles Párochus moneat quàm religiosam pietate, quàm contrito corde, quàm húmili demissoque vestitu ad eam (cinerum as-

persiónem) convéniant, quàmque seriò stánuant jejúnii dies in amaritudine animæ tradúcere ad peccatorum satisfactiónem.

FERIA SECUNDA.

Ex venerabili Guillelmo Arverno, Parisiensi Episcopo.

Ann. 1230. Serm. 1. Domin. Quinquag. n. 1.

Sicut ille qui ingressus est Religionem, præterat aliqua quæ sunt Religionis, & eis ante ingressum assuescit; sic ante Quadragesimam aliquid penitentiae inchoandum esset. Contrarium verò homines faciunt, qui in deliciis hoc tempore excédunt, quasi nesciant quòd quanto magis talibus assueverunt, tanto difficilius eis carebunt. Hoc (igitur) tempore multum conandum est ad sobrietatem,

Canones pro Festis. clxvii

FERIA TERTIA.

Ex Littera sancti Caroli de tempore Septuagesimæ.

Ann. 1574.

Quanto magis mundus suis omnibus dissolutionibus, profanis lusuibus, dæmonisque operibus insanire videbitur; tanto magis ex caritatis debito cæcitati eorum [qui ad convivia, festa, atque vêtita oble-

stamenta lacti & âlacles currunt,] debétis unâ cum Ecclesiâ condolere, & ardentioribus orationibus Dóminum deprecári, nolit ad tot ingrâti nostri erga ipsum ânîmi vîtia respicere; sed pro immensa sua misericórdia his dignetur, utpote frâtribus nostris, licet obcæcatis, compunctiônis spirítu, nobisque emendatiônem impertiri.

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN FESTO

**CONCEPTIONIS BEATÆ MARIE
VIRGINIS.**

Ex Concilio Tridentino.

Ann. 1546. *Sess. 5. Decret. de Peccato originali.*

Declarat sancta Synodus, non esse suæ intentionis comprehendere in decreto ubi de peccato originali ágitur, beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genitricem; sed observandas esse constitutiones Sixti Papæ quarti, sub penis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.

Tu autem.

**DIE II. FEBRUARII
IN PRÆSENTATIONE
DOMINI,
ET PURIFICATIONE
B. MARIE VIRGINIS.**

Ex Concilio Mediolanensi quinto, sub sancto Carolo.

Ann. 1579. *Part. 1. Titulo 7.*

† **D**e sacro (Præsentationis Dómini, &) Puri-

ficatiônis beatæ Mariæ usus ritusque benedictiônis candelarum cereorumve cum plenus mysteriôrum est, cum salutarium utilitatum; cum illius benedictiônis precatio ad multa referatur, tum ad hæc in primis, ut mentes & corda fidélium igne & splendore sancti Spirítus accendantur illustrenturque; ac depulsis vitiôrum tenebris, videant quæ sint Deo grata & salutis utilia; ut ignis caritatis cum lumine fidei in ânimis accendatur, quo ad lumen æternum vitæ cœlestis perducámur: hæc à Christo Dómino, qui est Deus verus & splendor lucis æternæ, sibi concédi precantur fidèles.

Tu autem, Dómine, miserere nostri.

R. Deo grâcias.

IN PRÆCIPUA SOLEMNITATE
 SS. PATRONORUM,
ubi deest proprius Canon.

Ex Concilio Mediolanensi tertio, sub sancto Carolo.

Ann. 1573. Tit. 1.

Quò religiosius incolæ uniuscujusque Parochiæ festum diem colant illius Sancti Sanctæve cujus patrocinio Parochialis Ecclesiâ dicata est, cohortationibus agat Párochus, ut ánimo piè répetant religiosas ejus sanctárum virtutum exercitationes; quarum méritis in cælum ille vocátus, cum sempiternâ glóriâ perfruá-

tur, pro caritatè quâ abundat, eórum quorum salutis patrocinium suscepit, preces Deo offert. Die Sancti qui Parochiæ patrónus est & custos, quò ad illius imitationem magis fideles inflammentur, id Párochus præstet, cum frequentior in Ecclesiâ pópulus adest, ut ipse aut álius in suggestu res ejus sanctè admirabiliterque gestas, morum disciplinam, pietátis stúdia ac virtutes pronúnciet.



www.libtool.com.cn

INDEX

PSALMORUM.

<i>Psalmi</i>		<i>Pagina</i>
119	A D Dóminum, cùm tribulárer.	63
27	Ad te, Dómine, clamábo.	7
24	Ad te, Dómine, levávi.	41
122	Ad te levávi óculos meos.	80
28	Afferre Dómino, filii Dei.	126
77	Atténdite, pópule meus.	68
48	Audíte hæc, omnes gentes.	117
118	B Eáti immaculáti in via.	15
127	Beáti omnes qui timent Dóminum.	131
31	Beáti quorum remissæ sunt.	65
40	Beátus qui intélligit.	117
1	Beátus vir qui non ábit.	3
111	Beátus vir qui timent Dóminum.	25
33	Benedícam Dóminum in omni témpore.	93
103	Benedic, ánima meá, Dómino: Dómine Deus.	31
102	Benedic, ánima mea, Dómino; & ómnia.	77
143	Benedíctus Dóminus Deus meus.	132
84	Benedixisti, Dómine, terram tuam.	54
91	Bonum est confitéri Dómino.	36
95	C Antáte Dómino cánticum novum: cantáte.	42
149	Cantáte Dómino cánticum novum: laus ejus.	128
97	Canráte Dómino cánticum novum: quia.	43
18	Cæli enarrant glóriam Dei.	50
74	Confitébimur tibi, Deus.	119
110	Confitébor tibi, Dómine... in concilio.	25
9	Confitébor tibi, Dómine... narrábo.	67
137	Confitébor tibi, Dómine... quóniam audisti.	96
104	Confitémini Dómino, & invocáte.	32
135	Confitémini Dómino, quóniam... Confitémini.	36
106	Confitémini Dómino, quóniam... Dicant qui.	52
117	Confitémini Dómino, quóniam... Dicat nunc.	14
105	Confitémini Dómino, quóniam... Quis loquétur.	34
15	Conserva me, Dómine, quóniam sperávi in te.	82
115	Crédidi, propter quod locútus sum.	96
4	Cùm invocárem, exaudivit me Deus.	28
129	D E profundis clamávi ad te, Dómine.	81
43	Deus, áuribus nostris audívimus.	107
49	Deus deórum Dóminus locútus est.	59

Minat, Pars Hyemalis.

h

<i>Psalmi</i>		<i>Paginat</i>
62	Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.	10
81	Deus, Deus meus, respice in me.	111
69	Deus, in adiutorium meum intende.	10
53	Deus, in nómíne tuo saluum me fac.	103
71	Deus, iudícium tuum regi da.	51
108	Deus, laudem meam ne tacéris.	61
66	Deus misereátur nostri.	91
45	Deus noster refúgium & virtus.	128
82	Deus, quis similis erit tibi?	120
59	Deus, repulisti nos.	129
81	Deus stetit in synagoga deórum.	79
78	Deus, venérunt gentes in hæreditatem tuam.	66
93	Deus ultiónum Dóminus.	79
114	Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus.	46
17	Diligam te, Dómine, fortitúdo mea.	4
38	Dixi: Custodiám vias meas.	98
109	Dixit Dóminus Dómino meo.	25
35	Dixit injustus, ut delinquat.	72
52	Dixit insipiens... in iniquitatibus.	44
13	Dixit insipiens... in stúdiis suis.	82
140	Dómine, clamavi ad te.	62
7	Dómine Deus meus, in te sperávi.	48
87	Dómine Deus salútis meæ.	125
8	Dómine, Dóminus noster.	40
142	Dómine, exaudi oratióem meam: suribus.	126
101	Dómine, exaudi oratióem meam; & clamor.	110
20	Dómine, in virtute tua lætábitur rex.	77
6	Dómine, ne in furóre tuo... Misereére.	48
37	Dómine, ne in furóre tuo... Quóniam.	115
130	Dómine, non est exaltátum cor meum.	81
138	Dómine, probasti me.	113
3	Dómine, quid multiplicáti sunt.	4
14	Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo?	50
89	Dómine, refúgium factus es nobis.	91
23	Dómini est terra, & plenitúdo ejus.	53
26	Dóminus illuminátió mea.	92
22	Dóminus regit me.	93
92	Dóminus regnávit, decórem indútus est.	95
96	Dóminus regnávit, exultet terra.	54
98	Dóminus regnávit, irascantur pópuli.	43
133	E cce nunc benedicite Dóminum.	29
132	E cce quám bonum.	63
58	Eripe me de inimicis meis.	100
139	Eripe me, Dómine, ab hómine malo.	114
44	Eruclávit cor meum verbum bonum.	127

PSALMORUM.

<i>Psalmi</i>		<i>clxxj</i>
		<i>Pagine</i>
144	Exaltábo te, Deus meus rex.	96
89	Exaltábo te, Dómine, quóniam.	7
119	Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.	83
60	Exaudi, Deus, deprecationem meam.	101
63	Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor.	119
54	Exaudi, Deus, orationem meam, & ne.	99
116	Exaudi, Dómine, justitiam meam.	121
39	Expectans expectávi Dóminum.	108
80	Exultáte Deo adjutori nostro.	88
32	Exultáte, justí, in Dómino.	84
67	Exurgat Deus, & dissipentur.	84
86	F undamenta ejus in montibus sanctis.	119
85	I nclína, Dómine, aurem tuam.	134
125	I n convertendo Dóminus.	47
10	In Dómino confido.	82
113	In éxitu Israel de Ægypto.	26
70	In te, Dómine, sperávi & éripe me.	104
30	In te, Dómine, sperávi . . . in justitia.	75
65	J ubiláte Deo, omnis terra, psalmum.	8
99	J ubiláte Deo, omnis terra: serváte.	11
34	Júdica, Dómine, nocentes me.	57
42	Júdica me, Deus, & discerne.	76
25	Júdica me, Dómine, quóniam.	58
121	L ætatus sum in his.	63
145	L auda, ánima mea, Dóminum.	106
147	Lauda, Jerúsalem, Dóminum.	90
148	Laudáte Dóminum, de cœlis.	12
150	Laudáte Dóminum in sanctis ejus.	56
116	Laudáte Dóminum, omnes gentes.	124
146	Laudáte Dóminum, quóniam bonus.	74
134	Laudáte nomen Dómini.	39
112	Laudáte, púeri, Dóminum.	26
120	Levávi óculos meos in montes.	46
47	M agnus Dóminus, & laudábilis.	129
131	M emento, Dómine, David.	131
56	Miserére me, Deus, miserére me.	121
55	Miserére me, Deus, quóniam.	116
50	Miserére me, Deus, secundum.	133
100	Misericórdiam & júdicium.	51
88	Misericórdias Dómini in æternum.	86
126	N isi Dóminus ædificáverit domum.	80
123	N isi quia Dóminus erat in nobis.	45
36	Noli æmulári in malignántibus.	60
61	Nonne Deo subjecta erit.	618

clxij INDEX PSALMORUM.

<i>Psalmi</i>		<i>Pagina</i>
75	Notus in Judæa Deus.	119
46	Q uoniam omnes gentes, plaudite manibus.	43
107	P aratum cor meum, Deus.	89
72	Q uam bonus Israel Deus.	45
83	Q uam dilecta tabernacula tua.	92
2	Quare fremuerunt gentes,	3
41	Quemadmodum desiderat cervus.	76
124	Qui confidunt in Domino.	80
51	Quid gloriaris in malitia.	99
90	Qui habitat in adjutorio Altissimi.	28
79	Qui regis Israel, intende.	94
128	S epe expugnaverunt me.	113
68	S alvum me fac, Deus.	102
11	Salvum me fac, Domine.	98
57	Si verè utique justitiam.	109
136	Super flumina Babilonis.	47
64	T e decet hymnus, Deus, in Sion.	72
94	V enite, exultemus Domino.	2
5	Verba mea auribus percipe, Domine.	71
76	Voce meà ad Dominum . . . Voce meà ad Deum.	40
141	Voce meà ad Dominum . . . voce meà ad Dominum.	64
12	U squequò, Domine.	65
73	Ut quid, Deus, repulisti in finem?	130

INDEX CANTICORUM PSALTERII.

A udite, cœli, quæ loquor.	122
Benedicite, omnia opera.	11
Benedictus Dominus.	13
Benedictus es, Domine.	90
Cantemus Domino.	37
Collaudate canticum.	38
Confitebor tibi.	73
Domine, audvi.	105
Ego dixi: In dimidio.	55
Exultavit cor meum.	89
Incipite Domino in tympanis.	124
Magnificat anima mea.	27
Magnus es, Domine.	73
Miserere nostræ, Deus.	56
Nunc dimittis.	30
Urbs fortitudinis nostræ.	106

FINIS.

INTONATIONES ET TERMINATIONES

Psalmorum & Canticorum, secundum omnes
cujusque Modi differentias.

In hocce Breviario ad Antiphonas quisque tonus suo numero notatur: varia etiam cujusque Toni species seu Modi suis litteris designantur; completi, majusculis; minusculis vero, incompleti. Modus autem completus ille est qui in singulis Psalmi versibus definit in legitimam toni sui finalem; incompletus vero qui, non in Psalmi versibus, sed in sola Antiphona perfecta terminatur.

I.

Hyperæolius.

A  *Me-*

Lauda-te Dominum, omnes gentes, *

 *so-*

laudate e-um, omnes populi. Quoni-am

 *pyc-*

confirmata est super nos misericordi-a

 *ni-*

e-jus, &c. Spi-ritu- i sancto. & in

 *ni-*

secula se-cu-lorum. A-men.

 *ni-*

Magni-fi-cat * a-ni-ma, &c.

Clavis ut plurimum sic transponitur.  *ni-*


Glo-ri-a Patri, & Fi-


A

Me-

 li-o. e u o u a e.

Hyperdorius.

D

 Lauda-te Dominum, omnes gentes, &c.

A

 Spi-ri-tu-i fan-cto. e u o u a e.

A

 Magni-fi-cat * anima.

D

 Spi-ritu-i fan-cto. e u o u a e.


Sequens definit pariter in D. majuse. sed cum ultimam syllabam reddat caudatam, sique de primo, caracterum defectu notatur per J. caudatum.


J

 ii uia o. e u o u a e.

f, vel f

 e u o u a e. e u o u a e.


g

 e u o u a e.

a, a

 e u o u a e.


In Tonis imparibus, qui & authentici dicuntur, intonatio Canticorum evangelicorum eadem est ac Psalmorum; in plagis vero seu paribus differt, ut suis locis notatur,

II.

Hypodolius.
www.mttool.com.cn




Lauda-te Do-minum, omnes gentes.




eu o u a e.


*In Canticis
evangelicis.*




Nunc dimit-tis ser-vum



tu-am, Do-mine. Lauda-te Domi-




num, omnes gentes. Spi-ri-tu-i san-cto.




eu o u a e.

*In Canticis
evangelicis.*




Bene-di-ctus Domi-nus



De-us I-fra-el. Magni-fi-cat *a-ni-ma,&c.

III.

Hyperphrygius.



Lauda-te Dominum, omnes gentes.

A ij

Me-

fo-

pyc-

ni-

Barypici-

euouae Magnificat* anima.

 euouae.

 euouae.

 euouae. euouae.

D^h Hyperlocrio nulla extat Antiphona, neque de Myxolocriis.

IV.

Hypophrygius.

Lau-da. te Dominum omnes gentes.

 euouae.

 euouae.

Sequens, licet incom- D

pletus, notatur per ma- vel

juste. ob rationem in D euouae.

Antiphonario allatam.

Lau-da te Dominum omnes gentes.




e u o u a e.

Hypolocrius.



vel
A Lauda-te Domi-num, o-mnes gentes.



e u o u a e. e u o u a e.



e u o u a e.

*In Canticis
evangelicis.*

Be-nedictus Dominus




De-us I-fra-el. Magni-fi-car.


Hypolocrius cani potest ad chordas Hypo-phrygii ; sed tunc diæsi aliquando opus est in Antiphona , ad chordam f.

V.

Hyperiaflius.



Lauda-te Dominum, omnes gentes.



e u o u a e. Magni-fi-car * a-ni-ma.

A iij

Ba-

ry-

pye-

ni-

O. xy-
pye-
ni-

Clavis ut plurimum sic transponitur.

Glori-a Patri, & Fi-li-o,

& Spi-ri-tu-i san-cto.

Hyperlydius.

Lauda-te Do-minum, omnes gen-tes.

xye

Spi-ri-tu-i san-cto. e u o u a e.

a, a

Spiritu-i san-cto. e u o u a e.

pyc-

fru-men-ti sa-ti-at te.

VI.

Hypoastius.

Lauda-te Dominum, omnes gen-tes.

& in secula, e u o u a e.

ni.

In Canticis evangelicis.

Benedictus Dominus

De-us I-fra-el. Magni-ficat * anima
me-a Domi-num.

C

Lauda-te Dominum, omnes gentes.
& in secu-la eu ou a e.

*In Canticis
evangelicis.*

Bene-dictus Domi-nus

De-us I-fra-el. Ma-gni-fi-cat.

*In præcedentibus,
clavis ut plurimum
sic transponitur.*

C

Lau-da-te

Do-mi-num, omnes gen-tes.

C

Lauda-te Do-minum, omnes gentes.

Hypolydius.


Lauda-te Do-mi-num, omnes gentes.

F

Spi-ri-tu-i sancto. eu ou a e.

www.libtool.com.cn






e u o u a e.


www.libtool.com.cn

VIII.


Hypomyxolydius.




Lauda-te Do-minum, omnes gentes.




Spi-ri-tu- i san-cto. e u o u a e.



Spi-ri-tu- i san-cto. e u o u a e.




Spi-ri-tu- i san-cto. e u o u a e.




e u o u a e.


*In Canticis
evangelicis.*



Be-nedi-ctus Domi-nus



De-us I-fra-el. Magni-fi-cat *



a-ni-ma, &c. ma-gna qui po-tens



*Hæc quatuor verba dicuntur sub
eodem cantu in secundo modo.*

est.


Notandum intonationes suprâ notatas servari tantum in primo cujusque Psalmi versu, ceteros vero versus à dominante in directum inchoari; quod & observatur in Canticis evangelicis, nisi organa pulsentur: tunc enim versus qui canuntur à Choro, eodem modo inchoantur quo primus.

Mediatio autem in iisdem Canticis eadem semper est ad singulos versus quæ ad primum. Quia vero in primo versu Cantici Magnificat. propter brevitatem mediatio compleri nequit, in ceteris ejus versibus ad eam recurrendum est quæ ad Benedictus. suprâ notatur.

M O N I T U M.

AD intelligentiam vocabulorum *Mesopycni*, *Barypycni* & *Oxypycni*, hîc dicendum visum est inventa fuisse hæc nomina à veteribus Græcis, & ad Latinos translata, ad significandos varios situs hemitonii in Tetrachordo inferiore, seu cujus infima chorda ipsa est chorda finalis; quia ex eo situ omne cantuum genus, omnisque varietas exurgit. Hemitonium autem ab iisdem Græcis, per metaphoram, Πυκνον dictum est; quia minore spatio, strictiorique intervallo designatur ac cognoscitur.

Igitur cantus primi & secundi Modi Gregoriani vocantur Μεσοπύκνοι sive *Mesopycni*; quia in Antiphonis utriusque Modi, ac Psalmodiis completis, vel Responsoriis, talis est chorda finalis, seu chorda in quam desinunt isti cantus, ut supra se immediatè habeat chordam uno tono distantem, postea chordam distantem hemitonio tantum, deinde chordam tono distantem à præcedente: quò fit ut hemitonium exurgat ex sono duarum chordarum, quæ medium, Tetra-



qui *Barypyncis* profus oppositi sunt. Si cum hemitonii indicant figuræ sequentes.

www.libtool.com.cn

fa _____	}	fa	}	ut _____
mi		la _____		si
re _____ vel	}	sol	}	la _____
ut		fa _____		sol


Cantus Oxypynci à recentioribus *Majores* vocantur. Mesopynci verò & Barypynci *Minores* appellantur, habitâ ratione sitâs hemitonii supra chordam finalem, apud Græcos : & ut à Mesopyncis secernantur, à quibusdam *Minores-inversi*, quia hemisonium habent infimo loco.


F I N I S.


www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn







www.libtool.com.cn